This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.




STANFORD
UNIVERSITY
LIBRARIES
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891

STANFORD
UNIVERSITY
LIBRARIES
LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES
DEC 6 1973

DIE

...DIANISCHE BRIEFSAMMLUNG

DER

STADTBIBLIOTHEK ST. GALLEN.

III.

HERAUSGEGEBEN

VON

EMIL ARBENZ, PROFESSOR.

ST. GALLEN.
FEHR'SCHE BUCHHANDLUNG (VORMALS HUBER & CO.)
1897.

Publicationen des Historischen Vereins in St. Gallen.

Mitteilungen zur vaterländischen Geschichte. I–X. St. Gallen. 1862–[illegible] Geh. à 2 Mark 70 Pf. 3 Fr

Der I. Halbband enthält:

I. [illegible] herausgegeben durch **J. Hardegger.**

II. [illegible]

III. [illegible] der alten Schweiz. **Mitgeteilt von** [illegible]

IV. [illegible] deutscher Sprache. **Neu heraus-** [illegible] Vereins etc.

Der II. Halbband enthält:

I. [illegible] J. Hardegger.

II. [illegible] Aus St. Gallischen [illegible]

III. [illegible]

IV. [illegible]

Der III. Halbband enthält:

I. [illegible]

II. [illegible] Von H. G. Sulzberger.

III. [illegible] Hardegger.

IV. Zwei [illegible] Aus dem Stiftsarchiv mit [illegible] W. [illegible]

V. [illegible]

VI. Fünf Briefe [illegible] Aus dem Stadtarchive St. Gallen mitgetheilt von H. Wartmann.

Der IV. Halbband enthält:

I. St. Gallen [illegible]

II. St. Gallische [illegible] Fortsetzung der Mitteilungen [illegible]

III. Geschichte [illegible] der oberthurgauischen [illegible] Sulzberger.

IV. Römische Strassen [illegible]

Der [illegible]

Johannes Kessler's Sabbata. [illegible] Herausgegeben von Ernst Götzinger. 1866. 1868.

Mitteilungen zur vaterländischen Geschichte. Neue Folge. I—X oder ganzen Folge XI—XX. St. Gallen. 1869–[illegible]

Der I. (XI.) Halbband enthält: [illegible] Mark 60 Pf. 4 Fr.)

I. St. Galler [illegible] Dümmler und Hermann Wartmann.

II. Die ältesten Verzeichnisse [illegible] Gerold Meyer von Knonau.

III. Aelteste Liste der [illegible] Von W. E. v. Gonzenbach.

IV. Die Richtung zwischen der Abtei [illegible] 1373. Herausgegeben von W. E. v. Gonzenbach.

V. Verzeichniss der Häuser in der Stadt St. Gallen [illegible] 1470. Herausgegeben von W. E. v. Gonzenbach.

VI. Die Pfahlbauten im Bodensee zwischen [illegible]

Der II. (XII.) Halbband enthält: [illegible] 4 Fr.

I. St. Gallische Geschichtsquellen. Neu herausgegeben durch G. Meyer von Knonau. I. Vita et miracula s. Galli. II. Vita et miracula s. Otmari.

II. Historische Darstellung der Hoheitsrechte der schweizerischen Eidgenossenschaft auf dem Bodensee. Von A. O. Aepli.

III. Aeltester Hofrodel von Jona, c. 1400. Mitgeteilt von Helbling.

Der III. (XIII.) Halbband enthält:

St. Gallische Geschichtsquellen. Neu herausgegeben durch G. Meyer v. Knonau. II. Ratpert Casus s. Galli. Mit 6 Excursen und 2 Karten.

MITTEILUNGEN

ZUR

VATERLÄNDISCHEN GESCHICHTE.

HERAUSGEGEBEN

VOM

HISTORISCHEN VEREIN IN ST. GALLEN.

XXVII.

DRITTE FOLGE VII.

I. HÄLFTE.

ST. GALLEN.
FEHR'SCHE BUCHHANDLUNG (VORMALS HUBER & CO.)
1897.

DIE

VADIANISCHE BRIEFSAMMLUNG

DER

STADTBIBLIOTHEK ST. GALLEN.

III.

ST. GALLEN.
FEHR'SCHE BUCHHANDLUNG (VORMALS HUBER & CO.)
1897.

Die

Vadianische Briefsammlung

der

Stadtbibliothek St. Gallen.

III.

Herausgegeben

von

Emil Arbenz, Professor.

334.

Heinrich Glarean[1]) an Vadian.

B 382.

Basel. 1523. Januar 18.

Der Besuch Huttens in Basel und die Zurückhaltung des Erasmus. Seine eigene Unschlüssigkeit gegenüber der Sache Luthers. Myconius in Einsideln. Bitte um Zusendung eines geeigneten jungen Mannes für die Unterweisung seiner Schüler. Äusserung der Zufriedenheit über seine persönliche Lage.

Vadiano suo Glareanus S. D.

Quod rarius scribo, in causa est, suavissime Ioachime, nulla rerum novitas aut fortassis nimia rerum facies et mutatio. Quod vero nunc scribo, id potius ob amicitiam[a]), quam ullam aliam ob causam fieri existimes velim. Est tamen, quod te scire velim, Huttenum adesse, sed nullo comitatu ac ab Erasmo prohibitum, ne se accedat; quod cur factum sit, haud equidem certo scio; coniicere fortassis licebit. Aegre fert Erasmus, bona studia his tumultibus implicari, atque ipse quidem, quod fugiam, video, quod sequar, non item; perinde atque Cicero de Cæsaris Pompeiique partibus dicebat. Ab Erasmo modestia, consilia, humanaque prudentia stat; ab aliis magnus animus; sed ne in nervum eat, vereor. Non quod causæ non fidam; sed quod in omnibus iis, qui hodie tam asseveranter innovare res omneis volunt, nescio quid arrogantiæ conspiciam. Atque ut ferrum inter magnetem ac adamantem nutat, ita animus meus nunc magno spiritu Lutheri effertur, nunc consilia modestiamque velut deum miratur. Christus optimus maximus e benignitate sua omnia dirigat, etiam atque etiam optamus. Non parum hi tumultus mihi incommodant. Tamen triginta nunc iuvenes, egregiam literarum spem nactus, molendinum meum molo. — Myconius Eremum concessit, honesta, ut audio, condicione. Eum advocare in animo habebam, sed abreptus est. Laboro, ut modestum aliquem, moratum, candidum nanciscar, in primis vero, qui docendi modum habeat et quem iuventus mea non gravatim audiat. Tu si quem talem indicare queas, rogo facias. Zinglius quendam ex Brugis, quod oppidum, ut scis, ad Arolam flumen est, commonstravit. Alii tamen morosum hominem aiunt;

quod equidem nescio. Fuit is aliquando auditor meus atque cum eo nulla mihi familiaritas intercessit. Si alium invenire nequeo, certe eum accipiam. Qui has parteis sumpturus est, doctum esse oportet; nam iuvenes habeo aliquot egregie eruditos. Ac ego quidem stipendium pro duabus horis, singulis non festis diebus, 24 coronatorum constituo. Multum otii superesset illi, ut officinæ alicuius prelum[b] facile regat. — Sed nunc de Daniele Cassio. Satis studet iuvenis; sed nullos habet libros. Livium nunc lego. Si potes, succurre illi. Matrimonium meum satis etiamnum dulce benignitate Christi. A civibus amor accrescit nonnihil rebus meis. Hæc apud te iuveniliter iacto, sed in hunc usum, ut lætitiæ aliquid adferant literæ nostræ. Scio enim me in primis tibi charum; gaudes ergo fortuna mea. Exorandus est Christus, ut nos ita conservet. Vale, iucundissime Vadiane. Basileæ, ex ædibus nostris, anno Christi MDXXIII; XV Kalendas[c] Februarii.

Salva sit uxor tua, fratres consanguineique, in primis tuus iste affinis, qui hic tecum erat, dominus Ioannes Vogl(er), Dominicus et si qui alii amici. Abiit hoc die Huttenus. Longa esset causa; sed vale.

Domino Ioachimo Vadiano, viro doctissimo humanissimoque, medicinæ doctori, amico nostro tanquam fratri.

a) „amiciciam". — b) „prælum". — c) „Calendas".

[1]) Vrgl. Brief 308.

335.

II 117. ## Wolfgang Schatzmann[1]) an Vadian.

Sempach. 1523. Januar 19.

Abwehr gegen die Anklagen seines Vaters. Verfolgung der Kleriker wegen Vergehungen einzelner. Die neue Lehre in den Waldstätten. Kriegsereignisse. Er empfiehlt seinen Herrn Johannes Fehr. Streit über die Wasserflut des Deukalion.

Annum felicissimum[a] saluberrimumque doctori egregio Vadiano, toti progeniei adoptat. Me increpabas, amice observandissime, in præmissis litteris de mearum litterarum prolixa tardatione[b] (ac si magnam de ipsis perciperes lætitiam[c]); desuper infidelitatem meam contra parentem culpaveras. Unde tamen hoc tibi evenerit, ignoratur; dubiose licet suspicor. Penuriam prorsus nullam habet genitor. Nam si bonorum hominum sententiam imitatus[d] fuisset, sua pecora ac alia bona non tam repente nulla cogente necessitate consumpsisset; sed potius amplificasse de meis fertilissimis[e] agris et apud me omnibus suadentibus vitam duxis

set. Consumptis illis postulare non desinit instigante noverca, necessaria tamen minime, nisi ut Tantalum sitibundum ageret cum Baccho [f], salva Dignitate tua. — Statutum novum, doctor colendissime [g], inpetratum a summo pontifice et promulgatum in Thermarum [h] loco nuper coram huius regionis magnatibus: clericos nefandos tum punire tum interficere, acsi seculares [i] forent homines. Hoc vix tribus transactis hebdomadis [k] inceptum est in Berna; nam presbyter quidam, nomine Schufelhuser, hic decollatus est. Austera apud [l] nos clericorum persecutio perserat, quoniam unus duxit monialem, alter iuvenculam vix undecim annorum stupravit, alius divæ [m] virgini obloquitur, et sic a potestate sæculari et a nostra punientur, honore et possessione priventur. Nullus presbyter in Lucerna, Schwit, Uri, Underwalde et in Zůg de Martini Lutheri doctrinis dicere quidquam [o] ausus est; alias beneficium et possessionem cogeretur derelinquere. Concilium autem quodam speciale in Thurego futurum fabulatur fore propter ipsum Zwingli (tibi de hac re clarior notitia est) et suos adhærentes. — De rebus nunc bellicis paulatim tractatur; sed repentinus orietur (uti perhibent) recessus ad pellendum principem Mediolanensem. De his negotiis per plura tibi declarabo scripta. — Dominus meus Iohannes Fer, latæ progeniei vir, tuum adventum animo ferventi desiderat; tuam Humanitatem plurimum salutat. Tu vero mihi maxime saluta tuam matrem fratresque tuos et familiam totius genealogiæ. Mortuorum nostrorum inter sacrificandum ego necessanter recordor. Vale igitur, suavissime doctor et amice, et in illis vanis accusationibus semper melius spera. Vale iterum felicissimo omine. Raptim ex oppidulo [p] Sendpach, decimo quarto Kalendas [q] Februarii, anno 1523. *Wolfganngus Schatzman,* præmissarius,

tuus totus.

Unum ferme oblitum oro ac intime peto, optime amice, te mihi scripturum; ingens enim unde [r] certamen nascitur inter nos, de secundo Deucaligionis diluvio quæ tua sit opinio; nam canonici tum Lucernenses, tum Beronenses, quid de is tua Humanitas sentiat, me semper alloquuntur. Scribe ergo, ut quidquam de tua opinione dicere valeam. Multi negant, venire abundantiam talem aquarum; volunt probare cum aliquibus signis; et magna pars affirmat, diluvium venire.

Laurifero egregioque viro, doctori Ioachimo Vadiano, amico quam maxime observando. In Sancto Gallo.

a) Durchwegs „fœli-", für „feli-". — b) Überall „-cione", „-cium", „-cio", „-cia", „-ciis" für „-tione" „-tium", „-tio", „-tia", „-tiis". — c) „leticiam". — d) „immitatus". — e) „fertillissimis". — f) „bacho". — g) „collendissime". — h) „termarum". — i) „seculares". — k) „epthomadis". — l) „aput". — m) „dive". — n) „seculari". — o) „quitquam". — p) „opidulo". — q) „Kallendas". — r) „undi". — s) „quitquam".

[1]) Vrgl. I, Brief 3.

336.

II 118. ## Michael Hummelberger[1]) an Vadian.

Ravensburg. 1523. Januar 24.

Bitte, ihm über die bevorstehende Zürcher Disputation nach ihrer Beendigung zu berichten.

Sal(utem), vir clarissime. Fama est, diem esse dictum Zvinglio et nescio quibus Tigurinis sophistis, ut publice, quibus de contravertunt, decertent. Cui certamini te adfuturum persuasum habeo. Quare te oro, ut post congressum, quo quæque acies inclinaverit, historica fide significare non graveris, ut vere intellegam, qui sint victoria potiti. Interim ego deum precabor sincera[a]) mente, ne suos deserat. Vale felicite et caussam evangelii atque adeo Christi pro viribus propugnare pergito Ravenspurgi, e museio nostro, IX Kalendas Februarii MDXXIII.

Tuus *Michael Humelbergius.*

Eximio domino Ioachimo Vadiano, poetæ, medico et senatori civitatis Sancti Galli, domino et amico in Christo charissimo.

a) „syncera".

[1]) Vrgl. Brief 214.

337.

II 119. ## Johannes Doring[1]) an Vadian.

Hemberg. 1523. Januar 31.

Seine Übersidlung nach Hemberg, um gehässigen Beobachtungen zu entgehen Verehrung des Evangeliums. Klagen über die Leidenschaftlichkeit seiner Gegner. Sein Lehrer Aleander und Nesenus. Klagen über die Käuflichkeit der kirchlichen Dinge. Grüsse an Bekannte.

Ioachimo Vadiano Doringus S. D.

Quo in loco meæ res iam sitæ sint, mi Vadiane, hocce ex tabellione exsculpes[a]). Audio quosdam apud vos semper advigilantes curiosius observare, quid agam, et ansam captare calumniæ, lustrare ac circunspicere undique vitam meam. Verum rem eo loci transtuli, quo dorcum uxore iucundissima et filiolo mihi iam recens nato pie vitam transgam; οἶκοι γὰρ μένειν[b]) δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. Porro ut Christi mansu

simum spiritum iam diu non omnino infeliciter imbibo, ita non medioes spes Doringo affulget, quin omnia ex sententia cadant. Evangeum unice exosculor ac veneror, nihil veritus impietatem, quam sæpius onnulli mihi conantur impingere. Optarim equidem cum id genus nebuonibus, præsens cum præsentibus, paribus literis, paribus studiis, coram nanum conserere de animi tum bonitate, cum pietate. Ita enim appareet interim, qua oris impudentia absentes absenti negotium audeant facessere, a quo se superari conspiciunt. Omnibus nervis conabar præstare, qui amicum amici suspicerent; verum conatus fefellit, certe præter meam culpam. Doringum veluti perpetuum scholasticum nihil aliud quam ridebant vitili(ti)gatores illi, fortasse quia olim puer perægre agens manum ferulæ subduxi, utpote qui animi tenerem adhuc testulam politioribus literis imbuerem; etiamsi minus felicibus auspiciis, quando minus suppetebant cum sumptus, tum magistri, alioqui ingenium nacti æque docile atque simplex. Invenias materiam probam; modo probum adhibeas artificem. Atqui cum ingeniolum nonnihil de se videbatur polliceri, Iacobus Aleander Rhenivallensis primus bonis disciplinis formandum sibi sumpsit, in instituendis pueris artifex faberrimus, cui equidem primas debeo literas; certe qui sanctam veluti superbiam animo meo insevit[c], quæ ad discendas omneis artes animos omnium inprimis afficit ac erigit. Post hunc Guilielmus Nesenus Nastatensis, tum iuvenis adhuc, tum Græce, tum Latine ex æquo doctus, mihi contigit magister, in formandis ingeniis nec ineleganter prudens, nec imprudenter diligens. Huic posteriores, nimirum evangelicas literas ascribo[d], quas quia apud omnes primas et tenent et tenere debent, pro mea simplicitate populo simplicius trado; hocque verius, quo simplicius iuxta illud Euripideum ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Veritas nusquam non constat; atqui mendacium ubi, obsecro, non variat? Sunt qui nihil non comminiscantur, quod facit πρὸς τὰ ἄλφιτα, nimirum visenda idola ad miraculum usque solemnia, purgandos animos, solvendas sepulturas, solvenda prima, septima, tricesima, anniversaria denique, messem certe non minus impiam quam indignam homini[f] et homini sacerdoti. Quia eius rei utcunque memin(er)im, non mediocrem invidiam mihi conciliavi. Iam vero ecclesia christiana quam degeneravit a suo parente Christo, quis cœtus non videat? Baptismus, matrimonium, confessio, missa, psalmi, orationes, manuum impositiones, benedictiones, saxa etiam ac calices, una cum tota indoctorum sacerdo-

tum meorum illa παvοπλίᾳ, omnia venalia. Quis non vel mille lacrimis[a] idem defleat? Opinor interim ipse etiam Democritus, alias omnium ridere solitus. Porro lucri unus ille odor in ecclesia nares omnium mirifice saginat educatque. Anathema fuerit, qui iam secus olfaciat. Apud Matthæum Christus eiiciebat vendentes et ementes in templo, quia deprecationis domum esse voluit, forum non voluit. Deprehendet aliquando vestigator diligens in ecclesia id genus beluam, lupum unum aut alterum, multis plagis non indignum. A nominibus prudens abstineo, ne quem præter meritum suis coloribus pingam, modestiorem sane quam qui id gloriæ laudisque aut agnoscat aut ambiat saltem. Ut suo quisque officio interea optime fungantur, nemo non velit. Ut commenticiis quibusdam hominum pontificum traditionibus, ex sordidis aliquot summulis ac magistralibus conclusionibus citatis, misere imponant plebis simplicitati, quis nisi plane impius æquo animo ferat? Sed quid hæc ego ad te indocte de indoctis sacerdotibus? Apud hosce, ut uno verbo dicam, evangelii, quod in primis oportuit docere, veluti Megarensium οὐδεὶς λόγος. Ii minus bene cupiunt evangelii candidatis. Verum vicissim precandum meliorem sibi mentem dari, qui oculis aliquando coram conspiciant vivam sacrosanctæ mentis Christi imaginem: evangelium; supellectilem, qua nulla alia est, quæ expressius ac verius loquentem, sanantem, morientem, resurgentem repræsentet ac referat communem omnium servatorem Christum. — Conradum Grebellium, ob laudatissimos mores animo meo charissimum, meo nomine saluta; Benedictum Burgoium velut fratrem ob evangelium amo ac saluto. Saluto et alios, si qui evangelio credunt. Bene vale. II Kalendas[b] Februarias, anno a Christo nato MDXXIII. *Doringus* tui studiosus, *Henberg*.

Ioachimo Vadiano, poetæ ac oratori facundissimo, tamquam parenti charissimo

a) „exculpes". — b) „μένειν". — c) „insævit". — d) „asscribo". — e) „solennia". — f) „homimi" — g) „lachrymis". — h) „Calendas".

[1]) Vrgl. Brief 154.

II 120.

338.

Iodocus Hess[1]) an Vadian.

Ittingen. 1523. Februar 3.

Bitte um Prüfung seiner gleichzeitig zugesandten Aphorismen. Verschiedene Gerüchte über die Zürcher Disputation. Er lobt die Absicht Vadians, einen Commentar zur Apostelgeschichte herauszugeben.

Si vales, doctissime Vadiane idemque humanissime, est, cur vehementer gaudemus; nos dei beneficio[a] perbelle valemus. Ἀφορισμούς τ

nostros, seminudos quidem adhuc atque involucres, ardentibus iudicii tui radiis adversum statuimus, perinde atque aquilam ferunt implumes pullos et nuper calido ex ovo prolatos orienti soli obiicere. Quodsi illi intrepidi ad tuum radium non conniventi pupilla suffigent intuitum, referemus eos in nidum et ut legitimum[c] fętum educabimus[d]; sin vero oculorum acies[a] offensa perstringetur, veluti alienum et nothum exponemus, aut tute ipsos magis tanquam bonorum morum hostes proiice et in fluentem aliquem demerge. Erit enim perquam gratum nobis, si Rheni fluvii ingenium imitaberis, quem quidem ferunt pusillos Celtarum infantes intra sinum suum coniectos, si quidem polluta matris pudicitia suscepti fuerint, tanquam impuri lecti vindicem rapidis vorticibus suffocare; quos autem senserit legitima[c] fętura editos[d] esse, placido alveo leniter suspendere atque in trementes genitricis manus iterum subvehere, salutem pueri quasi intemeratę pudicitię testimonium ferentem. Remittas ergo item tu quoque nostrum libellum, vagientem quidem illum atque infantem, in complexum solliciti parentis, si ea tibi esse indole videbitur, quæ et spei tandem nostrę responderit et exquisitissimo iudicio[a] tuo faciat[a] satis; sin minus, aut Thetidi aut Veneris largire marito aut Vulcano consecra. Sitio pręterea ex te audire, mi Vadiane, quam feliciter[d] Zinglio nostro disputatio illa publica cesserit. Plures sunt apud nos rumores, quibus falsissimo (ita spero) titulo Zinglius traducitur; sed pluris erit mihi unum Vadiani mei testimonium quam omnium sermo. Velim ergo per otium respondeas. Audio te ἕξαπλα in Apostolorum Acta meditari. Laudo consilium ut cum maxime. Fac ad me volent, simulatque summam operi manum imposueris. Vale, optime Vadiane, et scripta nostra boni consule. Cursim. Ex Ittingo, postridie purificationis divę virginis, anno a Christo nato MDXXIII.

Tuus *Iodocus,* œconomus in *Ittingen.*

Clarissimo oratori, poetę laureato viroque patricio[a] Ioachimo Vadiano, civi apud S. Gallum, amico pręcipuo ac domino haud vulgariter amando etc.

a) „t“ für „c“. — b) ὀφορ. — c) „legittimum“. — d) Erstes „e“ geschwänzt.

[1] Vrgl. Brief 309.

339.

Christoph Schappeler[1]) an Vadian.

1523. Februar 15.

Dank für die Bemühungen Vadians wegen der Predigerstelle in Wintertur. der Vorkämpfer des Evangeliums. Er wünscht eine raschere Erledigung der Angele heit in Wintertur und rühmt die Tätigkeit Vadians für das Evangelium. Verwunder über das Stillschweigen Burgauers.

S(alutem). Quas ad me dedisti literas, una cum articulis Zinlia 14. Februarii cepi gratissimus, Vadiane clarissime, ubi et tuam et m rum in mei commendationem apud Tigurinos atque Vituduran pervigilem sollicitudinem intelligens, diem quoque ipse collationis op tum indies exspecto fastidioque[a]). Rem namque iam olim cum magis Symone exactam officiique munus idem interea alteri per eosdem c tulisse æstimarim. At lance negotium pendet adhuc ob forsan Zing nostri, viri vere theologi, ac monstrorum nostrorum vanissimorum dig diationem, Tiguri nuperrime prętextam atque simulatam. O ridic sophistarum hęc conventio, o pręsumptio idolorum audacula, o stolid meticulosumque papistarum pectus: quis hominum uspiam talem non s sannaret spectaculi vani palestram! Ego re vera, o Vadiane integ rime, meique similes plurimi Democriticum[b]) (ut aiunt) cachinn continere haud potuimus, scilicet (?) gratulabundi non tam Luthe quam Zinlio, propugnatoribus rei evangelicæ solidissimis; immo v dei verbo vivacissimo gratias, ut decuit, agemus immensas. Sed tali tantilli scioli semper digni sunt muneribus et eam ipsam in futuro co lio proximo ubivis celebraturo[c]) mercedem[d]) consimilibus spero obve ram, ubi montes parituri, ut ipse scribis, murem ridiculum orbi offerr Di bene vertant! Valeat autem ille meus olim Ioannes Fabri, fal rime fulcitus; valeant et occæcati omnes vespiliones[e]) muti. Paucis, c velim, hic accipe: Re pariter altercatione inter Vituduranos ast minum Symonem Megli finita extinctaque, quantocius ut possint c tiorem ac quietiorem ipsi me reddant, apprime peto. In sui enim et iacturam res ipsa tantisper differtur. At vero ingenioli mei acto illic p culo, meo denique abdicato Memingę officio[f]), ad angariam sequent integram in loco manere atque solito fungi labore iuxta nostram fun tionem astringor. Eo nobis opportunum, ut isthac adhuc angaria au infra quindenam rem mecum planam acturi maturarent; alioqui ante

tumnalem angariam, utpote exaltationem crucis, pedem et a loco et officio[f] amovere potuero neutiquam. Sed quid opus illic faciundo[g] in cancellis periculo pręludiari, quum et Sertorius et ipsius vita, quantulacunque eruditio eiusque decennalis contio publica passim nota siet? Verum salvo eius loci more laudato fugam non quęro, faciem offerre (?) nec recuso. Omnino alterutram rei personarumque conditionem coram aperiamus. Probandus ipsos ego pariter probabo. Habes, quid velim, optime doctor. Fac igitur voti aliquando et quidem ocius compos efficiar. Boni consulito tuum Christophorum, ut germanum alterum amore sincero foveto. Nam tu unicus et singularis meus es patronus, orbe dimidio charior. Scribis evangelii negotium saluberrimum penes vos augescere indies teque Apostolorum Acta in tui tuorumque felicem profectum clericis profiteri, hominem medicum sophię magisque theosophię deditum; immo ut vere christianum decet, nedum Aesculapium[h], morbis medicus evangelicus mederis periculosissimis adeoque pestiferis. Rem in hoc agis, mi Vadiane, Christo Iesu[i] dignam atque tuo Sertorio complacitam, vulgo prędconisandam. Det deus optimus maximus utrinque et intellectum et salutarem profectum.

Quid autem boni Benedictus meus, parrochus, tanquam erga me mutus hactenus obmutescens domi agat, alioqui in vinea domini fervidus, haurire nec literis nec ulla salutatione potui. Rei eiusce causam scire optarim. Si quid ei displicet in me, mihi proximo significet; animum enimvero et in eum gero amici solidum eundemque ipse indubius ab eo exspecto. His tu tui nostrique confratres in Iesu[i] valent omnes. Pollicita mandataque fidelis observa, doctissime Vadiane, et Christophorum tuum in tuum aliquando prospectum deo propitio convoces. Iterum vale, decus nostrum. Raptim 15. Februarii 23.

Tuus ut optas *C. Sertorius.*

Dogmata Lutheri sacris de fontibus orta, quod sordent mundo, credo placere deo. *Beatus Ioannes Huss et socius eius Martinus, quia ipsi docuerunt legem dei,* ad symphoniam antiphone: *Beatus vir, qui suffert tractatque rem,* e quodam puello vix sexennio, in quadam collatione una cum 16 Lutheranis constitutus, tam lętus quam mirabundus coram me concinnatum audivi, cui et crucigerum dono dedi. Hęc[c] vox multum amara.

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, geminę medicinę professori sincerissimo, apud divum Gallum militanti, fautori atque patrono suo semper observando.

Sanctgallen.

a) „fastidioque“. — b) „Democryticum“. — c) Erstes „e“ geschwänzt. — d) Zweites „e“ geschwänzt. — e) wohl für „vespertiliones“. — f) „t“ für „c“. — g) „c“ für „t“. — h) „Esculapium“. — i) „Hiems“.

[1]) Von *Christoph Schappeler*, genannt *Sertorius*, von St. Gallen (1472—1551), Prediger in Memmingen. liegen 7 Briefe vor aus den Jahren 1523—1541.

340.

Michael Hummelberger[1]) an Vadian.

Ravensburg. 1523. Februar 23.

Freude über den Sieg Zwinglis an der Zürcher Disputation. Dank für übersandte Schriften. Vergleichung des Luther und Erasmus. Die Schrift Fabers gegen Luther.

Salutem dicit. Quod amicum nostrum victoria potitum scripsisti, humanissime Vadiane, magna me voluptate adfecisti. Pro meo enim candore illi omnia quam felicissime succedere velim, si quidem dignus est cum ob felix ingenium, tum ob candidum animum, cui optima quæque contingant. Rumpantur nunc arrogantes et superciliosi papistæ, vincet ubique deo volente evangelica doctrina, cuius fulgorem non possunt ferre, qui suos oculos in obscura hominum commenta defigunt, qui opibus tantum inhiant et gloriæ suæ student, avari et ambitiosi sacerdotiorum aucupes et voratores, e quorum albo ille noster est χορυφαῖος, qui mea opinione non ea in recessu habet, quæ fronte ostentat. Plura non dicam hoc de, quanquam possem, si vellem. Pro Hercule Germanico atque chartis aliis mihi dono missis et habeo et ago gratias maximas; referam etiam, si licebit. Exemplum Martinianę epistolę iampridem etiam legi. Non cedet Erasmo Martinus, quia spiritu superior est, nec vicissim Martino Erasmus, quia pari iudicio et eloquentia potentior est. Male pereant Romanenses, qui inter tantos heroas dissidium volunt. Liber Ioannis Fabri adversus Martinum Romæ invulgatus nunc denuo excuditur Lypsiæ, procurante Pontio Pilato, duce Georgio dicere volui, cui liber is mirum in modum placuit. Forte similes habent labras actucas. Extat distichon, quod licet legeris, ut opinor placet tamen repetere sępius, quia non minus scitum quam verum est:

Mente cares, si res agitur tibi seria; rursum
Fronte cares, hæc si ludis, amice Faber.

Cura, ut in Christo feliciter valeas eiusque gloriam fortiter propugnes. Datum Ravenspurgi, VII Kalendas Martias, anno MDXXIII.

Tuus quidquid est *Michael Humelbergius.*

Ubi delituerunt Ittingenses Thrasones tempore Tigurinæ disputationis? Fortassis Claudianum boletum adhuc decoquebant aut Venetam offulam.

Domino Ioachimo Vadiano, medicæ rei undecunque doctissimo, amico modis omnibus caro.

Apud Sanctum Gallum.

[1]) Vrgl. Brief 214.

341. II 124.

Sebastian Meyer[1]) an Vadian.

Bern. 1523. März 18.

Zurückweisung des ihm von Vadian gespendeten Lobes. Eifer für den Fortgang des Evangeliums. Erfreuliche Lage in Bern.

Gratiam servatoris nostri Iesu. Plus mihi tribuis, doctissime Vadiane, quam vel humillimus ego in re evangelica prȩstiterim vel unquam prȩstare queam. Facis tu id profecto, quod pro tua humanitate soleas: ingentia de aliis, etiam quantumque modicis, modo pii sint, ȩstimare, qualia tu tuique similes gigantes præstare consuestis; aut sunt fortasse amici, quibus hęc, quæ per me Christus dignatur, usque adeo placeant, ut ea laudibus in cœlum[a]) evehant[b]). Utrum horum fuerit in causa, ego boni consulo, modo Christus glorificetur, cui uni omnia debemus omnes. Unum scio: velim rem Christianam pure tractari ab iis præcipue, qui sese vicarios Christi atque pastores iactitant. Ad id quicquid in me est gratię atque virium colloco, futurum sperans, ut si aliquando ii vel coacti resipuerint, facile plebem ad meliora secuturam[c]). Quod si perstare omnino perrexerint, saltem in multis reddam cautiorem plebeculam, retectis fraudibus atque dolis. Fore deinde spero, ut vel iuventus ipsa sacris initianda, melioribus studiis instituta, Christi negotia purius sit tractatura tandem, alioqui patrum istorum secutura[c]) vestigia. Gratia Christo quoniam apud Bernates bona pars cleri, senatus, civium hodie ab evangelio est. Confirmet hoc deus, quod operatus est in nobis; neque enim desunt nobis pessime volucres, quas flagello verbi veluti Abraam abigamus.

Cęterum charitati tuę ingentissimas habeo gratias, quod me antevertere voluisti, ut, qui per me in evangelii partes vocandus eras, ipse me confortes et veluti lento calcar admoveas; deinde quod et me et fratres omnes per Abstemii epistolam ingenti affecisti lętitia. Tu vero perge, quo cœpisti optime, velut alter Lucas animarum in primis atque corporum medice. Reliqua, quæ circa nos, ex fratris Christiani literis fortasse perdisces. Paucas has atque ineptas tua boni consulat eruditio[e]; nam Scoticę quidditates, in quibus fere consenui, non sinunt, ut eleganter scribam. Salutant te fratres, maxime Berchtoldus Haller, qui contioni prędest in ecclesia Sancti Vincentii. Salutabis etiam ex nobis fratres omnes, prędipue dominum Benedictum, ecclesię vestrę pastorem. Vale et tu frater in Christo charissime, cuius gratia te confortet et quam diutissime servet. Datum Bernę, 18. die mensis Martii, anno a natali christiano 1523.

Ea quę in conventu principum Norinbergę acta sunt, domino Erasmo missa et mihi ab amico communicata, nolui te latere.

Tuus frater *Sebastianus Meiger,*
Minorita.

Eximię eruditionis maximęque[g] pietatis viro Ioachimo Vadiano, artium ac medicinę doctori, apud divum Gallum, domino ac fratri suo in Christo charissimo.

a) „celum" mit geschwänztem „e". — b) „emehant". — c) „sequuturam". — d) „leticia". — e) „eruditio" mit geschwänztem „e". — f) „prædipue", „e" geschwänzt. — g) „maximeque".

[1]) Von *Sebastian Meyer,* gebürtig von Neuenburg im heutigen Grossherzogtum Baden, eifrigem Beförderer der Reformation in Bern, sind 6 Briefe aus den Jahren 1523 bis 1540 erhalten.

342.

Valerius Anshelm[1]) an Vadian.

Bern. 1523. März 18.

Lob Vadians. Zusicherung seiner Beihülfe. Bericht über den Stand der Dinge in Bern.

Domini nostri Iesu Christi favorem et pacem. Si Vadiane, literarum atque virtutum optimarum vates[a], talem me per minus felicem studiorum meorum ętatem fieri contigisset, qualem si labor, si doctr accessisset ac suopte ingenium non negasset et tua iamiam omnibus a claris monumentis testata virtus nunc prædicat: haberes utique, quocu dulcissimo literarum delectamento iucunde frui posses. At quid cum co-

vis bene conveniet psittaco[b]? En nisi Vadianus ipse pro sua clementia vadum ad se præbuisset mihi, qui fieret, iners eruditissimum et inermis instructissimum appellare ausim. Sed medicus es: porro ęgrum non feres solum, sed et sanare conaberis; eruditus es: rudes, quod edoceas, patieris; christianę pietati affectus es: pietatem vel impiissimis exhibebis. Hęc, inquam, quæ securum inter nos dedit vadum, Vadiane doctissime, quandoquidem non verborum tamquam fidei in Christo sapientiam respicit, facile in crucis stultitia convenire nos et pares faciet. In hac igitur obsecro fratrem habere me non dedigneris, ambigens nil, nil mihi tua per id tempus amicitia gratius advenisse, quę in firmissimo stabilissimoque Christo conciliata, infirma instabilisque poterit esse nunquam; pro qua inprimis Christo nostro, tum et hiis, qui eam inter nos iungere studuerunt, gratias ago immensas. Cęterum dum per hęc felicia tempora cum omnigeno bonarum artium decore Christi servatoris nostri evangelion, a quo iam olim ad barbaros, alioquin non indoctos Arabas inconstans sophistarum theologia et harenosus humanorum decretorum agger me proscripserat, expurgatius relucescere cępisset, adversus irrecuperabilis iacturę dolorem liberiore concepto respirio inter nostros ferme primus resurgenti evangelicę libertati accessi, quibus potui studiis suasi suadereque, quoad Christi dederit spiritus, non desinam. Dedit non exile, cuius hoc est solius opus, incrementum deus, adeo ut iam nunc, lata interim vel posthabita quorundam hypocritarum[c] uterinique cultus hominum vesania, liberum evangelion in magistratu Bernensium nostrorum ecclesia[d] libere prædicetur magnoque piorum confluxu audiatur. Est id, uti scis, ignis, est gladius, est petra, est stultitia, est denique virtus dei omni credenti in salutem. Quid igitur efficiet[e] aliud, cum vacuum non revertatur, quam quod is, a cuius est egressum ore, statuit: scilicet huius a sęculo cęcatos filios, superbos inquam, comburet, repugnantes confodiet, incredulos conteret, sapientes confundet, credulos autem servabit. Vim igitur suam quisque in sese agentem diiudicet. Superest, cohortantes atque consolantes nos invicem Christo domino nostro supplices[f] supplicemus[g], quatinus is id, quod in nobis est operatus, confirmet, augeat atque conservet.

Postremum Christi nostri invicto evangelistę, amico nostro communi Zinglio, rogo me obnixe commendes; tum atque meam in eum ingratitudinem precor excusa. Hanc ut non oblivioni benevolentięve, sed

inertię meę donet, intercedito. Ignoscat lucifugę noctuę, quę in caligine delitescens gratias illi suspirat et optima quęque precatur; et tu quoque, obsecro, inertiam meam patienter pro humanitate tua patiare. Vale in Christo validissime, doctissime mi Vadiane, Valerii deinceps amator tuissimi. Bernę, die XVIII Martii, anno XXIII.

Valerius Anselmus Rubevilanus, Bernensis medicus,
fidelis tuus in Christo frater.

Optimarum literarum, medicę Christianęque sapientię doctissimo Ioakimo Vadiano, viro integerrimo atque suo in Christo fratri dilecto.

In Sancto Gallo.

a) „vades". — b) „psytaco". — c) „hyppocritarum". — d) Erstes „e" geschwänzt. — e) „effitiet". — f) „suplices". — g) „suplicemus".

[1]) Von *Valerius Anshelm*, Arzt in Bern, findet sich nur der vorliegende Brief vor.

343.

II 128. ## Wolfgang Schatzmann[1]) an Vadian.

Sempach. 1523. April 4.

Bitte um die Meinung Vadians über die Lehre Luthers. Der Zustand seines Vaters. Freude über den in Aussicht stehenden Besuch Vadians.

Præstanti[a]) ac colendissimo[b]) viro Ioachim Vadiano, doctori eximio salutem dicit plurimum. Iamiam dudum tuas, doctor insignis, expectavi litteras, quæ me ac quam plurimos de rebus longe dubitatis certificare potuissent, scilicet de venturi anni diluvio ac de Martini Lutheri doctrinis, quæ apud[c]) nos tam inter presbyteros[d]) tam inter sæculares hactenus ampliorem et tribulationem et discordiam seminavit quam pacem et concordiam. Tua vero Humanitas, variis occupata negotiis, responsum mihi de interrogatis minime concessit. Rogo igitur obsecroque, clarissime amice, ne dominum Leonhardum Fischbacher absque tuis litteris reversurum permittas; suum namque ludum sanguinolentus Mars requiescere non desinit, uti fertur. Parum alias novitatis perhibetur. Annosus pater absque corporis dolore usum loquendi perdidit, quem frater Georius, minor natu, paulatim habiliterque[e]) acquirere nititur, qui omnes una genealogiam tuam plurimum salutant. Quid alias siet, dominus adiutor convenientius fando explicat, quam ipse scribere valeam. Honorabiles expertissimique Beronenses canonici Humanitatem tuam percepere venturam. Inenarrabili gaudio sunt gavisi; similiter Xilo-

tectus cum suis, qui de adventu tuo interrogare unquam desistit. Dominus vero meus Ioannes Fer, vir et genere et doctrina exspectabilis, cuius limina tuo adventui sunt apertissima, tuam avide desiderat præsentiam, qui me ac fratris familiam propter te diligit, nec tepide; necnon adiutorem, cui aliquo beneficio (uti optime potest) remunerare ipsum promisit, si tali diligentia servire laborat, sicuti hucusque studuit; nunc equidem rem totam adumbrabo paucis. Quid novi nichil habemus. Fortunatissime tua valeat Humanitas ac salutet mihi dominum Lazarum Talman, dominum Otmarum Lieb ac magistrum Christophorum Crassum. Iterum valeat. Datum ex oppidulo[f] Sendpach, pridie Nonas Aprilis, anno 1523.

Wolfgannus Schatzman, tuus
obsequiosissimus[g].

Laurifero ac egregio viro, doctori Ioachimo Vadiano, suo observandissimo amico.

a) „e" für „æ". — b) „collendissimo". — c) „aput". — d) „prespiteros". — e) „abiliterque". — f) „opidulo". — g) „obsequiossimus".

[1] Vrgl. I, Brief 3.

Im Anschlusse an vorstehenden Brief wird wohl am besten die nachfolgende undatierte Einladung des *Johannes Fer* zu einem Besuche in Sempach gegeben.

S. p. d. Posteaquam tum humanitatem, tum humilitatem tuam a tui similibus video probari, etiam[a] atque etiam[a] omnes uno ore omnia bona dicere, vir integerrime, sum equidem tui cupientissimus. Quoad potes, adlabora, quam cito tibi commodius sit, ad Sempachum ad ædes[a] nostras sedes coniicias[b]. Illud unum abs te magnopere peto. Ibidem in altum piscium retia[a] laxabimus. Cave, luseris exspectantem. Plerique, ut semel finiam, meum obtrectant conatum; id quod viro summi ingenii deprompsi! Nihil igitur me movent aliquorundam scommata, qui me parum eruditum aspernantur. Iterum oro atque supplico, pro animi tui sententia[a] rem tractabis atque literas ad te datas, quas æqui bonique consulas. Wolf(f)gangus tuus Vadianum suum plurima salute impartit. Vale. Me tibi viro candidissimo commendo.

Iohannes Fer.

Vadiano bonarum literarum viro candidissimo.

a) „c" für „t". — b) „edes". — c) „conycias".

344.

I 126. **Johannes Botzheim**[1]) **an Vadian.**

Constanz. 1523. April 11.

Übersendung zweier Tafeln. Das Reich Christi.

S(alutem). En tibi tabulas duas, alteram prioris, alteram posterioris editionis[a]), quas exhibebat hic venales non mercator, sed conterraneus meus, quarum posteriorem tibi decreveram emere, nisi per sacrificulum quendam paulo ante fuissem admonitus, ne essem sollicitus super ea re; aliunde tibi provisum esse. Itaque patiebar vinci precibus[a]) a quodam concanonico, ut illi permitterem emendi facultatem, quod nulla civilitate negare poteram. Retinui tamen apud me causa conglutinandæ tabulæ, quod necdum, ut vides, curatum est. Solvit quidem ille duos aureos, ego aliam prioris stampæ emi uno aureo; quæ si tibi placuerit, nihil ultra restat, quam ut ex me dono retineas apud te. At si altera velis uti, poteris, sed non nisi tuo periculo, hoc est, si compegeris. Curabo, si potero, verbis apud confratrem meum extorquere, si forsan recepturus sit suam pecuniam et relinquat mihi chartam. De alia non est, quod dubites; quam si voles, libere retineto. Fac sciam proximo nuntio, quid sis facturus; intra mensem non torqueberis ad reddendam tabulam. Quicquid est mei, commune tibi mecum esse ne dubita. Regnum Christi ampliare ne desinas Vocant me negotiola mea; ita ea, quæ vellem, scribere non liceat. T bene vale in Christo et Botzhemum unice tuum redama. Ex Constantia, pridie Quasimodo MDXXIII.

Tuus ex animo *Abstemius.*

Eximio iuxta ac pio viro, domino Ioachimo Vadiano, medico et bonarum literarum Theseo, amico tanquam fratri sincerissimo.

a) „æ" für „e".

1) Vrgl. Brief 317.

345.

I 127. **Magdalena Gräfin zu Montfort**[1]) **an Vadian.**

* *1523. Mai 6.*

Bericht über einen dem Bruder Vadians entwendeten Ring.

Magdalena gräfin zu Montfort, geporne gräfin zu Öttingen etc.

Was wir gůts vermögen zůvor, lieber doctor. Uff Ewer schryben

ıs Ewers brûders guldin bitschaftsring halb gethan etc.; wa der in un-
:rm gwalt, wern wir gantz gutwillig, Euch in Ewerm begern und pit
rillfarung zu thûnd. Der gefangen hat in aber, ee er in unser vancknuß
:omen ist, zu Lindow ainem goldschmid zu koffen geben. Der hat in
;lych angends zerschmeltz. Doch haben wir den stain, darin Ewers brû-
lers wappen geschnitten, der von dem goldschmid, so in uß dem ring
:han hat, zerbrochen ist, mit muhe zû unsern handen bracht, den wir Euch
›y dem boten überantwurten lassen. Unnd soverr Ewer brûder oder Ir
dem gefangnen, der etwas darumb belitten hat unnd aber wider uß vanck-
nuß, darinn er 15 tag gelegen, gelassen und in unser herrschaft sitzen
ist, sölichs nit nachlassen wollen: wa dann Ewer brûder oder sein vol-
machtiger, verschribner gwalthaber zu im komenn unnd abtrags begern,
hat er in siner gegeben urfeh zugesagt, sich nach zimblichen, billichen
dingen zû vertragen. Das wolten wir euch nit verhalten, Euch darnach
zu richten unnd uns in gunstlichem willen genaigt zû haben wissen. Da-
tum Mitwoch nach Cantate, anno etc. XXIII.

Dem hohgelerten, unserm lieben, besondern doctor Ioachim von
Watt zû Sannt Gallenn.

[1]) Von *Magdalena Gräfin zu Montfort* liegen zwei Briefe vor aus den Jahren 1523 und 1524. — Vrgl. Brief 357.

346. II 129.

Christoph Schappeler[1]) an Vadian.

Augia Boica (?). 1523. Mai 10.

Seine Spannung in betreff der erledigten Pfarrstelle in Wintertur. Dank für die Bemühungen Vadians und Bitte um Mitteilungen.

Salve, mi Vadiane doctissime. Non tuis, quibus aliquando tuum Christophorum plurimi affeceras, literis his respondebo, sed meis ut tremebundus occurram[a]) suspiciis affectuosissimis, virum illustrem, fratrem in Christo integerrimum consulendo, aliquid quantulicunque significabo. Et tuis et meorum literis in rem hactenus meam salutatus sæpiuscule consolatus, inter sacrum saxumque cæspitans[b]), scopulos nauseans, itus[c]) optatum contingere potui neutiquam, flatibus nescio quibus obviis; pei si quid minusculę aderit, tranantem hucusque fatigatum fovebat. luctuanti iccirco et quasi in procellis desperanti ocius succurras ac, uo ipse felix votis aliquando potiar, tempus ostendito. Quodsi salutis ıcora uspiam appulerit, sudori, pariter labori, neve oleum doliumque

misellus amittam, prudens parcam. Tuum, mi Vadiane, Hulricum Zwinglium nomine et re mea literis consulito fidissimus nosque suspensos aura secunda quietiores reddito. Petunt, vocant ad se me mei, ut rem ipse coram agam certam; at me absente expediri tandem vestra vigilantia haud dubitarim unquam. Fac igitur, unice fautor, tuus Christophorus, tantisper suspensus, vel [ab] ipso Zwinglio, viro vere evangelico, ave (?) senatu Vittudurensi ocius[d] certificetur. Tantę dilationis causa ipsi mihi secretum; alioqui et rem et votum brevi immutabo, alioqui ventis vela vertam. Laboris te nec pæniteat iusti, doctor candidissime. Optarim, et ipse Zwinglius me literis pulsaret; humilis et gratissimus meis responderem. His vale; vive in Christo sanus, fautorum optime. Nostrum parrochum dominum Benedictum nomine meo uti confratrem in Christo salvum dicito.

Raptim, in Augia Boica (?)[e], decimo Maii 23.

Tuus amicissimus *Christophorus Sertorius* S. G.

Egregio ac magnifico viro, domino Ioachimo Vadiano, medicinę doctori illustri apud divum Gallum degenti, confratri suo in Christo amato.

Doctori Watter.

a) „occurrem". — b) „e" für „æ". — c) „littus". — d) „otius". — e) „boc" mit Abkürzungstrich.

[1]) Vrgl. Brief 339.

II 130.

347.

David Tyræus[1]) an Vadian.

Freiburg (i. Ü.). 1523. Mai 21.

Bitte um ein Darlehen, um Schulden zu bezahlen.

S. P. Quonam modo cum Aviano nuper convenerim nostro de assumenda vitæ conditione, te forsan non præterit, ubi mihi Musas elegeram, quas imitabor (diis faventibus), donec vixero. At me alio profecturum promiseram, quod equidem minus factum est pænitendumque haudquaquam. Mecum enim et prospere et feliciter, gratia superis, aguntur omnia. Quid fabulis autem anilibus diu moror? Imo ut ad rem ipsam revertar, necesse est. Abs te nummos postulo. Debitis implicatus sum maximis et librorum et vestium causa. Quamobrem illa supplicatio tibi cordi sit, oro. Me enim pentecostes post ferias omnia quam certissime persoluturum fidem dedi. Qua de causa tibi oppido supplico, ut sex mihi mittatis et tu et organicen aureos nummos, facque ne spe frustrer, ne

fortasse graviora in pericula incidam. Orator ad vos venio, exorator ut abeam sinite. Optime valeas ac errores hilari meos inspicias fronte a vitiisque, quibus contaminatæ erant præsentes hæ litteræ, purges precor. Denuo vale meque omnibus modis commendatum habeto. Ex Friburgo Aventico, 12 Kalendas Iunias, anno 1523.

David Tyreus.

Ioachimo Vadiano, viro undique doctissimo[a], poëtæ laureato, medicinam profitenti, in oppido Sancti Galli.

a) „doctissimo".

[1]) Von *David Tyræus* in Freiburg liegt nur dieser eine Brief vor.

348.

II 131.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. Juni 17.

Entscheid des Rates über den Austritt der Nonnen aus dem Kloster. Leo Jud als Pfarrer. Der bevorstehende Entscheid über den Zehnten. Die Haltung des Benedict Burgauer.

S(alutem). Bene habet. Nonnis copia fit relinquendi cœnobii, si quę ita cupiunt aut cupient posthac. Viri senatorii ordinis quattuor in hoc delecti exituris distribuent id census reique, quod ab eisdem ordini primum initiatis illatum est. De universis vero censibus redditibusque senatus consultum est, ut cœnobium profiteatur, ne quid vel subtrahi a manentibus forsitan vel in monachorum usum verti possit. Monachis Prędicatoribus (ut vocant) capitale fuerit, lupinis eorum rictibus evulsas nonnas visere. Leo parochum aget; quid non dixi episcopum? Sic et hoc sanctum est a ducentumviris: quę adeo vel tenuis fortunę vel fidei nondum plenę sunt, ut de exitu iam ne cogitent quidem, ne monasticum habitum mutent, cultu alieno ab ordine offendiculo futurę infirmis aut (si malumus) rebellibus, rogantur. De negotio[a]) decimarum nihildum statutum est; statuetur autem post die ab hoc quinto. Iam nihil est ultra, quod tu scire ex me debeas, nisi quod dolet Benedictum, episcopum vestrum, sic descivisse ad purgatorium, quod vocant, immo[b]) fingunt impie, mordicus asserendum. Timui semper, ne civilitas quorundam alio, atque vel dignum ipsis vel ego boni consulere possem, evaderet. Bene vertat autor evangelii discessionem istam, nisi forte non missus sit, qui sic reversum se propemodum clamat ipse, ad vomitum doctrinę abominationis. Quodsi sic haberet, non tamen desperaverim, quin in messem Gallensem alius successurus esset operarius, atque is tandem a deo protrusus. Bene-

dicto, fratri tuo, ad te literas dabo (modo non impediat Christus), quibus mutatos abusus decimarum cumque isto alia eventura indicem. Bonam pacem precor omnibus, qui sua apud vos non quęrunt, sed quę dei sunt. Feliciter[c] ut pariat coniux tuique incolumes sint, volo. Tiguri, die 17. Iunii, anno MDXXIII.

Conradus Grebelius,
tuus ex animo.

I. Iacobus Ammanus bene imprecatur tibi.

Ioachimo Vadiano, suo ex animo charo.

a) „negocio". — b) „imo". — c) „fœliciter".

[1]) Vrgl. I, Register.

II 132. 349.

Philipp Engentinus[1]) an Vadian.

Freiburg (i. B.) 1523. Juni 18.

Klage darüber, dass in Freiburg keine Bibelerklärer auftreten. Verweisung auf die Berichte des Überbringers. Die Umtriebe der Päpstlichen und der Eifer Fabers für die Verteidigung des Papsttums.

S. P. D. Quæ de te prædicantur, Vadiane optime, tam libenter audio, quam quæ libentissime; nimirum hoc est vere bonis studiis operam dare, si pro poëtico Apolline Christum profiteamur, quod tu subinde facis apud tuos, qui Apostolica Acta luculenter enarras. Gaudes, quod isthic tantum promoverit evangelion. Hic non invenies unum aut alterum sacrificulum, qui sanctas literas tractare velit; nescio malevolentia, an ignorantia. Utrumque non esset ferendum, si ferventem aliquem in concionibus admonitorem ista terra sustineret. Sed vivam hic habes epistolam, dominum Ioannem, qui coram referet, quam hic sinistris agamur geniis. Apostolis istis primis opus foret ad fugandas Empusas, quæ ex Romana lerna huc missæ mirificos construxere nidos. Quod ad me attinet, vivo equidem quietissime, quod solis evangelicis literis acceptum fero. Scis, quam rapiant, quam transforment, quam adversus omnes procellas communiant et contra quam sæviant aliquando, qui novam esse sectam ubique quiritantur. Quam vero aliquando pueriliter agant, vel ex novissima ista apud Turegum disputatione satis liquet; quanquam sacrę Romanæ sedis propugnator devotissimus Faber neget per omnia, sic rem esse actam. Quod cum diceret, non potui non ridere. Utinam tam impotens Romanum idolum defendendi studium nobis hunc virum

non abstulisset; sed mentem tu sola peruris gloria! Nostrum erit, a deo precari, ut spiritum suum passim in omnium corda transfundat; quod tunc futurum esset, si omnes omnium mortalium conatus evangelio cederent, quod tu (ut audio) strenue tuos doces. Quod ut semper facias, etiam atque etiam rogo. Vale, optime Vadiane. Friburgi, XIIII Kalendas Iulias, anno MDXXIII.

Philippus Engentinus.

Adresse fehlt.

[1]) Vrgl. Brief 155.

350.

Johannes Gallinarius[1]) an Vadian.

XI 251.

Breisach. (1523.) Juni 22.

Dank für einen Brief, den ihm Johann Vogler überbracht hat. Bescheidene Schätzung seiner selbst und überschwengliches Lob Vadians nach den Mitteilungen Jakob Spiegels und Johann Voglers und nach seinen Schriften. Aufmunterung zu weitern literarischen Arbeiten. Huttens Schrift gegen Erasmus und Neuigkeiten von der Strassburger Messe.

S(alutem). Quod scribendi occasionem tum demum (doctissime Vadiane) ex Vogleri nostri a te ad nos properantis digressu ad me (hominem profecto nullius frugi) nactus es atque operam insumpsisti, gratias tibi habeo maximas; ita mihi certe ipsi blandiens, ut me Codrum a Iove salutatum esse arbitror. At vide, ne me falsæ tibi famæ noticia accusaverit; famæ, inquam, tam ficti pravique tenacis, quam nuncię veri. Quodque subinde Iacobus Spigellius, a teneris meus conlega, Voglerusque, utrique amici mihi charissimi, sublimiora de me prædicant, adscribendum est illorum erga me (ob genuinam utriusque humanitatem) ferventiori benevolentiæ, quæ aliquando amicos sinceriores longius abducit. Necdum recte pensibilavere illi ingenii mei (si quę tamen sunt) tenuissimas vires, qui ipse noverim, quam mihi sit in re litteraria curta suppellex. Voglerus noster symmetriam[a]) tuam, effigiem nobilissimæque naturæ mores ita depinxit, ut me illis tam selictissimis iniustissime te comparasse videam[b]), qui me tanto excedis intervallo ad omnes animi dotes, quam Deliam splendore Phœbus et culicem fortitudine magnitudineque Indicus elephantus superant. Proinde cave, me leonis exuviis ornes et unguentum in lenticulam inducas, dum me Vadiano illo viro ad assem emunctissime formato conferre studes, Celticæque illi classi, ubertate litterarum ditissimę, niteris aut immiscere aut civem utcunque designare. Sed facis veri

humanissimi doctissimique viri officium, qui in prosequendis amicorum præconiis[c] aliquando (quando par sit et præstari[c] possit) altius efferuntur. Tanta est inter eruditos verę amicitiæ fervens efficacia[d]. Effigiem tuam tum ex multiiugis elucubrationibus tuis utriusque et solutæ et legatę orationis, præsertim[c] Pomponii commentariis, tum ex litteris tuis elegantissimis ad me datis haud secus, quam physionomus quidam Hippocratis[e], medicorum inclitissimi illius, discipulis interpretatus, trutinavi diiudicavique; tantam inde spem accipiens, ut tibi, doctissime Vadiane, ob veram ingenii tui felicitatem[f] non parum immodice congratuler. Videris enim (ni fallor) nobis evidentibus coniecturis aliquid maius parturire, huic novo et florescenti sęculo amplectendum. Perge igitur, uti physionomia tua nobis vere pollicetur, sequereque nobilissimum genium tuum, tibi a deo immortali donatum, illaque, quę in Apostolorum Acta et de Christi servatoris ad inferos descensu homo physicus[g], theologorum pudorem, sub incude, ut audio, habes litteraria, nobis aliquando elimata impartire. Quod si fiet, coniecturam facito, quanta ego, scribentium omnium pessumus, intercapedine te doctissimum omnium iudicio merito sequar. Ecce interstitium magnum magnumque chaos Vadianum et Gallinarium inter, ita ut Gallinario Vadiani Musas a planta contigere non liceat. — Pręterea apud me novi cum nihil sit, quod te dignum mitti debeat, neque Hutteni epistolam, ut audio, in Erasmum nostrum acerbiorem adhuc acceperim, ad nutum tuæ Humanitati obsequi non possum. Verum nunc descensurus ad nundinas Argentinenses illinc (si quid expositum fuerit) tibi quidpiam tra(n)smittemus. Ego Vadiani, Apollinis mei, qui me in suum gregem recepit, non ero immemor. Tu aliquando novo amico et te quidem sinceriter diligenti mutuiter scribito amicitiamque firmato. Postremo Ioannes Sapidus, qui me hodie hic convenit salutandi gratia, precatur tibi maximam salutem. Ille tibi quoque scripsisset, nisi tam emporii tumultus, quam plebis[f] circumstantis importunitas hunc avocasset. Ioannem Botzhemum et doctorem Ioannem Fabri, vicarium episcopi nostri, hac ęstatę invisere decrevi. Quod deo duce si fiet, et Vadianum conveniam; tu interea, doctissime vir, genialiter vale cum Cornelia tua et prole charissima, et me inter tuos dinumera. Ex Brisacho, die X ante Kalendas Iulias.

Ioannes Gallinarius, pastor ecclesię
Brisacensis.

Clarissimo viro, domino Ioachimo Vadiano, a*rtium et* medicinæ doctori ... ligendis omnium bonarum *disci*plinarum scriptis impense exercitato.

a) „symetricam". — b) „videar". — c) „e" für „æ". — d) „t" für „c". — e) „Hypocratis". — f) „e" geschwänzt. — g) „phisicus".

f) Der Humanist *Johannes Gallinarius* (Henlin = Hähnlein), geboren um das Jahr 1475 zu Heidelberg oder Durlach, studierte in Heidelberg und Cöln, wurde c. 1512 Lehrer der Grammatik und Rhetorik zu Schlettstadt und 1516 Pfarrer zu Breisach, wo er — unbestimmt in welchem Jahre — als solcher starb. Vrgl. Allg. Deutsche Biographie VIII. 336 ff. — Von ihm ist nur dieses eine Schreiben vorhanden, dessen Datierung sich mit Sicherheit aus der Erwähnung der im Sommer 1523 in Briefform erschienenen Schrift « Hutteni Expostulatio cum Erasmo » ergänzen lässt.

351. II 134.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1523. Juni 23.

Lebhafte Klage über die Glaubensspaltung in Deutschland und der Schweiz. Heftige Missbilligung der neuen Lehre, welche Unfrieden und Verderben stiftet. Lob des Johannes Faber, der sich in keine Disputation einlassen will. Nicht der Buchstabe der Schrift ist massgebend, sondern der Geist Christi, der durch die römischen Bischöfe der Kirche mitgeteilt wird. Sein Canonicat in Constanz. Er erbietet sich, einen Zwist zwischen Vadian und dem Abt von St. Gallen beizulegen. Er missbilligt den in der Schweiz begehrten Anschluss an Frankreich. Der Krieg gegen die Türken. Empfehlung seiner Schwester Sapientia.

Se ipsum ad vota offert cum salute plurima. Excellentissime doctor amiceque colendissime, alias de mense Aprili accepi literas tuas, michi raras, multum tamen gratas, eo quod ex illis tuam tuorumque, immo[a]) nostrorum incolumitatem præ cunctis a me desideratam cognovi. Verum michi mirum in modum displicent discordiæ et simultates, de quibus commemoras, quæ non a deo, pacis auctore, sed illius ac humani generis inimico, zizaniæ seminatore, procedunt. Doleo et condoleo nationi et patriæ nostræ, si toxico illo Lutherano inficeretur. Essemus tamquam a fide deficientes, fabula et ludibrio toti christianitati; prout iam ab aliis nationibus nos Alemani irridemur, ex quo natio nostra, quæ semper devota fuit, convertere se nitit ad fabulas et pseudoprophetas, insequendo eos, quos diabolica, ut dicunt, præsumptio apprehendit, et qui a fidei sinceritate et unitate ecclesiæ se segregant ac novas falsasque doctrinas docere et profiteri non verentur, quique sibi ipsis plus quam veritati credunt ac suam sententiam nimis amant, non verentes etiam alios in scismatis sacrilegium inducere. Quod quam periculosum sit, quisque sanæ mentis iu-

dicet. Quod vero Zinglius iste, asserens se de doctrina sua rationem redditurum, et quem scribis trium linguarum peritum, articulos certos Germanica lingua coram laicis, si materiam fidei ac statum christianæ religionis concernunt, disputandum proposuit, potius detestandum, salva pace cuiusque, quam commendandum videtur, eo quod nil utilitatis vel boni, immo[a] potius scandalum (quod vitandum est) et animarum periculum inde sequi verisimiliter posset. Propterea si doctor Ioannes Fabri, vicarius Constantiensis noster, cum illo disputare non curavit, non ei imputandum venit, sed laudi et honori suo ascribendum, cum huiusmodi respiciant universalem ecclesiam catholicam et illius caput, neque quispiam similia temeritate propria præsumere[b] absque licentia apostolicæ sedis, sed ad derisionem illius sanctæque matris ecclesiæ referre[c] deberet. Nam alias dum quis sensum suum, quem habet de scripturis, præponit ecclesiæ, tunc pertinaciter se segregat ab unitate ecclesiæ catholicæ et scismaticus ac erroneus est censendus. Nititur enim suis rationibus ex litera impugnare ecclesiam, quæ non errat et licet semper ad spiritum, non tamen ad literam scripturarum obligari potest; unde, quando litera non servit ædificationi et spiritui, tunc ecclesia recipit id, quod magis servit spiritui; prout etiam beatus Paulus, vas electionis, se dixit novi testamenti ministrum non littera, sed spiritu. Præterea ante evangelium et epistolas fuit ecclesia, quam Cristus ædificavit sine litera, quia non intellexi[d] Cristum librum scripsisse. Itaque non litera, sed spiritus vivificans est de essentia ecclesiæ, quæ beato Petro, apostolorum principi, et consequenter illius successoribus, Romanis pontificibus, specialiter est credita; pro qua Cristus rogavit, ut illius fides non deficeret, et obtinuit, quod portæ inferi adversus eam non prævalerent. Quare non est spernenda ecclesia et potestas, illius, capiti suo, Romano pontifici, attributa, immo[a] illis reverenter obediendum. Unde nisi aversi ad cor redeant, pertimesco vehementer omnipotentis dei indignationem, quam deus piissimus avertere et nos a tantis malis sua divina clementia servare dignetur. Scribis insuper, te existimare ratione præbendæ meæ Constantiensis omnia parata ac in tuto esse. Utinam ita sit! Quoad ius quidem res clara est; sed de facto, si quid propter æmulos et comminatores(?), quod absit, occurret, expiemur. Deus ipse iustus et misericors, in quem confido, me propter veritatem et iustitiam, quam foveo, non derelinquet. Scio denique, quod tua nostrorumque fides michi non deficiet. — Intelligo[e]

tiam ex literis, nescio quid differentiæ inter te et reverendum dominum ibbatem S. Galli intervenisse. Id michi non placeret, immo[b] ad tollendum, si quid differentiæ esset, me ultro ac libens interponam pro reformanda pace et amicitia inter amicos tantos. Fuerat denique vago nuper michi relatum, nostros Gallis adhærere velle. Quod si Cæsari ac imperio displiceret, quam dampnosum patriæ, præsertim mercatoribus nostris ex Sancto Gallo et consequenter textoribus et pauperculis lino et filo laborantibus seu victum quærentibus esse posset, non ignoras. Deus ipse cuncta ad bonum statum reducat! Pontifex mittit legatum ad Ungaros cum multis pecuniis pro subsidio contra Thurcos; ob id nos hic duplicem cogimur persolvere decimam. Utinam et Thurcus et scisma supprimantur virtute divina! Hiis felix cum tuis et nostris vivas sororemque unicam michi charissimam Sapientiam, priorissam nostram (cuius salus in dei ac tuis manibus est), commendatam, ut soles, habere digneris precor, in cuius personam si quæ beneficia contuleris, michi longe gratiora sunt, quam si michi ipsi offerres. Iterum vale. Ex urbe, die XXIII mensis Iunii, anni MV^{C}XXIII.

Tuus *Caspar Wirtt* totus.

Præstantissimo et egregio viro, domino Ioachino de Watt alias Vadiano, artis et medicinarum doctori, domino et amico optimo plurimumque observando.

S. Galli.

Ad manus proprias.

a) Durchgehend „e“ für „æ“. — b) „ymo“. — c) „refferre“. — d) „intelexi“. — e) „Inteligo“.

[1]) Vrgl. I, Brief 52.

352. II 135.

Barbel Sailer[1]) an Vadian.

Wil. 1523. Juli 7.

Bericht über die Wirkung der übersandten Arzneimittel und Bitte um ärztlichen Rat.

Wirdiger, hochgelerter lieber her doctor, min fruntlich dienst zůvor. Wissend, das die erst purgatz an mir wol gewurcht hat, und die ersten am mentag ingenomen; und die ander purgatz am fritag darnach, wie ir mich gehaissen hand, och ingenomen. Die hat gar fast an mir gewurcht, das ich nit gemaint hett. Und han sid den purgatzen groß hoptwe, und zum hertzen ligt mir, was ich iß, und han großen durst gehept.

Hierumb pit ich üwer wirde mich berichten, wie ich mich halten sol der kranckhait halb; die wil mir nit komen und enpfind ir nienen. Unnd welt gern gen Baden. Darumb ratend mir, wie ich mich halten sol. Datum zinstags post Ulrici, anni XXIII. Und schick üch hiemit min brunnen; und loussen mich wissen, was mir jetzund notturftig sig.

Barbel Sailerin zů Wil im Thurgöw,
hoptman Dudlis selgen witwe.

Dem wirdigen, hochgelerten hern Jakim von Watt, doctor etc. zů Sant Gallen, minem lieben herrn.

[1]) Von *Barbel Sailer* in Wil ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

II 136. 353.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. Juli 13.

Anklagen gegen den Rat in Zürich wegen der Frage der Zehnten. Erwähnung von neu erschienenen Streitschriften.

Salve, mi Vadiane. Quem tantopere expectasti, eum nunc accipis a Zinlio, Zinlii librum perchristianum, donoque accipis. Hoc ego habebam inpræsentiarum, quod tibi scriberem, nisi idem et de decimis perscriptum tibi velis; cui ego quid respondero candidius veriusque quidque magis evangelio probabilius, quam hoc unum, quod subdo, verbum: gentes mundi nostri Tigurini omnia tyrannice[a]) Turciceque agere in negotio decimarum? Gentes mundi dixi tyrannos patrię nostrę, quos patres conscriptos vocant, rectius patres decimantes vocaturi. Non credes forsitan; at ego credo et oculis video; atque ideo, ut ex Zinlio ediscas, curato, qui omnia commodius tibi aperuerit quam miser ego nugator. Advehitur huc ad nos Iacobi Strussii libellus sive articuli evangelicissimi, quibus colore suo pingitur census; eiusdem deinde farinę iam ad nos pervenit, Balaami[b]) Asina inscriptus. Affertur Hutteni item invectiva in Erasmum. His omnibus accedit Lutheri iudicium de eodem Erasmo; nec tamen illud volente et conscio Luthero evulgatum. Num tibi vis istos uno fasciculo mitti? Volo, inquis, nimirum. Mittam ergo, ubi monueris literis, ne forte, si prius quam nos habueris, rem non adeo gratam præstem. Incolumem esse volo matrem meam et quicquid tibi Christoque charum est, utque feliciter[c]) pariat coniux tua christianamque

prolem edat precor. Vale et boni consule multis nominibus ineptas brevesque literas.

Tiguri, die Margaretę, anno 1523.

Conradus Grebelius tuus.

Benedicto Burgoëro salutem ex me dicito, et ut scribat ad me, quotum quaternionem Zinliani codicis acceperit, ut et reliqui addantur.

Domino domino Ioachimo Vadiano, viro undecunque docto atque humano, suo ex animo etc.

a) „tyranice". — b) aus „Baaami" corrigiert.

[1]) Vrgl. I, Register.

354. XI 301.

Michael Hummelberger[1]) an Vadian.

Ravensburg. (1523.) Juli 17.

Freude über den guten Fortgang der Reformation in St. Gallen und Bedauern über ihren schlechten Fortgang in Ravensburg. Neue Reformationsschriften. Empfehlung eines Lehrers Johannes.

Salutem. Læta sunt, quæ tu scribis, quod fęliciter istic promovet evangelium; misera vero, quæ ego, quod hic a plerisque non modo non recipitur, sed spernitur et impugnatur. Unde ut de vestra salute gaudeo, ita de nostra perditione doleo, et quidem maxime. Fortassis melius non sumus meriti. Feliciores vos, quos ante nos deus respexit. Utinam quod cœpit in vobis, perficiat et regnum suum vel in nos usque proroget, ut etiam vere agnitam veritatem populariter toto pectore amplectamur et pro viribus tueamur! Doleo Fabrum, sese bonis omnibus invidiosum facere Luteri caussa. Memini adhuc, quod longe aliter sentiebat de christianis paradoxis. Arridebant ista olim; sed quamprimum merx Romana[a]) male audiit, et ipsa fœtere cœperunt. Assertiones Zuinglii cupide admodum operior. Quamprimum adeptus fuero, Augustæ imprimenda curabo, ubi hactenus me procurante pleraque omnia Zuinglii impressa sunt. Quæ de Erasmo et Hutteno sunt in tua epistola, prior ad me scripsit Rhenanus; non minus tamen tua gratia mihi sunt. Agnosco sic tuum erga me candorem et observantiam, qui nihil rerum literariarum me latere velis!

Quod nunc pro meo officio vicissim tibi scribam, nihil habeo, nisi hoc unum: Wittenbergæ Melanchthonis in Ioannem adnota-

tiones cum præfatione Martini excudi. Libellus iste a me tibi donatus non indignus est, quem cum parocho tuo legas. Asserit strenue secundum articulum, quem parochum tuum recantare voluit Faber. Vale feliciter, charissime Vadiane, et me, ut soles, mutuiter ama. Ravenspurgi, XVI Kalendas Sextiles.

ὁ σὸς Ὑμελβέργιος.

Adnotationes Philippi in Paulum Augustæ[b] vulgari linguæ redditæ excuduntur. Commendo tibi Ioannem, vulgaris literarii ludi magistrum. Aliquid a fratre tuo pro meo petiturus est. Fac impetret, id est hamos ferreos.

Præclaro viro domino Ioachimo Vadiano, medicinarum doctori, amico primario.

Apud Sanctum Gallum,
zů Sant Gallen.

a) „Rhomana". — b) „e" für „æ".

[1]) Vrgl. Brief 214. — Die Erwähnung der Schrift des Melanchthon lässt den Brief mit voller Sicherheit in das Jahr 1523 setzen.

I 137. 355.

Benedict Burgauer[1]) an Konrad Grebel.

St. Gallen. 1523. Juli 21.

Abwehr gegen die Anschuldigungen Grebels, dass er vom Evangelium abgefallen sei.

S(alutem). Nisi me modestia spiritus Pauli impelleret, non iotam Conrado meo depingerem, docens bonum pro malo reddendum. Quod tibi persuades mihi subirascendum, me ab evangelica veritate deflexisse, unde in messem evangelii alius surrogandus: egi quibusdam, qui libertatem spiritus in occasionem carnis invertere moliti, dure et importune, qui pro mortuis non orandum proclamarunt, sacrum eucharistiæ ab ecclesia sustollendum, infantes, qui fidem propriam non habent, non baptizandos nec versutum opera exercendum seu in vinea domini elaborandum, sed Christi passionem sic supereffluentem esse, quod diffidentiæ sit mortificatio corporis et vita Christo consimilis; hos execratus seu pseudochristos, inducentes sectam perniciosam, sanæ doctrinæ homines a veritatis luce obtenebrantes. Novisti, homines singula in libertatem carnis, non ædificationi proximi scripturarum pervertere, unde optimos et quos evangelicissimos appellare consuetos in evangelii partem sic affectuum, lucri, quæstus gratia non concessisse optarim. Hoc malum illud, unde a blatteris illis

nebulonibus proclamor declinasse ab evangelio. Si presbyteros illuserit[a], omnia reiiciunt et consueta annihilant, crapulæ indulgent; dein inter diem non discernunt clericos detrahere, eos latrones, fures vocitare, evangelicum apud christianos (?)[b]. Habes paucis, quæ me moverint, vos lactis potu prius alendos; tum adhuc carnales ex contentione, æmulatione iudicet scriptura. Hæc mala, quæ impingunt, cum taxo, et procacitatem carpo.

Ceterum quaterniones ad me misisti 34; ultimus quaternio est litera M.[2]. Precor hoc gerulo remittas, et quicquid elargiendum erit, matri tuæ honeste restituam. Salutabis nomine meo[c] coniugem tuam, parentem et evangelistam Zuinglium. Ex Sancto Gallo, raptissime, 21. Iulii, anno 23.

Tuus *Benedictus Burgowerus* frater.

Integerrimo Conrado Grebelio Tigurino[d], fratri suo in Christo amicissimo.

a) „illuderit". — b) „chos" oder eher „ches" mit Abkürzungsstrich. — c) „me". — d) „Tygurino".
1) Vrgl. I, Brief 22. — 2) Vrgl. Brief 353 am Ende.

356. II 140.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. Juli 28.

Wünsche zur bevorstehenden Entbindung der Martha von Watt. Reise des Vaters Grebel nach Bern als Beauftragter des Rates von Zürich. Erkundigung, wie Burgauer seinen letzten Brief aufgenommen habe.

Salve, mi Vadiane. Per Geiseranos accepimus, valere bene vos omnes; sed an literas nostras acceperitis, id dubium nobis est, cum nihil rescripseritis, literas, inquam, patris et Dorotheę.

Cupimus, ut feliciter[a] pariat Martha et ut, postquam feliciter[a] pepererit, quamprimum certiores reddamur matremque mox reducem excipiamus. Bernam redibit parens tertio abhinc die. Redibit autem legatum agens nomine dominorum nostrorum Tigurensium. Hęc sunt, mi Vadiane, quę mihi vix scribere licuit per languorem mei corporis, quo ego subinde mortis præludium facio. Scribere autem ut vellem, cum vix possem, fecit pater, qui ut suam vicem, ut Agathę, ut Dorotheę explerem iussit. Quid parochus de postremis meis ad se literis sentiat quamque in partem interpretetur[b] scripta, fac de te ediscam. Nostro omnium uno ore este incolumes, este dii. Valete in Christo idque meis verbis tres animę, tu, parens, soror. Tiguri, anno MDXXIII, 28. Iulii.

Conradus Grebelius tuus.

Precare apud Christum, ut firmam in eum fiduciam geram. Idem ego quoque, ut tibi accidat, precabor. De me ita habe: si misericordię et gratię divinę impetratę dono iuver, omnia contemptim laturum, quæcunque tandem eventura sient.

Utinam me caperes, quo in loco hęc scribam et qua spe valetudinis! Queri non ausim, quem tu, qui nunquam mea gustas, querulum plus satis esse putas vocasque etiam.

Ioachimo Vadiamo (!), viro omnibus numeris consummato[c], affini charissimo. Apud S. Gallum.

a) „fœliciter". — b) „interpretur". — c) „consumato".

[1]) Vrgl. I, Register.

II 141.

357.

Konrad von Watt[1]) an Vadian.

Posen. 1523. August 4.

Bericht über sein und der Seinigen Wohlbefinden. Erkundigung nach dem Dieb seines Ringes. Geldgeschäfte mit Hektor von Watt in Krakau und der Frau am Graben. Feindseligkeit der Geistlichen in Preussen gegen die neue Lehre.

Iesus Maria. Datum zu Posen, uff 4 augst, im 23. jar.

Mein früntlichen, gůttwilligen dienst, lieber herr docktor, Ewer gsonthait mit sampt Ewer dutgentsamen hußfrowen wer mir alzeit liebt zů fernemen. So wist uns alle och frisch sein; gott helff uns allen. So ist mir an brief von üch worden. Ewer schriben fernomen, wie daz min ferlor bischaftring wider ans liecht kommenn ist[2]). Send ich üch hiemit an machtzbrief, daz gelt darfür zů enpfachen. So bitt ich üch, ir wolt mir schriben, wie disser haist und von wannen er ist, der mir den ring gstoln hatt. Ess ritten ir zwey mit mir von Nurenberg, die ich bad ferdechlich han ghabtt etc.

Item so bin ich far Johani zů Kraken gwest und hab dem fetter Äcktor von ewert dwägen 100 fl. rh. fergnůgt; und die andern 100 fl. wil ich im och ussrichten; ist er woll zůfriden. So sagt ich im an, daz ir im dussen och 200 fl. rh. würt usrichten seim facktor zů N(urenberg)-Hoff ir habtz entschaden etc.

Item wie ir denn schribt, daz ir an zins wolt ablössen by der frc am Graben, schrib ich ir hie mit und bit sy, daz sy sich gůtlich wöll mit üch halten. Fersich mich, sy wertz důn etc.

Item wie ir denn by üch und sust im land gůt ewangelisch seit, ich gern; aber hie im land Prüssen sich die gaistlichen prelaten

arck darwider und han den kunig darzů bracht, daz man lutrische ücher ferbotten hatt hie im land, wiewols wenig hilfft. Gott wil sein wort nit underdruckt han. Wir hand ain gůten düschen brediger hie ghabt; den hantz uns feryagt. Es wirtt sy nit helffen; sy můssentz mügen, wils gott. Sy hand mich hie och furn starost bschik unsere sellsorger und uber mich klagt, wie ich Luters ler bystee; des ich mich ferantwurt hab, daz sy mich nun zůfriden lassen. Es send faryserr[a]. Sust nit mer, denn grůst mir ewer husfrowen und die můter, bruder Ieronimus und sy all. Hiemit wis uns gott daz pest. Ich hör gern, daz ir das gschlecht helft meren; gott geb zů glück etc. Ich bit, wolt mir den her bfarrer fast grůtzen und im sagen, daz er fest stand widern[b] docktor an Wenden[3]).

Cůnrat von Watt,
ewer williger brůder.

Dem ersamen weisen her docktor Jochachim von Wat, meinem lieben brůder.

Zů Sant Gallen.

a) „faryser". — b) „widern", mit Abkürzungsstrich über „r".

1) Von *Konrad von Watt*, dem Bruder Vadians, liegen zwei Briefe aus den Jahren 1523 und 1524 vor. — 2) Vrgl. Brief 345. — 3) D. h. Wendelin.

358. II 142.

Johannes Adelphi[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1523. August 6.

Freude über den neulichen Besuch Vadians in Schaffhausen. Bitte, den Kaufpreis für Galenus an Heinrich Mötteli nach Constanz zu schicken. Grüsse von Bekannten.

Salve, vir humanissime. Cum nuper apud nos esses et repentina abitio[a]) vultum tuum benignum nobis abstulerat, dolui vehementer, sperans tamen, in reditu te visurum. Sed en! alia regressus via domuitionem ceperas. Utcunque sit, fortunę ascribendum puto, quę quo magis speratur, minus evenit; insperata sequitur plerumque. Nunc autem quod volo, accipe paucis. Scripsit ad me pridem Gabriel meus Humelbergius, medicus Pediophani, se tibi misisse Galenum meum tralatione Linacri, cuius solutionem a te petere me iussit. Sed quia raro ad te nuntium habere possum et ipse ego iam pergo ad reverendum episcopum Argentinensem, assumptus in suum utcunque physicum, ecce ad te confidentius scribo, ut pecunias pro Galeno solvendas mittas domino Heinrico Mettelin, mercatori Constantiensi, cui debeo bibliam

unam parvam, sicque utrunque debitum solvetur atque ratificabitur; qui tibi has misit litteras meo nomine. Rem tenes. In domino Iesu pie semper diuque vale, et gratia domini nostri Iesu Christi semper cum omnibus nobis. Amen.

Datum Scaffusiæ[b], in die Sixti, anno 1523. Salutant te pii omnes: dominus abbas, dominus Sebastianus atque Bovillus. Adamus noster diem clausit extremum, pleuresi vitam mutans in Christo domino nostro.

Obsequii tui semper *Iohannes Adelfi*,
medicus utinam bonus.

Clarissimo medicinarum doctori, domino Ioachimo Vadiano, physico apud divum Gallum, amico sincero in Christo.
Zů Sant Gallen an herrn Ioachim von Watt, dem stattartzot.

a) „abitio". — b) „e" für „æ".
[1]) Vrgl. Brief 182.

I 143.

359.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. August 11.

Klagen über einen Prediger — Burgauer (?) —, der durch heuchlerisches Auftreten die Seelen verwirrt. Freude über den Prediger Jufli. Glückwunsch zur Geburt der Dorothea von Watt und Meldung von der Geburt seines Sohnes Josua. Beschwerden über die Feindseligkeit seiner Angehörigen.

Salve, mi Vadiane. Te scribentem quam feram libenter, quam gaudibundus, non ipse pro me Cicero sat digne explicaturus esset; quam vero stomachose quantaque ego indignatione prosequar istum, quem mihi pingis, malum operarium, non si iambos suos Archilochus nobis subministraret, pro merito invehi possem. Sed quid ego promoveo his affectibus? Sic deus pacis et evangelii induravit hominem, ut pro pastore lupum agat, qui viduarum domos, ovilla veste circumtectus, qui sub prætextu longę precationis animas devoret. Est, qui duplicem ipsi damnationem minetur servetque. Iuflium ergo vobis gratulor quam qui maxime. Etenim de hoc longe tutior spes mihi semper fuit; quæ quia non fefellit, fit ut mihi etiam gaudeam, qui tam prudenter coniectarim necnon tam feliciter[a] sperarim. Pater noster cœlestis faxit, ut incolumem diu habeatis Iuflium isque ministerium suum (quod facit) Paulina libertate et gratia in diem usque extremum ipsi pertractet. Ἀμήν. Gratulor

ibi natam Δωροθέαν, quamvis maluissem Θεοδόςιον sive Δωρόθεον. Tu vi-
issim (si videtur) gratulator mihi יְהוֹשֻׁעַ, Iesuah, Ιησοῦν, Iosue meum;
si videtur, inquam, quia patri, Leopoldo Δωροθέᾳ τε non visum est. Tu
lispice, quę causę assignari possint. Mundum ego autorem huius rustici-
tatis sive simultatis potius existimo esse. Sed hęc cum aliis plurimis in
adventum tuum reservo. Interim tamen habe, mihi spei adeo nihil esse
reliqui in parente, ut ab alienissimis potius quam ab ipso pendeam. Atque
utinam a deo penderem pendeamque, sed ubi, per ignem aliquem succen-
dente volenteque ipso, patientia animam meam hanc, multis expositam et
agitabilem procellis, possidere didicero! Propter discipulos meos paucis
his tecum ago. Boni consule meas tam frigidas tuasque tibi charas ani-
mas, quęcunque tandem sunt, me iubente salvas habeto. Vale in Christo.
Tiguri, postridie divi Laurentii, anno 1523.

C. Grebilios ὁ σός.

Domino domino Ioachimo Vadiano, viro undecunque cla-
rissimo eidemque omnium charissimo.

Apud Sanctum Gallum.

a) „fœliciter".

l) Vrgl. I, Register.

360. II 145.

Johannes Botzheim[1]) an Vadian.

Constanz. 1523. August 28.

Umtriebe gegen Wanner, um seine Verweisung herbeizuführen. Feindselige Gesinnung der Priester gegen den Briefschreiber.

S(alutem). Nunc denuo tenduntur insidiæ Vannio nostro, qui a
principibus sacerdotum, scribis et pharisæis, ferri non potest. Decreverunt
autem his diebus illum reiicere. Vix tandem persuasi, ut proferant ratio-
nes, qua causa sint reiecturi, cum episcopus se in coronam et locum ca-
pitularem conferret, delaturus intolerantiam[a)] concionatoris[b)], efferretque
causas. Erant ex his aliquæ tales, quę splenem moveant; si audias nempe,
quod non incideret theologice capuciatus et habituatus, ut illorum verbis
utar; ceterum quod soleat delectari bibendo vina temulentięque deditus
esse gaudeatque frequentia sodalitiorum, domi suæ triumphet[c)] musica.
Præterea[d)] ait concionator, quæ ferri non possunt; dixit enim, episcopos
esse maximos omnium lenones. Non patrocinatur fabricæ ex tenore fun-
dationis, ut contribuant homines pro ædificio[b)] sanctuarii. Non meminit

indulgentiarum et in re theologica omnia pessime interpretatur, quæ destruunt ordinem nostrum christianum, dicens bona opera nostra esse peccata et pleraque similia. Summa res est reiecta in episcopum; ea conditione, ut vocet Vannium ad se, præponens illi causas, propter quas sit abiiciendus ab officio[b]; auditurus, quid respondeat. Tum referat capitulo, quid et quomodo actum et responsum sit. Postea consulitur[c] una, quod videbitur optimum. Vannius hactenus hæc, ut acta sunt, nescit. Invaluit quidem rumor per civitatem de abiiciendo concionatore ecclesię maioris; sed negotium ipsum adhuc, ut habet, latitat, nec ego hactenus cuiquam dixi quicquam. Nam eadem esset ratio adversus me agendi, si hoc possent commode, nec oscitanter animadvertunt, si quaqua possint invenire, quo me rapiant in tumultum. Nolim tamen mea culpa, quoad fieri posset, ansam prębere. Scies posthac, quid actum sit, si dabitur opportunitas[f]. Bene vale et me ama. Ex Constantia, 28. Augusti MDXXIII. Tuus *Ioannes Botzhemus.*

Ornatissimo iuxta ac pio viro, domino Ioachimo Vadiano doctori, amico charissimo.

a) „intollerantiam". — b) „t" für „c". — c) „tryumphet". — d) „e" für „æ". — e) „consultur". — f) „oportunitas".

[1]) Vrgl. Brief 317.

II 116. 361.

Johannes Menlishofer[1]) an Vadian.

Constanz. 1523. September 23.

Ärztliche Ratschläge gegen die Krankheit der Frau Martha von Watt. Bericht über den Fortgang der Reformation in Constanz und die bevorstehende Wirksamkeit des Ambrosius Blaurer.

S(alutem). Accepi litteras tuas, vir doctissime, quibus uxoris tuæ[a] malam valetudinem describis iubesque, ut trifferam Galeni vel alia antidota mittam. Ut igitur petitioni tuæ morem geram, paucis accipe consilium meum: Si uxor tua partus tempore et in puerperio et hactenus diminutum habuit fluxum menstruorum et matrix non sufficienter a superfluitatibus (sicut sæpius contingit) mundificata fuit et ita dolores isti matricis vehementes eam invaserunt, tunc inprimis eligas evacuationem sanguinis menstrui et hoc per venam sciphenam, aperiendo venam alterius pedis in latere, ubi dolor est fortior. Deinde administra aliquotiens sequentes enema evacuationem matricis et sedationem dolorum ventositatum et resolutionem.

Recipe vini malvatici ℥ 8, olei anetini ℥ 6, benedictæ laxativæ ℥ 5, is modicum misceatur, fiat enema. Etsi materia cholerica dominari etur, tunc loco illius enematis fiat sequens et applicetur retineatque, im diu potest. Sedat dolorem, resolvit ventositatem eiusque operatio quam me fefellit in doloris sedatione.

Recipe sape ℥ 6, aquæ decoctionis ordei ℥ 8, kroci ʒ 1/2, zuccari ri ℥ 2; fiat enema. Recipe item pro sedatione doloris cum dolor vehe- ns fuerit dentur ʒ 2 philonii Rhomani cum aqua camomillæ vel ad maius ʒ. to tibi ʒ 2 philonii Rhomani pro 3 dosibus; istud stupefacticum est id nos in usu continuo, ubi necessitas exigit. Est bene correctum.

Verum si fluxus menstruorum debite fluxit et matrix bene mundifi- a fuit a superfluitatibus, tunc loco philonii detur athanasia, quæ etiam lores matricis sedat. Mitto ʒ 2 misissem trifferam Galeni; sed eam n habemus in usu et enemata supradicta etiam valent pro sedatione loris in isto casu. Item folium decoctum in lixivio supra ventrem et rsum applicatum. Similiter venter et locus dolorosus ungatur ex oleis rdino et liliis albis.

Item in doloribus matricis præsentissimum remedium est decoctio uinanthi bibita mane et ante cenam pro vice ℥ 3. Et si non adest febris, coquatur in vino malvatico ℥ s. squinanthi in libra 1 vini malvatici usque duas vel tres ebulitiones; et non colletur; sed si adest febris, decoqua- in æquis partibus aquæ et vini et bibatur, quoniam tollit matricis do- es a quacunque causa provenientes. Hæc sunt, amice charissime, quæ præsenti conferre causa æstimo etc., in quemcunque eventum paratus rem gerere præceptuis tuis. — Res evangelica satis feliciter progre- ur. Operamus novum evangelistam concionaturum apud nostros Au- stinenses hic iussu senatorum, Ambrosium Plaurerum, homi- n et pium et doctum; licet fortiter resistant pharisæi et monachi et nem moveant lapidem. Ita id fiat; sed spero constantia et magnani- tate senatores nostros conatus eorum et dolos annichilaturos. Dii bene nt. Wannius adhuc evangelizat invito episcopo etc. Vale, doctissime oachime, meque, tuum amicum, commendatum habeas.

Datum Constantiæ, die Mercurii post Mathei 1523.

Iohannes Menlishofer tuus, physicus[b] Constantiensis.

Doctissimo ac pio Ioachimo Vadiano ad S. Gallum, amico cum primis observando.

a) Durchwegs „e“ für „æ“. — b) „phisicus“.

[1]) Von *Johannes Menlishofer*, Arzt in Constanz, liegen 5 Briefe vor aus den Jahren 1523—1540.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. September 27.

Begleitschreiben zu drei übersandten Schriften; Mitteilung über sein körperliches Befinden.

Siehe Brief 323, II, Seite 445.

[1]) Vrgl. I, Register. — Die drei in dem Briefe erwähnten Schriften sind erst im Jahr 1523 erschienen und bei genauem Zusehen ergibt sich wirklich « MDXXIII » statt « MDXXII » als Jahresdatum.

II 148.

362.

Jakob Schurtanner[1]) an Vadian.

Teufen. 1523. October 8.

Freude über den der neuen Lehre günstigen Beschluss des Rates von Appenzell und Dank an die eifrigen Förderer Zwingli und Leo Jud. Deutung des Namens « Appenzell ».

Salutem. Non dubito te (omnium prudentissime) scripturum in Christo gaudium nostrum charissimis nostris sanctis ac fratribus, domino scilicet magistro Huldrico Zwinglio Tigurino, principi militiæ[a]) christianæ, necnon magistro domino Leoni, duci eorundem militum Christi; quomodo scilicet deo propitio patre trahente, zelo filii, omni bono charismate fovente, sicut olim Samaria, ita nunc verbum sincerum dei pari communique voto acceptaverit senatus provinciæ totius Abbazellensis, prout ex ore verbisque nostris plenius doctus es; hoc tamen neglecto, proh prudor! ignavia mea solita aut forte nimio exultans gaudio, quod tibi non commiserim (eo quod ego minus inepte[b]) scribo) cordintime: ut, sicut me erga eos commendatum exhibuisti, ita nunc pro me gratias ageres, me quoque summas habere tuo ostendens stilo semper iucundissimo. Quoniam prosperum iter fecit deus salutarium nostrorum etc., secundum virtutem et fortitudinem plebis suæ etc., et quia eorum (principis scilicet præfati ducisque sæpius nominandi) studio obstetricum more promotum est ac natum hoc salutare dei eulogium (ut nosti), verbum caro factum et in nobis semper faciendum. Obsecro, ut interpellas nostrorum omnium nomine, uti præfatus magister dominus Huldricus Zwinglius lacte novellas in Christo ecclesias reformatas fovere non dedignetur, donec, solidi cibi capaciores, in viros reddantur (sua industria) capa-

ciores etc. Aliquis, iactare atque laudare cupiens, Alpiumzellam nominavit, quasi ex nomine alpes et montes essent homines terræ nostræ etc. Visum est mihi hac nocte in stratu cubanti[c] (ut ludens loquar), optime nomen provisum esse, ut ex nomine commendabiles reddantur Abbazell, sicut «abba» patrem primo naturali Hebræoque sermone vulgatum est significare, ita patre primum trahente conversi[d], «z» vero zelotypiam[e] Christi, sponsi ecclesiarum inviolatarum etc., «el» in fine deum sine fine concludentem bene significare[f] debere, conservante Christo, regente spiritu suo in pace, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen. Raptim, ex Tüffen, octavo Idus Octobris 1523.

Iacobus Schurtanner
tibi deditus.

Egregio viro doctori eximioque poëtę, domino suo Ioachimo Vadiano etc. suo semper observandissimo.

a) „e" für „t". — b) Für „apte"? In der Handschrift ist an diesem und dem vorhergehenden Worte corrigiert. — c) „cubante". — d) Für „converti" verschrieben? — e) „i" für „y". — f) „significari".

[1]) Von *Jakob Schurtanner*, Prediger in Teufen, liegen zwei Briefe vor aus den Jahren 1523 und 1525.

363.

II 155.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1523. October 10.

Bericht vom Tode des Papstes Hadrian VI. (1523 Sept. 14). Das Conclave der Cardinäle und die bevorstehende Neuwahl. Mitteilung von kriegerischen Vorgängen bei Mailand und in Frankreich. Die Pest im Orient. Empfehlung seiner Schwester Sapientia.

S. P. dicit cum sincera oblatione ad vota. Doctor doctissime et amice charissime, iamdudum statueram post binas tuas michi semper gratas literas ornatissimas receptas ad te perscribere, sed negotiorum occurrentium impedimenta et calorum immensitas, nos tunc vix respirare sinentes, prohibuerunt. Interea etiam Adriani sexti pontificis adversa valetudo[a], morte tandem subsecuta XIIII. præteriti, supervenit, prout ab aliis iam diu te intellexisse[b] non dubito. Mortuus est autem papa prædictus cum summa devotione. Cuius exequiis novem diebus more solito continuatis ultimaque præteriti Septembris completis, postmodum prima præsentis — *cardinale* de Volterris *ante* ex arce S. Angeli *dimisso*[c] — missa de spiritu sancto solemniter celebrata præviaque oratione hortatoria pro canonica boni pastoris electione fienda, reverendissimi cardinales numero 35 præsentes conclave pro huiusmodi eligendo pontifice intrarunt, et deinde

die Mar[illegible] cardinales ex Gall[illegible]is supervenientes ad electionem et [illegible] [illegible] fiere [illegible] insimul constituuntur et assidue [illegible] processionesque [illegible] fiunt precesque effunduntur [illegible] ad deum, ut [illegible] pastorem gregi suo tribuat; quem [illegible] et [illegible] ac publicam speramus et expectamus — Accepi [illegible] qualiter Gallorum exercitus usque ad [illegible] posuerit, et quia Mediolanensis dux auxilia confederatorum, videlicet Venetorum et marchionis Mantuæ aliorumque [illegible] Italiæ expectavit, postquam advenerunt, [illegible] Gallis aggredi intendit et contra illos egredi, [illegible] sperat. Galli etiam cum [illegible] Cremonensis [illegible], quæ, *scilicet* illius præsidium [illegible] se reddendi fecerat, et cum parte exercitus urbem Cremonensem expugnare sunt aggressi; tribus assaltibus repulsi tamen fuere [illegible] damno. Ita michi scribitur sub data ultima Septembris, quodque dux de Borbon cum exercitu et peditatu Germanorum [illegible] Francia, et Anglorum regis exercitus cum copiis partium inferiorum in Piccardia, captis nonnullis civitatibus et fortalitiis, feliciter progrediatur. Non vellem ego neque placeret, quod Confederati nostri in partibus cum Mediolanensi ducatu propter Gallos se ingererent, cum alias plus dampni quam honoris vel commodi inde reportaverint. Scripseras alias, tranquilla fore omnia apud Confederatos nostros. Utinam prosperet deus, quo pax bona perseveret cum gratia altissimi, sine qua nil validum aut permanens esse poterit! Admirabar alias, quod nil subsecutum erat apud nostros Confederatos, dum papa Adrianus vivens pro fœdere cum illis contra Thurcos dumtaxat instabat, ubi nullum incommodum expectabatur; sed ipsorum prudentiæ huiusmodi relinquenda. Accepi alias literas ex transmarinis partibus a præposito Curzulensi, significantes Rhodum fere desolatam et a Turcis derelictam propter aëris infectionem, quodque Creta, Achaia et Macedonia ac pæne totus oriens adeo morbo infectus foret, quod nichil supra; similiter pars Calabriæ et Siciliæ. Habebant autem illi spem, ut scribebatur, de pace omnium principum christianorum, quam altissimus (cum mundus illam dare non possit) largiatur; te quoque cum tuis (qui et mei sunt) ac priorissa, germana michi charissima (quæ tuas laudes et beneficia assidue sibi præstita ad astra

extollit), conservet incolumes. Hiis vale et Sapientiam sororem et fratrem, ut soles, ama, me quoque contingentia negotia Constantiæ, ut nosti, et reliqua, si quæ sint, commendata habe. Ex urbe, sabati X Octobris, anno MV^{c}XXIII.

C. Wirtt tuus.

Clarissimo viro egregioque doctori Ioachino de Watt, alias Vadiano, medicinarum expertissimo, domino et amico colendo.

a) „valitodo". — b) „intelexisse". — c) Die zwischen Striche gesetzten Worte sind mit Verweisungszeichen am Rande nachgetragen und zum Teil verklebt. — d) „suplic-". — e) „illius præsidium" auf ein vorausgehendes verklebtes Wort am Rande nachgetragen. — f) „federe".

[1]) Vrgl. I, Brief 52.

364. II 152.

Jakob Grebel[1]) an Vadian.

(Zürich) 1523. October 12.

Bericht über ihr Wohlbefinden. Beschluss des Rates von Zürich, auf Sonntag vor Simon und Judæ (25. October) eine Disputation anzuordnen wegen der Messe und Bilder. Bitte an Vadian, mit seinen Freunden zu erscheinen. Reicher Weinertrag. Grüsse von Bekannten.

Min früntlich grůß und alles gůttz zůvor. Lieber her dockter, ich laß üch wüssen, das wir alle uß gnad gott des heren gesunt und frisch sindt; sömlichs und alles gůtten begerent wir allezit von üch zů vernemen. Witter laß ich üch wüssen, das mine heren rätt und burger uff jetz mendag nach Dionisius rättig sint worden, abermals ire lüpriester und gelertten in der statt und irlantschafft, och äppten zů beschriben, zů dem min herr von Kostentz, einem burgermeister und ratt der statt Kostentz, mim heren von Kur, mim heren von Bassel, der unnyfersidett zů Basel und och allen ortten der eignoßschafft: sy früntlich bittende, umb gottz und kristenlichs globens willen zů erschinen uff ietz sundag vor Symony und Judy, und demnach uff mendag uff dem ratthuß zůsamen komen und frag gehaltten werden fürnemlich von der meß und der bilderen und göttzen in der kilchen. Und werdent diß zwen arttickel namlich allenthalb hin geschriben und anzeigt, damit mengklich wüß, sich darnach zů halten. Wer nun kumpt oder ußblipt, mag ich nüt wüssen; wiewol sich mine heren versechent alles gůtten und es och im besten beschicht, ob es mit göttlicher hilff möchte in ein wessen bracht werden. Und darumb so ist min bitt und beger, ir wellent mitsampt üwerem vetter Jörgen, schwager Barttlime und wer üch geliebt, och erschinen und sy mit üch in min huß

70 oder 80 fl. kostenn, das sie ire leben lang in solichem kloster, das dan verschlossen sein soll, haben mogtt. Bitt derhalbenn Ewr achbare wirde als meinen gunstigen furderer, herrn und freundtt, Ewern muglichen vleis ine solichem fürwenden, domit mein schwester mogtt versorgtt werden und bey ehern pleibenn, unnd solichs in gehaime pey Euch pleibenn lassen. Das will ich mitt meinen dinst umb Ewr achbare wird und Ewr freuntschafft vergleichen. Ewr schwager, mein geselle Barthelme Stek, wurdtt Ewr achbare wird mutlich alle mening endecken.

Bitt solichs mein schreiben nicht zu argem uffnehmen und willig erzeigen; das verdine ich alzeit. Hie mitt gott wevolen. Datum Leipzk.

Ewer williger alzeit
Kyliann Reythwieser.

a) Durchwegs „zw" für „zu".

Dem achbarenn, hochgelarten herrn Ioachim van Watth, doctor inn der ertzney, meinem gunstigen furderer, herrn und freundtt zu Sanndt Gallenn.

1) Vrgl. Brief 192, wo sich der Schreiber « Reytwisser » unterzeichnet.

366. II 153.

Kilian Reytwieser[1]) an Vadian.

Leipzig. 1523. October 24.

Bericht von der Gefangennahme des Bartholome Steck, des Schwagers Vadians. Bitte um Verwendung der Eidgenossenschaft für ihn. Erneuerte Bitte an Vadian, sich nach einem Kloster umzusehen, in dem seine unglücklich verheiratete Schwester Aufnahme finden könnte.

Laus deo. 1523 jar, a die 24 Octobris, inn Leiptzk.

Mein freuntlich dinst bevor. Achbarer, hochgelartther, wirdigerr herr doctor; ich hoff zu[a]) gott, Ir sampt Ewr tugenttsame husfrawen seindtt gesondtt. Dergleichenn wist mich auch; got gebe zu der seel seilichkait, amen.

Weitther, achbarer, wirdiger herr, mir ist auff dattho erschreckennlich zeittung komen, wie E. a. w. schwager, mein geselle Bartthelme Steck zum andern male hinwege gefürt und gefangen worden sein. Gott der herr erbarms und hellff im widerumb heym. Weitther, liber herr doctor, so bitt ich E. a. w. muglichen vleis fürzuwenden, domitt ayn gemain aidtgnoschaff daran sey, das man für Barthelme schreibe, domit er widerumb ledig werdenn mogtt, und in solichem kain vleis sparenn. Das will ich und er altzeitt verdinen. Weitther, liber herr, ich

hette euch mitt Barthelme Steck geschribenn ein handel meine schwester bedreffen. Kan ich zu disser zeit denken, das euch soliche brieff van glucksfalles wegenn nichtt geantthwertth. Derhalben so wist, liber herr. das ich ein schwester habe, die leider gott erbarms ein ungeratthen man hatt, und ir alles das verthon und verzertt, das sie zu ime prachtt hatt und jetzundtt nicht bey einander sein; dann er ein solich wessen und leben fürtth, das kainem redlichenn eheman zugehortt. Demnah suche ich hillff und rat bey E. a. wirde, ob ir mir yndertt rathen kennth, das ich mein schwester in ein kloster pey euch thun mogtt, domit sie ein zimclich auskomen hette und var sünden und schanden mochtt behütt werdenn. Welltt ich ir gern helffen mit eynem zimclichen, umb ein pfrundtt in soliches zu kauffen. So kan sie gutth arbeyt, das sie sich domit klaidetth. Bitt also E. a. w., forseung umb ein solichs kloster zu haltenn, das do verschlossen were und redlicher leutthe kinder inen werden; auch also E. w. muglichen vleis furwenden, domit sie in ein solich komen mogtt und sich ire lebenn lang in ehern enthalten. Bitt E. a. wirt soliche muhe in kaine weisß sparenn und forseung[b] nach solichem zu haben, domitt mein schwester mog bey ehern pleibenn; dan sie ine kain wege zu dem man wille und ursach genuge hatt. Das will ich umb E. a. w. alzeitt gevlissen sein zu verdinen. Hiemit gott wevoln. Bitt solichs anthwortth, wan es gesein moge. Datum ut supra. Und bitt E. wird, solichs ine styll und heimlich bey euch behaltten. So gott Barthelme aushilfft, werdtt ir genugsam unterrichtt werden.

Kilian Reythwieser, E. w. diner.

Dem achbaren, hochgelarthen, wirdigen herrn Iachim von Watth, doctor in der artznei, meinem furderer und gutter freundtt. Zu Santt Gallen.

a) Durchweg „zw“ für „zu“. — b) „forsung“.

[1]) Vrgl. Brief 192.

367.

Hans Buchner[1]) an Vadian.

Constanz. 1523. November 3.

Übersendung einer Messe mit der Bitte um Rücksendung, auch eines Duo. Er erwartet Bericht über die Disputation in Zürich.

Im namen Ihesu Cristi. Geben zů Costentz, uf 3. November 1523.

Mein gutwillig dinst sind euch allzit forberait. Fraintlicher, liebe her doctor, ewer und der ewern wolmügen ist mir ain sondre freid zu

en; desglich wist meich mitsampt meinem gesind och wolmügend, hab lob. Ersamer, günstiger her doctor, ewer schreiben hab ich fernden. Uff solichß so schick ich euch hiebey ain mess; die ist mir erst rtzlich geschickt und fir gut geacht; gfalt mir och wol. Sonst hab ich sonders neweß, daß mir kurzlich worden sey. Ich kan kain potschafft dem Senfli haben gen Minchen; da wurd mir gnug new ding; da ocht ir baß haben dan ich. Och ist itz kain botschafft us dem Welschand. Deshalb bit ich euch, daß ir das von mir in gutem annemen welt; dan wan ich etwaß neweß hab, wil ich allzit gutwillig mit euch taillen, und so irs abschriben hand laßen, so schickt mirß wider, dan ichß sonst ndert hab. Und da schick ich euch ain duo, das ist ganz new. Ich wil gern horen oder sechen dise disputacion von den zwai artickeln zu Zirich, wan sy uß werdend gan. Deß helfers sach wil ich och gern daß end sechen; aber ich hab sein kain sorg. Verbum domini manet in æternum[a]. Darmit was euch allzit lieb und dinst ist.

Ewer williger diner
H(ans) Buchner, organist
tzu Costentz.

Dem ersamen, hochgelerten herren doctor Ioachim von Wat zů Santgallen, meinem günstigen lieben herren.

a) „eternum".

1) Vrgl. Brief 244.

368. II 156

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1523. November 11.

Beschlüsse des Rates nach der Disputation. Massnahmen gegen die Gefangenen. Missbilligung der Ausweisung des Lorenz Hochrütiner und Empfehlung des Ausgewiesenen. Arzneien für Leo Jud.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo.

Non est, doctissime Vadiane, quod tibi nunc gratias indefessi laboris nuper apud nos habiti agam. Ipse enim scis, unde merces tibi petenda sit; ab eo nimirum, cuius negocium fideliter agebas. Quę post secuta[a] sunt, accipe. Selegit senatus de suo ordine quatuor, de civium[b] (ut vocant) ordine quatuor, ut cum abbate de Capella, prępposito Imbriacensi, commendatario[c] ex Küsnaco, domino Engelhart, Leone, Zuinglio consultent, quonam pacto commode possit iniri ratio, ut

Christi negotium feliciter[d] promoveat. Visum est omnibus unanimi sententia, brevem isagogen per nos scribi, qua ii, qui hactenus Christum vel ignorarunt vel aversati sunt episcopi, hac induci possint, ut Christum prædicare ordiantur, eaque 9. die Novembris coram senatu lecta placuit, nunc cudi incipit. Additum est, ut abbas Capellę trans Alpes per ditionem urbis Christum prædicet, ubicunque visum erit, commendatarius Küsnaci circum lacum et provinciam Grüningensem, nos in eis provinciis, quę ad Scaphusanos Durgoiosque spectant, ne scilicet cuiusquam negligentia oves Christi verbo salutis fraudentur. Brevi post quid de imaginibus statuendum sit, definient, ubi scilicet vulgus doctum erit; ęque de missa. Interea imperatum consueta via incedere, nisi quod cuique privatas imagines auferre, citra tamen importunitatem, permissum est. Cum captivis summo iure actum est. Quod quid sit, ipse nosti. Attamen præter rationem sic actum non est. Non enim te fugit, quosnam hominum vereri hac tempestate usus sit, non tam ob rem quam ob Christi gloriam. Sunt enim, qui evangelium Christi aversantur, ni paulisper ad infirmitatem eorum descendas. Horum causa existimo paulo constantius, ne dicam durius, cum Laurentio Hochrütiner actum esse, viro hercle bono, sed quia ore hactenus liberiore fuit, ardue nimis punito; neque nunc ulla spes est, quamvis brevi secundam adfulsuram sperem, illius restituendi, ubi scilicet vulgo melius docti erimus. Cogitur itaque hinc migrare, inque tam vasto orbe locum præter urbem vestram non invenit, quo desidere queat. Oravit igitur, ut se tibi commendem, ne ei coram vestris desis. Qua sollicitudine opus non habuisset apud te; nam quod Christi est, commendatissimum tibi esse non ambigimus. Nihilo tamen minus calcar addi inique te ferre ut non veremur, ita scimus opera tua melius habiturum aliquandiu. Procellas istas enim non ignoras, ut fugere oporteat latendo, donec deferveant. Quę ubi resederint placatumque ęquor fuerit, tum demum tuto solvere licebit. Age igitur patronus sis boni innocentisque apud deum viri; quicquid autem illi patrocinatus eris, Zuinglio impendisti. Scis enim, ut omnium scandalis urar omnesque cupiam in visceribus Iesu Christi. Idem orat Leo, qui paulisper convaluit cupitque, ut ea pharmaca, de quibus mentionem apud se habuisti, mittas. Salvos iube nostro nomine Benedictum, Ioannem Aucupem, celebrem musicum, cui quod impendere nos non potuerimus, dolet, sed multo magis, quod illius gratiis demulceri non licuit, Georgium

Vadianum, omnes, Iacobum, Tüffeni episcopum. Servet te Christus incolumem cum uxore et liberis. 11. Novembris MDXXIII. Salva sunt alioqui omnia.

Huldricus Zuinglius tuus.

Doctissimo piissimoque viro Ioacimo Vadiano, medicæ doctori, fratri suo in Christo dilecto.

Gen *Sant* Gallen.

a) „sequta". — b) „cuium". — c) „comendatario". — d) Erstes „e" geschwänzt.

1) Vrgl. I, Brief 100.

369. II 157.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. November 12.

Eindringliche Empfehlung des aus Zürich verwiesenen Lorenz Hochrütiner von St. Gallen.

Salve, mi Vadiane. Proscriptum ad te mitto fratrem meum Laurentium; cupit enim in patria sua se tantisper continere, immo latere, dum mitiores cum apud vos, tum apud nos quidam fiant. Hic ubi apologiis tuis operaque tua privatim publiceve coram privatis magistratibusque indiguerit, vide, ne desis ipsi, quæso per Christum. Dignus enim est, quem tu defendendum contra obtrectatores impios, iuvandum vero promovendumque apud senatores illi pacatos suscipias, ut tuto possit et absque calumnia apud vos vel exulare vel habitare. Dei enim est tempora nosse, quibus rediturus sit seu non, et eiusdem corda noscere, convertere, mollire aut contra indurare; quibus conversis redeat, induratis non redeat. Dignus est, inquam, quia ex deo et Christo frater — audit enim nobiscum dei sermonem — et quia nihil patrarit contra ius divinum, nihil contra leges et decreta civitatis, nihil contra proximum; item, si equos habeat interpretes, dignus est, quia ex fide, neque illa temeraria, quicquid factum est, fecit. Is enim, qui sculptas imagines sustulit, operam eius rogavit ususque ea est in eruenda tamen statua, nec usus fuisset, nisi prius Hottingerus persuasisset, consilio et iussu cum ducentumvirorum, tum patrum conscriptorum, non paucorum neque infimorum illorum, se ista aggressum esse demoliri; et quia impune idem egerint multi cives, sublatis et elatis e templo idolis, idque priusquam Hottingerus facinus istud cogitasset etiam; quos quidem cum imitatus sit, nihil offensurum se senatum esse ratus, offenderitque longaque captivitate atque adeo etiam miserabili, tanquam abominationis magnę perpetratę damnatus, luerit: an non dig-

nus est, quæso, post proscriptionem insuper, qui posthac quomodocunque a quibuscunque, nedum a te, tam eximie rerum literarumque Christianarum docto, excipiatur, excusetur, foveatur, iuvetur denique. Iuveturque hic, ubi nihil absque scriptura prædestinationeque divina admiserit, nisi non operetur omnia in omnibus deus, nisi non numeret capitis nostri pilos et passeres in terram cadere videatque faciatque, nisi non dirigat idem ducatque pedes nostros alio, quam nos decreveramus, nisi non occasione hac Tiguri in conventu hoc altero (cui et tu dominus præsens, rustice[a]) dico, interfuisti) verbum dei super idolis atque missa audivimus. Admoneo tamen, quare dignus sit; tu colligito plura argumenta, quibus perores apud te, dignum vobis fratrem hunc meum esse. Sed quid ego te eneco nugis tam prolixis? Audi ipsummet facque, quod hominem Christianum decet. Potes autem pro eo, quia Christianus es et doctus et magnę adeo autoritatis apud tuos. Vale in Christo, salutatis sorore, Burgoëro episcopo et coëpiscopo, didascalo, fratribus. Iterum atque iterum vale. Tiguri, 12. Novembris, anno 1523.

Conradus Grebelius tuus.

Ioachimo Vadiano, poetę, oratori, medico, theologo, senatori, affini iuxta Christiano atque charo.

Apud Sanctum Gallum.

a „reustice".

b) Vrgl. I, Register.

370.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. November 19.

Bitte um baldige Übersendung der versprochenen Arzneimittel gegen die steigende Krankheit.

Gratiam et pacem in Christo Iesu.

Nisi mihi Ioachim, vir doctissime, fides tua perspecta esset, vereor, ne Leonis tui tibi memoria excidisset. At id tribuo negotiis tuis maltis quidem illis, quibus tu undique circumvallatus distraheris, et studiis tuis sanctissimis, a quibus te avocari ne velim quidem. Sed angor, Vadiane suavissime, idque indies magis gliscente morbo, ut avidis fau[illegible] expectem, quæ mihi abs te promissa sunt. Tormina ventris et intestinum quotidie magis magisque increscunt; est dolor ille maior, quam ut a me ferri possit diutius, diffunditurque per omnia membra, ita

pæne contracta sint, ac non secus, quam si baculis et fustibus dedolas essem. Quare te per servatorem nostrum Iesum oro atque obtestor, donum hoc, quo te deus donavit, mihi impartias; nam gratia sanitatum onum spiritus est (ut Paulus inquit). De uxore mea quæ tibi communiaveram, nihil dubito, quin summam fidem in ea re ostendas. Duxi eam oram testibus in templo mihique cohabitat bellissima et piissima virgo t uxor castissima. Hæc vix scripsi, mi Vadiane; nam lecto decumbo xpectans, quid pater noster cœlestis per te michi loquetur. Vale, vir loctissime, et omnem ecclesiam Christi vobiscum saluta, nec committas, at hic sacerdos absque tuis litteris ad me redeat; nam si non in tempore succurris, morior. Iterum vale. Ex Tiguro, 19. Novembris 1523.

Leo Jud tuus.

. . . iuxta ac pio viro *Ioachimo* Vadiano artis . . . professori, amico . . . candidissimo.

[1] Von *Leo Jud*, Prediger in Zürich, liegen 19 Briefe an Vadian vor aus den Jahren 1523—1541, wovon 3 in Bremen.

371.

[II 164.]

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1523. November 19.

Mitteilung von der Wahl des neuen Papstes Clemens VII., eines Mannes von Erfahrung und Einsicht. Gerücht von der Rückberufung der Franzosen aus Mailand.

Egregie doctor amiceque charissime, salutem et commendationem plurimam. Cum hodierna die publicata sit electio novi Romani pontificis, te de ea certiorem reddere statui. Nam reverendus dominus Iulius de Medicis, vicecancellarius Romanæ ecclesiæ, in eiusdem caput et pastorem est electus. Is nomine proprio non (ut Adrianus fecerat) mutato Clemens papa septimus[a]) appellatur. Vir multæ experientiæ ac prudentiæ est, quare speramus, ipsum necessitatibus ecclesiæ et christianæ religionis succurrere et providere posse cum gratia et auxilio dei, qui id nobis præstare velit, ut fiat. — Fertur hic, regem Francorum revocasse gentes vel exercitum ad Mediolanensem urbem missum, qui ad discessum, ut dicunt, se præparant, cum se nil in Italia modo obtinere posse sperent. Deus omnia bene vertat. Hiis feliciter cum tuis ac sorore priorissa nostra valeas. Ex urbe, die 19. Novembris, anni MV^{C}XXIII. Calamo festino, cui ignoscas[b]).

Tuus *C. Wirtt.*

Expertissimo ac præstantissimo viro, domino Ioachinno Vadiano, alias de Watt, medicinarum doctori, domino et amico colendo, ad manus.

Apud Sanctum Gallum.

a) Diese drei Worte am Rando nachgetragen; dafür stand im Text: „Iulius papa tertius". — b) „ignoscat".

[1]) Vrgl. I, Brief 52.

II 158.

372.

Burkhart Vonwiller[1]) an Bartholome Steck.

1523. November 20.

Zusendung von Briefen, die sich auf eine mit Steck getroffene Abmachung beziehen.

Meyn wyllig dienst zuvor. Lieber Barttleme Steck, eywer schreiben mier gethan hab ich gelesen, und seynd mier uff heyt datum dis briefs etlich brief zu kumen, dye sollich handlung nach lut eywers schribens betreffenn, wye ier hierin verschlosen vint. Nachdem und ich dan dye sach des sechers und eywerthalb als eynes unnbekanten gůtten ginders gern gůt welt seen, ist dem allem nach meyn rat und gůt beduncken: dieweyl und ier byrg vir dye sum seyt worden, das ier die sach selb wolt bedencken, darmit der handlung firderlich usdrag gesche[a]) Hab ich eych uff eywer schreiben gůtter meynung nit wellen verhalten, dormit ier eych ferer haben zu richten; dan eych gůtten willen zů beweysen bin ich willig. Datum freytdag nach Elisabet, im XXIII. jar.

Burckhart von Weyller.

Dem achtbarn Bartleme Steck, burger zů Sant Gallen, meynem gůtten freynt, zu eygenn handen.

a) Mit Abkürzungstrich, der sonst nirgends für „n" verwendet ist.

[1]) Von *Burkhart Vonwiller* ist nur das vorliegende, an Bartholome Steck gerichtete Schreiben vorhanden.

II 159.

373.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1523. December 9.

Dank für die in zwei vorausgegangenen Schreiben Vadians gebotenen ärztlichen Ratschläge und Heilmittel. Bericht über die erfolgreichen Bemühungen des Apotheker-Hartmann für die Genesung des Briefschreibers.

Gratiam et pacem in Christo Iesu. Binas a te accepi[a]) litteras, doctissime Vadiane. Dici vix potest, quam me delectarunt et illę priores quibus soceri mei in me affectum significas et dietam vitæ meę mihi præ-

scribis. Et istæ[b] posteriores, quæ certissimę testes sunt paterni cuiusdam in me amoris tui, dum non modo remedia morbo meo adhibes, sed te ultro etiam (quæ tua est humanitas) affers, immo[c] totum impendis mihi. Quid verbis opus? In utrisque videre licet paternam in me sollicitudinem[d], animum vere amicissimum et eum affectum, quem gerunt erga liberos parentes. Magna sunt hæc et pręter nostrum meritum gratuita tua benevolentia nobis ostensa et vere talia, quæ ad agendas (et si licet), referendas gratias Leonem, nisi prorsus sit ingratissimus, excitent et tibi perpetuo obsequio obstringunt. Proinde posthac Leone ut servulo promptissimo uteris, nec quidquam tam durum est, nil tam arduum, quod ad iussa tua (modo vires suppetant) non sim paratissimis animis facturus. Quod certior fieri vis de valetudine mea, paucis accipe. Dum magno desiderio[e] litteras tuas expecto, ecce tandem (negligentia forte latoris) ad me veniunt, sed sero nimis; nam tanta vis morbi erat, ut Hartmannum apothecarium cogentibus amicis advocarem. Qui dum vel me referente vel prospecta urina morbum intellexisset, confestim remedia adhibuit, quem non modo curatorem meum, sed patrem merito dixerim, qui, ut est vir medicæ peritus, adiunxit et indefessam sollicitudinem[d]. Quo fit, ut paucis diebus vis omnis morbi pulsa sit neque tamen reliquię desunt. Sed et eas speramus brevi desituras, nisi deo, patri nostro, aliter visum sit, cuius voluntati nobis quoque parendum est. Is enim est, qui percutit et sanat, qui occidit et vivificat, cuius nutu vivimus, movemus et sumus; qui te cum tuis nobis diu servet. Georium Vadianum patruelem ex me salutem dicito. Saluto omnem cœtum doctorum apud vos et piorum. Salutat te frater meus Zinglius. Vale et me ut tuo utere. Ex Tiguro[f], 9. Decembris 1523. *Leo Iud,* tuus.

Eruditissimo viro Ioachimo Vadiano, amico et patri suo in Christo charissimo.

a) „accœpi". — b) „iste". — c) „imo". — d) „solicitudinem". — e) „desyderio". — f) „Tyguro".

[1]) Vrgl. Brief 370.

374. II 161.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1523. December 18.

Bericht von Massnahmen des Rates inbetreff der Messe und Bestellung eines achtgliedrigen Ausschusses in dieser Angelegenheit. Verwünschungen gegen Zwingli.

Salve, Vadiane. Quia et expetis et pro officio meo etiam expostulare posses, ut scribam ad te, immo rescribam, utcunque sinant multa,

que multis etiam nominibus impedire videbantur, scripsi. Nec aliud temere, quam pessime rem evangelicam hic habere (si tamen suspecto magis quam mendaci credas) et tunc cœpisse, cum tu providentia senatoria præsidentem ageres, cum celebraretur concilium; tunc (deus videt et in auribus eius est) cum verbum a doctissimis eius præconibus[a] inverteretur, retruderetur et alligaretur. Nunc dicam, quomodo super missa tractantes uterque ordo senatorius nodum hunc enodandum tradiderunt octo senatoribus, Zinlio, commendatori, abbati Capellano, præpositō[b] Imbriacensi et nescio quibus monstris rasis. Illi neglecta sententia divina de non missando medium præscripserunt prudentia (scio) diabolica. Illud cras referetur ad utrunque senatum, et sic missandum erit. Viderint pastores etc. Vale. Iudica, sed non ut hactenus.

Ἀξίωμα.

Qui Zinlium ex officio pastoris agere putat, credit vel dicit, impie putat, credit et dicit. Ubi defensionem huius ἀξίωματος postularis, rescriptam mittam. Die Veneris ante festum Thomę 1523.

Domino Ioachimo Vadiano, præsidenti concilii Tigurini clarissimo, affini charissimo.

Apud (Sanctum Gallum).

a) „preconibus". — b) „prepositō".

[1]) Vrgl. I, Register.

375.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

Constanz. 1523. December 19.

Bericht über Schmähungen des Pfarrers in Überlingen gegen die neue Lehre. Abweisung des Rates von Constanz. Umtriebe der Altgläubigen mit Zustimmung des Bischofs. Übersendung einer Schrift des Augustinus. Angriffe gegen das Cœlibat.

S(alutem). Non desinunt, charissime Vadiane, impia antichristi membra purissimum vinum turbidissimis aquis fœdare, id quod fraterculus ille, de quo scribis, non impigre fecit, cum arbitrii libertatem ex primo ad Romanos[a]) capitulo probare voluerit, res theologo plane digna, sed huic haud dissimilis. Parochus[b] Überlingensis, qui in publica[c]) contione pessima pontificum decretis impiissimisque hominum traditionibus, quas semper [illegible] habuit deus, parem cum evangelio auctoritatem tribuere non veritus est, tale hominem audaculum! mox post illam insaniam aliam incurrit et [illegible] Vadianum apud divum Stephanum hereticos publice[d]) proclamavit

Sed nec senatui Constantiensi pepercit impostor ille, quem heresiarcharum defensorem accusavit. Quod ut cognovit senatus, mox ad Überlingenses scripsit, quod velint parochum suum compellere, ut sibi a tantis conviciis[e] temperare velit aut doceat, qui sint isti heretici vel in quo erraverint. Sed nondum accepere responsum. Hic omnia fiunt instigante suffraganeo et connivente episcopo, qui ad convicia[e] quamvis enormia pseudoapostolorum connivet sibique pollicetur, sic regnum suum posse defendere; quod tamen indies magis atque magis periclitatur ac ruit. Furiunt suo more pharisæorum turbæ; nunc huc, nunc illuc moventur; nunc ad Egiptum confugiunt; sed nec illic auxilium inveniunt. Quottidie novas excogitant insidias ac truffas; at nihil penitus proficiunt. Fortior est veritas, adversus quam portæ inferi nunquam prævaluerunt neque prævalebunt, etiam occisis infinitis hominibus. Octavum in ordine volumen divi Augustini mitto, in quo et libri Retractationum continentur; quo perlecto alia quoque mittam. Tzwinglii institutum probo, quod et ego iuvante deo aliquando imitabor. Unum miror: quod impudicissimum periculosissimumque cœlibatum Tigurini[f] non abrogant. Plures offendent, si[g] non facient, sicut plures eorum exemplo ædificarentur; et deus optimus maximus nobis fidem adaugeat, amen. Blaureri fratres te, ut ipsorum nomine salutarem, iusserunt. Vellem, ut illis scribendi dares occasionem. Vale in Cristo Iesu. Datum Constantiæ, decima nona mensis Decembris, anno salutis nostræ 1523.

Iohannes Vannius, ex animo tuus.

Doctissimo Ioachymo Vadiano medico, amico suo integerrimo.

a) „Rho.“ — b) „parrochus“. — c) „puplica“. — d) „puplice“. — e) „t“ für „c“. — f) „Tigurin“. g) „si“.

[1] Von Dr. *Johannes Wanner* (Vannius) von Kaufbeuren, seit 1521 Prediger in Constanz, liegen 12 Briefe (darunter einer in deutscher Sprache) an Vadian vor aus den Jahren 1523–1527.

376. II 165

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1523.

Übersendung einer Schrift von Zwingli mit der Einladung, weitere Weisungen zu schicken. Gruss an Burgauer.

Salve rursus, charissime Vadiane. Vixdum abierat hesternarum literarum tabellarius sive mavis tabellaria, adferens una librum Zinlia-

num, et tu de eo per literas tuas parentem admones: num impressus sit necne. Impressus est Zinlianus liber, quod quidem iam facto ipso et ad te misso libro intelligis. Nunc tuum est, Vadiane, quid faciundum sit, dispicere, quantumque numerum exemplariorum velis significare; aut si trecentos missurus es (sic enim a nescio quo accepi) Norimbergam, accedat pervoletve ad nos, qui istuc avecturus est Zinliana scripta. Alia enim ratione, quomodo anteverti queant bibliopolę alii, non video. A prandio hęc scribimus, tabellario abitum properante; quare ne fastidias oportet indoctissime, sed amice tamen scriptas literas. Hęc ego quasi docte[a] scriptitare soleam, sobrius cum sim. In hoc tempus bene vale in Christo, donec occasio detur iterum atque copiosius tecum nugandi. Tiguri, crastino die earum literarum, quas ab ancilla ἀρχιγραμματέως nostri accipis, anno 1523.

Muraria bene precatur sorori suę, tibi tuisque.

Conradus Grebelius tuus.

Familia Grebeliana Vadianum nomen salva salvum esse iubet — Leopoldus[b] in idem coniurat votum.

Parochum vestrum in Christo incolumem esse et doctum scribam regni cœlorum, qui nova cum veteribus, divina cum divinis, testamentum utrunque eruere laboret, IUBEMUS, hoc est, ut is sit, qualis et est debet volente, non solum corpore, verum etiam concionibus et evangelii ministerio valens.

Heus Benedicte! quid obmutescis? Quin gry saltem facis Grebelio tuo. Pulmenti memini; tu rescribe quippiam de pulte, nos vocamus Musio, wo můß heist eß.

Hęc quęso loco epistolę ad se missę lectitet εὐλόγητος meus Burgoerus.

Benedictum Vadianum, tam meum quam tuum fratrem, ex animo amo et salvere iubeo.

Domino domino Ioachimo Vadiano, affini charissimo.

Apud Sanctum Gallum.

a) Oder „docto“? — b) „LEOPOLDUS“.

[1]) Vrgl. I, Register.

377. II 166.

Barbara, Äbtissin von Schännis [1]), an Vadian.

Schännis. 1524. Januar 13.

Danksagung für ihrem Vetter Wilhelm von Stein erwiesene Freundschaft und Ehre. Bitte, ihm auch in Zukunft mit Rat und Tat beizustehen.

Unser grûß mit erbiettung aller eren und fründschaft. Wirdiger, wolgelertter her dockter, wir habend vernumen der frünschaft und eren, die ir zieget habend unsrem lieben vetter Wilhelm von Stain, daz er es gar hoch gerûmet hat. Deß wir üch hoch danck sagend, und wo wir es mochden verschulden gegen got und hie in zit, welltten wir alzit genaiget sin. Lieber her dockder, witter ist min früntlich bit mit flisigem erst (!) an iüwer wird, unserem lieben vetter in befelch haben daz best ze tûn, ratten und helfen zû allen eren; wan er al sin hofnung und herz uff üch hat geseczet. Welend wir in gûttem nümer mer vergesen, wo es ze schulden kem. Lieber her dockter, nit me, den got hab üch in langwiriger gesundhait. Datum in unserem gotzhus ze Schennis, im jar, do man zalt nach der geburt Christi MD und im XXIIII. jar uf den XX. tag.

Barbara, von gottes gnaden epttisin ze Schennis.

Dem wirdigen und wolgelertten herren her Jochiem von Watt, dockter in beden rechden und in der artzenig, unserem besunder gûtten fründt, zû Sant Gallen.

[1]) Von *Barbara*, Äbtissin zu Schännis, liegen 2 Briefe aus dem Jahre 1524 vor.

378. II 168.

Erasmus Schmid [1]), an Vadian.

(Stein am Rhein.) 1524. Februar 5.

Bitte um Bericht über den angeblichen Abfall des Benedict Burgauer. Mitteilung über Zwingli.

Ioachimo Vadiano suo.

Gratia et pax a deo patre et domino nostro Iesu Christo. Multorum hominum sermone audio, Benedictum nostrum Christi castris desertis rursum Antichristo nomen dedisse, rem profecto ut mihi incredibilem adhuc, ita certe omnium, si ita esset, luctuosissimam. Verum multa faciunt, ne id credam: inprimis autem Benedicti nostri candor et in Christo constantia; deinde quod tuo commercio frequentissime utitur. Tibi enim ex parte imputaremus, quod hominem in officio non retinuisses;

quanquam non tam suspiciosi sumus, ut id protinus credamus aut ut tam male vobis fidamus. Utcunque sit, bene speramus; tuum autem erit, me per literas certum facere. De Zvinglio fortasse scire cupis, qui cum illo agatur. Belle omnia habent. Hac hora a Tiguro quidam veniens læta[a] mihi de rebus evangelii nunciavit. Cætera e germano meo disces. Vale in Christo Iesu. Salutant te omnes fratres mei et inprimis Ioannes. Salutato nobis Benedictum, uxorem tuam et cognatum tuum Gasparum cum mellitissima coniuge sua. Dominus vobiscum.

Erasmus tuus.

5ta Februarii MDXXIIII.

Viro doctissimo et christianissimo Ioachimo Vadiano, amico primario. Apud S. Gallum.

a) „leta".

[1]) Vrgl. Brief 281, wo die Anmerkung dahin zu berichtigen ist, dass von *Erasmus Schmid* (Fabricius), Pfarrer in Stein a. Rh., vier Briefe aus den Jahren 1521—1526 vorliegen.

II 170.

379.

Barbara, Äbtissin von Schännis[1]), an Vadian.

Schännis. 1524. Februar 14.

Darlegung der Gründe, weshalb sie trotz guten Willens jetzt nicht im Stande sei, die von ihrem Vetter zu seiner Ausbildung verlangten zehn Kronen zu bezahlen. Empfehlung desselben zu fernerem Wohlwollen.

Barbara, von gottes gnaden epttissin ze Schennis.

Unser früntlich grûtz mit erbiettung aller eeren. Lieber her dockter, wir habent üwers schribens wol verstanden und bisunders unsers vetters halb, das wir im solten fürsezen 10 kronen umb ettwas, was noch ze lernen von üch, daz sin grosse nuz were ze wisen; wie er uns selber hat gesait, das es im mer den hundertfeldig wider wurde; und er hat uns ouch selbes gar trulich gebetten, das wir im die vorgenanten 10 kronen welten jez fürseezen. Aber warlich, her dockter, unser herren von Schwicz und Glares sindt jez zů Schennis gewesen uf sant Sebastians tag, unsere kilwichi, und habent uns ufgelaidt ein grosen bow, als ein ganzen nüwen crutzgang ze buwen. Und wir wissend kain gelt darzů; und die buren willen kain zins noch zenden mer bezalen; kain niement nünz von inen bringen mer wie von altter her. Und ouch so habent wir die pfründt unserem lupriester můsen beseren um 12 müt kernen durch bezwang unseren herren von Schwicz und Glares; wan si sind schirmherren über unser

ozhus. Darum, lieber her doctor, wir vermugens nit. Aber wo wir im ust mit helfen kündend, so weltend wirs von herzen gern tůn zů aler zit, wie er ouch semlich uns wol vertruwet und ouch innen worden ist. Darum, lieber dockter, wir bittet üch trülich, das üwer wirde daz best togend mit unserem vetter; won ir wisend wol, wie es ain gestalt mit im hat, so als wir. Und nit wellent vor im verbergent, was im not ist ze wisen zů siner kunst; und ir tůnd ain gros gozlon. Aber uf das ir nit türfent zwifle, daz er üch die 10 kronen nit wellte bezalen, eer daz hürig jar entlend; weltte üch erlich und redlich bezalen wie ain biderman. Darum, lieber her dockter, wir bittend üch fründlich, daz ir das best tůgend mit unserem lieben vetter, wie wir uf üch das und grössers vertrüwen. Und wo wir semlichs gegen üwer wirdi möchdend oder kündent vergeltten, so welttens wir zů aller zit darzů flisig und gůtwilig gefunden werden. Was wir im witter befolen habend, daz kan er zů üwer wirde wol mundlich reden. Nit mer uf diser zit, den go(t) sig mit üch. Datum Schennis, uf der altten fasnacht im XXIIII jar.

Geschrift und sigel.

Dem wirdigen wollgelertten heren Joachim von Wat, docktor in der artzeni zů Sant Gallen, unserem gůten frůwnd.

[1]) Vrgl. Brief 377.

380.

II 172.

Hieronymus Froben[1]) an Vadian.

Basel. 1524. Februar 17.

Verzeichnis der bei ihm zur Ausgabe kommenden Bücher. Bitte an Vadian, bei dem Briefschreiber eine helvetische Chronik herauszugeben. Übersendung eines Buches als Geschenk.

S. D. Reddidit nobis literas tuas tabellarius hic, eruditissime Vadiane, quibus, quid novorum librorum ediderimus[a]), ad te mitti cupis. Etsi multa in manibus habeamus, absoluti tamen nihil est. Eorum catalogum[b]) tibi præstabo, ut ex his, si quid postea volueris, commodius indices. Sunt autem hi: Paraphrases Erasmi in Marcum et Acta Apostolorum, item Colloquia, recens locupletata ab autore; ad hec, Nux Ovidii, duo hymni Prudentii cum commentariis Roterodami, Euripidis Hecuba et Iphigenia, Gręce et Latine, tum libellus Erasmi de Confessione; quę omnia deo auxiliatore in has absolventur nundinas cum grammatica hebręa, iam primum a Sebastiano Munstero edita[a]). Cęterum ut nun-

quam mihi tecum ulla intercessit familiaritas, ita omnibus tua perspecta humanitas animum addidit efflagitandi ex te munus molestissimum licet, at patrię nostræ totique genti Helvetiæ ornamento futurum: nempe ut post tuorum gravium studiorum remissionem ad Helvetica te conferres chronica, quę parum studiose conge*sta* aut a novo rescribenda lingua patria aut ante impressa et mutanda et locupletanda, ut tibi consultum iudicabitur, sunt. Hoc molestię abs tua Humanitate non exigerem, si quisquam Helvetiorum idem, quod tu, hac in re posset, eoque audacius, quod te non mediocri in nostram patriam studio teneri intellexerim. Porro quod ad me attinet, susceptos labores recompensabo liberaliter. Si quid in hac re tibi cordi fuerit, fac, quęso, proximo nuncio significes; nam ita ad hoc chronicon edendum[a] affectus sum, ut etiam quale quale sit, libeat excudere. Belle vale et inepto, ineleganti veniam dato. Hilarium, ut petivisti, per hunc (qui nostram benignitatem non expertus est, quod ex nostris libris nihil ambierit) ad te dono mitto, futurę amicitię primitias. Rursus vale. Resalutat te parens meus. Basileę, die Iovis post Invocavit, anno MDXXIIII.

Hieronymus Frobenius.

a) Krutes „e" geschwänzt. — b) „cathalogum".

Ornatissimo viro, domino Ioachimo Vadiano.

1) Vom *Hieronymus Froben*, Buchdrucker in Basel, liegen zwei Briefe vor aus den Jahren 1524 und 1544.

381.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

Constanz. 1524. Februar 19.

Gefälligkeit, Vadian gefällig zu sein. Verfolgungen von Seiten des Bischofs wegen der neuen Lehre in Constanz. Die bevorstehende Verehlichung des Thomas

[illegible] et pacem a deo et domino nostro Iesu Cristo. Non opus [illegible] pater, ut me pro libro rogares, quod sciebas, mea omnia [illegible] posita. Iubere debebas et non rogare. Nunquam [illegible]. Amo enim ex corde non solum, qui bene faciunt, [illegible] volunt reipublicæ[a] christianæ. Causa mea felicissi[illegible] (cum enim episcopus me vellet repellere ab officio[b]), [illegible] instituit, et cum nocere vellet, rebus meis omnibus [illegible] Babylonica et plus quam diabolica captivitate

ane liberavit, ex papistico sacrificulo citra tamen sacrum oleum me rum dei ministrum consecravit. Dispeream, si[c] unquam fuit me felicior; d gratias ago et habeo omnipotenti deo, ex cuius singulari quadam enignitate hæc successerunt. Sed hanc meam felicitatem non potui celare, ut qui in adversitate et morte condolebas, nunc me resurgente etiam gauderes. Episcopus salutiferum[d] dei verbum, cum me repelleret, occidit; sed christianissima Constantiensis ecclesia dei tamen virtute mox resuscitavit, ut merito cantaremus: *Christ ist erstanden.* Et Blaurerii te salvum exoptant; Thomas die lunæ nuptias celebrabit. Saluta meo nomine, quotquot de christiana religione bene sentiunt. Vale in Christo Iesu. Datum Constantiæ, sabatho post Invocavit, anno salutis MDXXIIII.

Iacet fere prostratus apud nos Antichristus; modo non revivisceret.

Tuus ex animo *Vannius.*

a) „reypublicæ". — b) „t" für „c". — c) „sy". — d) „salutifferum".

Utriusque nominis expertissimo medico Ioachimo Vadiano, in Christo fratri suo charissimo.

[1]) Vrgl. Brief 375.

382. II 169.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. Februar 24.

Er lobt den Eifer Vadians für das Evangelium und verweist mit Bezug auf die Erklärung einer Bibelstelle auf seinen offenen Brief an Wendelin Oswald in St. Gallen. Grüsse und scherzhafte Mahnungen.

Gratia et pax a deo et domino nostro Iesu Christo. Tuum, carissime Vadiane, in evangelio Christi tam alacre studium et miror et exosculor, nec est, ut unquam tibi verendum sit, ne occupationum pondere pressus tua vel fastidiam vel negligam; eis enim tædium[a] ex tumultibus natum levo. Taceo, quod rusticior futurus essem (qui alioqui semel tamen rusticus sum, hoc est totus), si ad hominis tam docti, tam amici, tam denique pii epistolas supercilium tollerem, cui hoc potius verendum esset, si crebro scriberem, ne Musas tuas et pietatis studia interturbarem. Negotium[b] nostrum feliciter[c], ut spero, brevique absolvetur; morantur nunc negotia[d]. Quos misisti, summe placent. Faxit deus, ut multos eiusmodi habeamus artifices. Ut autem illis res nostrę Tiguri placeant, ex ipsis discere licet. De loco Actorum 15 non est, ut te multis defatigem; sed

apertam ad Vendelinum epistolam ubi legeris, iudicium nostrum amplius de eo non requires, quamvis nec ipsum postulasti; sed quicquid illic sentiendum est, ipse iam sentis, antea quam nos audias, ut ex epistola tua facile colligi potest. Volui tamen hominem paucis alloqui, quo videret, non defuturos olim adversarios, si ipse obstrepere pergeret. Hanc ubi legeris, cera rubra, signo vero quolibet incognito, signa et reddi cura; et si verearis sęviturum, da operam, ut prius describatur. Nos enim amanuensem ut nullum habemus, ita ne unius epistolę copiam ad alium emisse. Salvos iube ludimagistrum, Benedictum, episcopum nostrum, ac meo nomine iube, ut oleo ad lactucas utatur eoque se perungat, si quæ membra sint incommoda valetudine; nam ad hunc usum unxerint apostoli, ut est apud Marcum, infirmos, ut corporis valetudo restitueretur, qua post vicissim anima decumbere cogatur. Fide, qua Messię adhæremus[a], beamur, non oleo; nam alioqui utres caprini essent beatissimi, qui oleo ita delibuti sunt, ut etiam vomant. Sed hęc omnia per iocum; nam et hi, ex quibus erratulum hoc habeo, ioco magis quam odio iudicarunt. Gratulor autem secundum hęc ei, quod auditores tales habeat; nam nobis sane nihil unquam gratius fuit, quam quod auditores ipsi suis manibus verbum tractarent, mente versarent, moribus vero exprimerent; sic enim se ista[b] fere sequuntur. Vale et iam audi, quid cum Vendelino sim confabulaturus. Ex Tiguro, 24. die Februarii MDXXIIII. Cętera omnia referent, qui hęc ferunt. In mediis strepitibus omnia cogimur agere, unde et omnia obsecro boni consulas.

Huldricus Zvinglius tuus.

Doctissimo piissimoque viro Ioacimo Vadiano, fratri nostro in Christo carissimo.

a) „e" für „æ". — b) „negocium". — c) Erstes „e" geschwänzt. — d) „negocia". — e) „isa".

[1]) Vrgl. I, Brief 100.

II 174.

383.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. Februar 26.

Bericht von der Ankunft Eppenbergers, eines Freundes Vadians. Sein Beistand bei der Aufsuchung eines Lehrmeisters. Seine Bereitwilligkeit, ihm auch mit Bürgschaft zu dienen, wenn Vadian es verlangt.

S(alve), mi Vadiane doctissime. Quomodo res nostrę publicę habeant, satis intelligis, opinor, ex Beda Milite sive Zinlio, quam

non opus est tibi balbo recitatore eorum, quę apud nos fiant. Aliud est, quod te scire velim et tractare tecum. Venit huc Eppenbergius, ut ipse ait, necessitudine quapiam iunctus tibi. Rogavit operam meam vel potius Ulysseam illam Grebelii industriam, qua ei adessem in inveniendo artifice tondendorum pannorum. Ego quicquid potui, præstiti rogatus ab hoc et a fratre meo Laurentio. Invenimus, qui vellet docere hominem, modo ego fideiuberem pro eo, quibus ego sic, si tu iubeas rescriptis litteris, quas hic referret, cum fortunas eius non nescias, non dedignaturum fideiubere. Iam tuum erit me monere, quid faciendum sit. Parum intrepidus Christianismus hic meus est, qui hoc pro homine et fratre dubitem polliceri, maximeque si me non excusant creditores mei; quorum quidem ære nisi tam gravarer, vix non promisissem satisdationem loco Eppenbergii statimque promisissem. Quicquid tu imperabis, ratum erit, ut exequamur præstemusque. Salva sit coniux tua cum Theodosia tua et omnibus tuis. Vale in Christo. Ex Tiguro, die sabathino post festum Mathię, anno MDXXIIII.

Conradus Grebelius, mancipium tuum.

Domino Ioachimo Vadiano, viro undecunque doctissimo charissimoque. Apud S. Gallum.

[1]) Vrgl. I, Register.

384. II 178.

Michael Hummelberger[1]) an Vadian.

Ravensburg. 1524. Februar 27.

Entschuldigung für seine spärlichen Zuschriften. Lob des Philipp Melanchthon der trotz hinderlicher Bestimmungen das Rectorat der Universität Wittenberg erlangt hat und bei den Studierenden hohes Ansehen geniesst. Die Vorsteher und kirchlichen Einrichtungen in Wittenberg. Schrift Luthers über Schuleinrichtungen. Bitte um Berichte von Zurich.

Michael Humelbergius Ioacimo Vadiano suo sal(utem). Quod ad te rarius scribo, Vadiane eruditissime, facit nonnunquam tabellariorum penuria, nonnunquam rerum, quæ te oblectarent, inopia; quanquam ne nunc quidem sit aliquid te dignum, nisi forsan ea grata futura sint, quæ a Wittenberga mihi nuper sunt allata. Ea sunt de statu academiæ, cuius nunc rectorem agit Philippus præter solitum morem, quo lege cautum hactenus fuit, ne uxoratus quispiam eam dignitatem assequeretur. Effecit[a]) tamen Philippi præcipua virtus et in provehendis studiis dexteritas, ut hoc honore honestaretur cum maxima glo-

ria. Quas in hoc magistratu ipse leges tulerit, heic leges, mea manu transcriptas. Revocavit ille ab[b] inferis vetus declamandi genus, a Germanis scholis iam multis sæculis desideratum. Eius autem certaminis ipse primus specimen edidit[c] et classicum cecinit, dum pro iuris studio potentissime declamavit et altero die Guilielmum Nessenum contra vehementissime declamantem audivit; quo certamine iuventutem mire animant ad elegantiora studia et ad simile exercitium ardenter invitant. Præterea de administratione ecclesiæ hæc: episcopum illeic habent Ioannem Bugenhagium Pomeranum, virum doctum et pium, qualem Paulus gregi christiano vult præfici, qui sit ἀνέγκλητος θεοῦ οἰκονόμος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ, τέκνα ἔχων πιστά. Huic assistunt diaconi duo, quorum baptismi et eucharistiæ est administratio. Ei interdicitur eucharistia, qui episcopo suæ fidei rationem reddere non norit. Hæc autem præscripta est libello a Luthero edito[c] et in publicis contionibus quotidie rudi popello inculcatur. Sunt insuper alii duo, optimorum iudicio et testimonio probati viri, qui missæ loco feriatis diebus novum testamentum enarrant. Dominicis vero diebus Lutherus ipse concionatur, qui et nunc[d] libellum edidit[c] ad Germanici imperii civitates, de constituendis scholis et excitandis studiis literarum. Hæc, mi Vadiane, habui, quæ nescio si te sint oblectatura. Certe mihi digna visa sunt, quæ tibi cursim et fortuito tabellario communicarem[e]; ut simul etiam cognosceres, me tui nunquam oblivisci. Tu igitur vicissim pro tua humanitate et insigni candore tuo me oblectes tuis amantissimis literis; maxime autem, si quid habes, de Tiguro, cum reliquos Helvetiorum pagos plerosque omnes propter Zvinglium aut magis Christum adversari et extremam cladem minari dolenter audis. Vale in Christo. Ravenspurgi, dominica Oculi 1524.

Clarissimo viro, domino Ioachimo Vadiano, medico et senatori Sanctogallensi, domino et amico suo incomparabili

a) „effæcit". — b) „ab ab". — c) „æd-". — d) „nunc nunc". — e) „comunicarem".

[1]) Vrgl. Brief 214.

XI. 200.

385.

Johannes Botzheim[1]) an Vadian.

(Constanz. 1524. Februar 2.)

Dem Prediger in Constanz wurde vom Bischof das Predigen verboten, musste ihm aber alsbald wieder gestattet werden.

S(alutem). Clarissime doctor, frater amicissime. Audio et apud vos evangelium vim pati, æque ut alibi, per picas illis prædę inhiantes. Valea

abeantque, quo dignæ sunt. Concionator noster per sycophantas aliquot papisticos insidias patitur; sed hactenus per me apud prȩsulem non seguiter defensus nihil mali sensit. Cœpit ad prȩces quorundam non vulgarium civium diebus dominicis, quibus ex instituto sui officii [a] non obligatur, dicere ad populum, quod tanto applausu audientium fecerat [b], ut ceteri concionatores, nempe monachi, fere suis auditoribus fraudarentur omnibus. Hoc male habuit. Ansam sumpserunt inde Caiphæ et Annæ, nihil non molientes, apud præsulem [c] curantes, ne ultra permitteretur diebus dominicis dicere verbum dei, quod uno die factum erat. At periculo tumultus futuri, qui iam erat in foribus, permissum est illi verbum dei liberum, quod exanimes illos reddit nebulones! Expectamus, quid futurum sit postea. Vocor ad alia, ne liceat addere verbum. Bene vale.

Tuus ex animo *Abstemius.*

a) „offitii". — b) „œ" für „e". — c) „e" für „æ".

[1]) Vrgl. Brief 317. — Unter dem «concionator noster», dessen Partei Botzheim hier nimmt, kann doch nur der Dompredigter Johann Wanner verstanden sein, dem der Bischof nach dem Auftreten der österreichischen Gesandtschaft vom Januar 1524 gegen die «Lutherei» die Pfarrstelle im Münster genommen hatte, worauf ihm der Kleine Rat auf Begehren einer Anzahl Bürger die Kirche St. Stephan zur Verfügung stellte; siehe Pressel, Ambrosius Blaurers Leben und Schriften S. 53. Völlig sicher ist dies freilich nicht.

386. II 177.

Kaspar Wirth [1]) an Vadian.

Rom. 1524. März 22.

Erneuter Dank für ihm und seiner Schwester Sapientia erwiesene Dienste. Er erbittet sich den Beistand Vadians bei der Geltendmachung seiner Rechte auf eine vom Kloster Königsfelden ihm zugesicherte jährliche Pension. Seine Wünsche für Beilegung der kirchlichen Wirren. Zusendung der Rede der Rhodier vor dem Papste.

Sese commendat offertque ad vota cum salutis exoptatione. Colende et egregie vir amiceque charissime, octava præsentis tuas dominica LXX^mæ exaratas ex Sancto Gallo accepi michi semper gratas, ex quibus tuam humanissimam oblationem non solum in me et sororem charissimam, verum etiam alios, Studer puta, concernentibus clare persensi, pro qua plurimas et quas valeo gratias habeo, neque diffidentiam habui aliquam de persona tam sinceri amici et domini, cui profecto scio me ob tanta et michi et sorori præstita beneficia obnoxium et obligatissimum; nec deest animus respondendi cum multa gratitudine. Non ignoro, quid Constantiæ pro me egeris, et si opus, scio te michi numquam defuturum. Qua

confidentia fretus in casu occurrente etiam cum dominabus abbatissa et conventu in Küngsfelden tuum patrocinium et consilium implorare non vereor; nam ab olim constituta est michi pensio annua XXX^ta florenorum Renensium super monasterii fructus, donec vixero, annuatim solvenda de consensu abbatissæ et monialium tempore Alexandri papæ, eo quod ego (qui parrochialem ecclesiam Niderpfarr vel inferiorem nuncupatam opidi Walßhůt iure obtinueram) iuri meo et ecclesiæ libere renuntiabam in favorem et commodum monasterii prædicti, cui illam asserunt perpetuo unitam. Quam pensionem solvere differunt et recusant, invocando auxilium magnificorum dominorum Confederatorum, qui michi et doctori Matheo Rotenberg desuper scripserunt ad remittendam huiusmodi pensionem, prout, ne nimis sim fastidiosus, a sorore mea priorissa et, si opus, doctore Matheo præfato intelliges[a]. Verum, cum sim senex et pro victu et necessaria vitæ sustentatione in recompensam iuris mei de consensu illorum pensio constituta sit illaque carere non valeam, statui omnino iure exigere mediante, quod michi ab antiquo debitum est, neque ordinationes novæ, si forent, illic de pensionibus persolvendis ab antiquo constitutis et iure debitis michi præiudicare possunt nec debent. Quodsi gravatas se sentiunt dictæ moniales, renuntient ecclesiæ, quam dimisi, prædictæ cum iuribus suis illamque michi ad manus tradant. Bene curabo illi providere et saluti ipsorum et meæ providere. Sed scio eas id non facturas; quare rogo, ut domini Confederati me in iure et iustitia meis fovere velint et tamquam unum ex suis tueri et defendere; pro qua re, si opus fuerit, hortor humanitatem et fidem tuam sincerius, quatenus (?) michi assistere, ut ius quæsitum michi non auferatur, sed conservetur, digneris negotiumque dirigere, prout necessitas illius expostulat; importunitatem autem meam excuset, rogo, necessitas et fides amici, qui se in omnibus totum offert. Utinam altissimus gratiam largiatur, ut nos simul illic in bona pace et tranquillitate simul vivere valeamus. Doleo equidem vehementer de conturbatione tanta in hiis, quæ ad fidem catholicam et pacem conservationemque et salutem animarum ac patriæ tendunt. Concedat deus ipse, largitor omnium bonorum, ut sapiamus ea, quæ sunt ad sobrietatem, et non plus quam oporteat, sed in spiritu humilitatis, nec transferamus terminos, quos posuerunt patres nostri. Altissimus omnia bene vertat. Mitto orationem Rhodianorum coram hoc pontifice habitam alias, si forsan illam legere et videre pla-

ceret; nec aliud pronunc occurrit, nisi quod te cum tuis bene valere desidero priorissamque, ut soleo, nostram meque commendatum facio. Ex urbe, XXII Martii 1524.

Tuus *C. Wirtt* totus.

Excellenti ac præstantissimo viro, domino Ioachimo de Watt, alias Vadiano, medicinarum doctori expertissimo, domino et amico optimo et colendo. S. Galli.

a) „inteliges".

1) Vrgl. I. Brief 52.

387. II 179.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. März 28.

Beruhigung Schurtanners. Er entschuldigt die Mängel und Lücken in seinen Schriften mit der hastigen Abfassung derselben. Sein Abkommen mit dem Buchhändler.

Gratia et pax a domino. Pręstiti, quod potui, doctissime Vadiane; quicquid hic peccatum erit, tibi imputa. Mentionem tui fecimus, quod ipse nimirum nolebas; sed sic aperiendum fuit, quibus occasionibus adducti scripserimus et cur ad istum maxime scripserimus. Boni consule. Ceraunelateum non dubito anxium futurum (sic enim fecimus Schurtanner gręcum), quibusnam officiis nobis respondeat. Verum tu compesces hominem, ne quicquam vel dicat vel faciat, nisi ut omnem operam consiliumque ad amplificandam gloriam dei impendat. Es et huius admonendus, quod pastor hic noster longe incultior incuratiorque exit, atque intenderamus. Tumultuum enim, quibus hodie passim miscetur hic mundus, inopinatę procellę, quicquid belle compositum videbatur, ut prodiret, non modo in istoc opusculo, sed in omnibus, quę edidimus, ne purius exirent, impedimento fuerunt. Ita enim omnia extrusa sunt potius quam edita, ut nullum unquam libellum domi absolverimus, priusquam chalcographus excudere orsus esset; quo factum est, ut multa sępius, quam par sit, repetiverimus, multa neglexerimus, quę in pręcedentibus nobis dicta putabamus, dum forte in epistola aliqua ad amicum scripta eorum mentionem feceramus, quę hic maxime necessaria fuissent. Ita cogimur, immo[a]) versamur, hinc ab amicis, istinc ab hostibus; hic urget chalcographus propter nundinas; hic frater aliquis, quem iniquus[b]) premit episcopus, ut sibi consulamus, retrahit. Unde, ut diximus, dum illi respondimus, interea factum est, ut ea in libello omiserimus, quę prima esse

debebant. Sed in his omnibus dei providentiam agnoscimus; huius enim consilii sumus, ut omnes omnium commentarii pereant, maxime tamen nostri, posteaquam literę sacrę fuerint vindicatę. Eo igitur disponente omnia nostra temporaria exeunt. En Vadiane, non est unica epistolę alicuius in omni supellectile nostra copia. Ita omnia, ut in buccam veniunt, exeunt, ut loqui rectius nos dixeris, quam scribere. Bibliopola vester ita nobiscum convenit, ut simul aliquot exemplaria mitteremus ad se, mercedemque daturum pactus est. Si vacat, rem eam cura; sin minus, da baiulo agendi ansam. Sed heus, dum hęc ad hunc modum scripsimus, adest, qui nos ad Sanctogallenses quosdam vocet, quos et persuasi, ut ipsi baiuli vices supplere velint. Ferunt igitur isti sine omni impensa; id quod et Schurtannero significabis; ei enim etc[c]. Quin potius schedam clausis iam literis inseram! Nihil sis anxius, quam ut ad Ceraunelateum extemplo hęc mittas. Salva sit uxor et liberi. Ex Tiguro, 28. Martii MDXXIIII.

Huldrich Zvinglius tuus.

Doctissimo piissimoque viro Ioacimo Vadiano, fratri suo in Christo dilecto.

a) „imo". — b) „iniqus". — c) Der Schluss des Satzes ist aufgegeben, weil der in den schon verschlossenen Brief hineingesteckte Zeddel den Auftrag an Schurtanner ersetzte.

[1]) Vrgl. I, Brief 100.

II 182.

388.

Gräfin Magdalena[1]) von Montfort an Vadian.

1524. April 10.

Bitte, wegen des entwendeten Ringes seines Bruders mit dem Sohne des Diebes ein Abkommen zu treffen.

Magdalena, gräfin zů Montfort, geporne gräfin zů Ötingenn etc. Unnsern grůß zůvor, lieber doctor. Ewer schryben, unns vorgestern des rings halb von euch zůkomen, haben wir vernomen, und kompt desshalb des allten gefangen mans eelicher son zů euch, in willen sich von sins vatters und des rings waegenn mitt euch zů vertragen. Ist unnser pittlich beger an euch: diewyl sin vatter by achtzig jarn allt und arm ist, ouch an seim lyb von söllichs rings wegen vil martter und ain costen erlitten hat, im ouch billich ain fundmůtt geben wurd, ir wellend dasselbig ansehen und des gefangnen son gůttlich mitt euch von Ewers brůders wegen vertragen und abkomen lassen; ouch euch umb unsert willen da-

rinn hallten, alls wir euch vertruwen. Statt unns gegen euch zů erkennen. Ob ir glych heruber schickten, sorgen wir, ir mochten nitt mer erlangen, dann sin son mitt euch abkomen wurt. Was euch daruß gefalt, ist gwin. Er hatt söllichs rings halb ouch nitt vil nutz gehept. Datum uff misericordia domini, anno XXIIII.

Dem hochgelertten, unserm lieben besonndern doctor Ioachim von Watt zu Sant Gallen.

[1] Vrgl. Brief 345 u. 347.

389. II 186.

Wolfgang Schatzmann[1]) an Vadian.

Sempach. 1524. Mai 5.

Bericht vom Tode seines Vaters und von dessen letzten Willensäusserungen. Anfrage wegen Aufnahme eines Bekannten in den Benedictinerorden. Bitte um Aufklärung über die obschwebenden religiösen Streitigkeiten. Empfehlung des Überbringers Leonhard Fischbacher.

Laurifero ac egregio viro Ioachim Vadiano, doctori consanguineo, profert salutem. Tertio[a]) Nonas Aprilis[b]) circa quartam horam annosus pater naturæ debitum persolvit. Infirmitatem prolixam, quam perpessus fuit, ita patiens exstitit, ut admirabamur (!) nonnumquam; nam ipsumprius austerum et de facile percitum nosti. Qua enim gratia[a]) suam permutavit complexionem, nescitur. Obitum suum longe prædixit; appropinquante mortis suæ[c]) hora convocavit nos ambo et commendavit nobis fratrem minorem natu Georium cum noverca, qui orationem dominicam cum angelica annuntiatione[a]) et Latine et Almanice non titubanter orare didicit, et est puer trium annorum. Me ipsum, vir humanissime, pater in extremis ferme allocutus[d]), dicens: «Fili Wolfgange, unum ad te oro, ut perscribere ardenti littera digneris doctori Ioachimo Watter, ut talem cum fratre tuo curam (si adolescentiam pertingat) habeat, sicuti de te, laudante te, habuit.» Nam semper nobiliorem fiduciam in te quam in doctorem Antonium[e]) habuit; noluit enim, ut mitteretur ad Cracoviam secundum fratris[f]) Sebastioni sententiam, sed potius[a]) ad Austriam, te opitulante. Annue igitur ultimæ patris petitioni[a]), rogamus obsecramusque tuam Humanitatem et recordare ultimorum verborum. Et cum hisce[g]) rebus omnibus finem imposuisset, dixit: «Tempus eundi instat; præparate sepulchrum profundum. Malignum non timebo; matri omnipotentis servivi per sexaginta annos cum oratione[a]) prædicta

‚Sancta Maria, perpetua virgo virginum' singulis quidem diebus, et tan tam consolationem[a] in his habeo, ut mihi ipsi timere potero (!) minime. Demum sororem Iustinam exhortari iussit, ut, si quid turpe egisset abstineat et diem ultimum præ oculis haberet. Iis[b] omnibus finitis, ratione[c] optima, patientia[a] probata et loquela intelligibili omnes benedixit, evanuit[d] sororem de prædictis compellare. — Amice insignis, vir quidam genealogiæ eximiæ, Georius nomine, moribus ac probitate perspicuus[k], in castitate perseverare nititur, qui ardet accipere ordinem Sancti Benedicti in forma fratrum sæcularium. Quare te exhortor, ut, si indigent fratribus, renuntia[a] mihi; nam homo iustus, probus, honestus et annorum bonorum. Quod alterum est: exaltercationes[a] inter dominum plebanum et me aliquando exoriuntur ex parte huius sectæ Turicensis. Instamus aliquando ambo et nescimus, quid faciendum aut credendum siet. Tu vero, cui nobilior intellectus et persc(r)utatio est, rescribe, quid de his rebus credendum aut faciendum sit. Vertiginem capitis mei ariolare[d], quomodo avertam. Oro intime desuper, doctor celeberrime, præsentatorem litterarum sine litteris abire ne digneris, ut acta respondeant promissis, te me velle visitare aut continuis visitare litteris. Dominum Leonhardum Fischbacher aggrava[m] litteris, qui domino Iohanni Fer (ut ipse[a] fert), plebano, fideliter et perpulchre servivit, omnibus carus et acceptus singulis. Vale optimis avibus; rescribe. Iterum vale. Raptim ex oppidulo[o] Se(n)dpach, tertio Nonas Maii, anno 1524.

Wolffgangus Schatzman.

Præstanti ac insigni viro, Ioachimo Vadiano, suo consanguineo[p].

a) „c" für „t". — b) „Apprilis". — c) durchgehends „e" für „æ". — d) „alloquutus". — e) „Athonium". — f) „fritris". — g) „hysce". — h) „is". — i) Doch wohl für „emonuit" verschrieben. — k) „perspicuuus". — l) „arrialare". — m) „agrova". — n) „ipsi". — o) „opidulo". — p) „consanguinio".

[1]) Vrgl. I, Brief 3.

II 105.

390.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1524. Mai 7.

Seine Besorgnisse wegen der religiösen Wirren und sein Wunsch, dass die Christe geeinigt gegen die Türken vorgehen. Der Rückzug der Franzosen aus Mailand. Die Furcht vor der Pest in Rom. Beileid zum Tode der Mutter Vadians. Empfehlung seiner Schwester Sapientia.

S. P. D. cum sui sincera commendatione. Egregie ac doctissim vir, attulit nuper Gallus noster tuas cum sororis literis literas mich

itas semper, et prout ipsæ declarant literæ, etiam Gallus declaravit nturbatam conditionem et statum rerum illac, me non immerito etiam nturbantem. Oro deum piissimum, ut oculis suæ misericordiæ nos respi- iat, ut simus unanimes, unum sentientes, nichil per contentionem aut anem gloriam, scismataque extinguat et pacem christianis concedat, ut ontra perfidum Turcum arma et animum dirigant, cum hoc tempore ona se offerat (ut creditur) opportunitas[a] propter defectionem duorum ratrum a Thurco, qui erant magni apud Thurcos, ut ex epistola ad everendissimum cardinalem vicecancellarium missa præsenti colligata ccipies. Intellexi[b] autem ex aliis scriptis, quod Machmut Beg, sin- giacho[c] (l) Moreæ, frater locumtenentis Siriæ[d] et Egipti, pecunias et hesauros auferens[e] provinciamque diripiens, in Alexandriam cum octo elis navigaverit; quare eum non interfectum aut necatum a Thurco, ed adhuc cum fratre suo illic vivere et dominari apud Alexandriam rbitror. Hic vero in Italia apud Mediolanum, ex quo Gallorum xercitus dicitur retrocedere, speratur etiam tranquillitas aliquando; in rbe autem Roma non absque pestis suspicione sumus. Propterea audien- iæ suspensæ sunt. Deus nobis ubique adsit. Commendo autem fidei tuæ harissimam priorissam nostram et eius monasterium, quantum valeo, et me ipsum meque concernentia negotia illic occurrentia. Doleo autem et profecto condoleo plurimum de obitu honestissimæ genitricis tuæ; sed quia in domino, ut scribis, mortua est, beatam eam fore credimus et illic eternaliter vivere cœpisse[f] cum domino. Quare de eius transitu non ni- mis dolendum, cum sit ipsa de hoc sæculo nequam erepta. Vivimus hic n ærumnis et angustiis plurimis, ut etiam alias. Priorissæ scripsi, eam ortando, ut necessitatibus meis, quantum posset, etiam consuleret; cui terum precor in omnibus et consilio et auxilio adesse eamque et me, ut olitus es, amare velis. Vale, amicorum amicissime. Ex urbe, die VII Maii nni MV^{c}XXIIII.

C. Wirtt totus tuus.

Egregio ac præstantissimo viro, domino Ioachimo Watt, alias Vadiano, artis et medicinæ doctori expertissimo, domino et amico optimo ac plurimum observando.

Apud Sanctum Gallum.
Ad manus proprias.

a) „oportunitas". — b) „Intelexi". — c) Ueber dem auslautenden „o" das Abkürzungszeichen für . — d) „e" für „æ". — e) „aufferens". — f) „e" für „œ".

l) Vrgl. I, Brief 52.

II 187.

391.

Heinrich Fink[1]) an Vadian.

Salzburg. 1524. Mai 10.

Seine Wirksamkeit als Musiker in Salzburg. Übersendung von Musikstücken zu Ehren der Jungfrau Maria.

Salutem in domino nostro Iesu Christo. Tanto sum tuarum literarum, excellentissime, magis oblectatus, quanto virtus tua admodum præclara a tempore, quo in tuum albi numerum acceptus sum, *me* summa benevolentia[a)] abundantior prosecuta[b)] est. Hanc hac*tenus*[c)] quamquam etiam[d)] multa locorum distantia aut tabellionum rar*itate* plerumque sum missione prohibitus, pectori meo numquam seiunctam velim tibi vero persuasum[e)] habeas. Quod equidem de tua e*rga* me præstantia iterum experior. Qui ob tanti piissimos viri *affectus* non me etiam non feliciorem[f)] duco; de quibus innumeras tibi, v*ir* excellentissime, habeo gratias. Utinam uberior aliquando mihi *foret* facultas, qua tuæ me parem benevolentiæ[g)] redderem; sed erra*nt, qui* principis mei Salispurgensis liberalitate, cum quo dego, iam largius ena*rrant* remuneratum. Vivo utique e mus(i)ces, non sacelli rectoris con*dicione*, cui Wilhelmus, unus ex Maximiliani Cæsaris capella, concentorum *agit* præpositum. Ego vero pauca principis liberalitate adiutus, n*on* quod non presbyterio[h)] ordini dedicatus, sed sacelli lucubrationum gr*atia*. Omnium fere laborum hactenus dego gerulator, videlicet componendo præcinendoque. De spe, qua me maxime ab hoc homine beari .... firmaras[i)], iubeo te sperare mecum nihil aut profecto par*um*; nempe qui summam hac curia felicitatem assequuntur[k)] s .... serit ipsos se connectantes sacerdotali, quem senecta explor .... haud est facile hac tempestate initura, nec quidem nuper Salis*purgii* una commentando. Frustra optaram, si quando sors velit, cum q*uodam* alio principe tranquilliori potius[l)] quam hic inquietissima citra *morem* remunerationis spe illaqueataque conditione degere. Hæc t*ecum*, humanissime, confidenter loquor. O quam te Vadiane den[illegible] feliciorem,[f)] cum heroum aulis sis nusquam illaqueatus. Verum cum patientiam[m)] dei spiritus pro futura æternaque vita suadet, tole[illegible] pro illecebris[illegible] acceptis factisque, libet duriorem cervice labo[illegible] sustentare clitellam. Sororii tui negotio fuissem libens [illegible], nisi Paulus organicen hoc sibi factu facilius animo per[illegible] acceptasset. Mitto ad te prosam de virgine Maria vocum quatuor.

lisissem pleraque; sed pacto coercitus gravi, quidquid pro sacelli usu editurus *sum*, prorsus cuiquam nihil a me præstandum largius. Tamen tui gratia videbo, *si* aliquando hunc pactum relaxaturus nonnihil meæ lucubrationis — — — —[p]. Ut soles ama amantem. Datum Salispurgii, decima Maii anno 1524. *Henricus Finck*, musicus tuus.

Domino Ioachimo Vadiano, medicinarum doctori, pœtæ laureato viroque integerrimo.

a) „benivolencia". — b) „prosequuta". — c) Die Schrift ist am rechten Rande bis zur Unleserlichkeit abgeblasst und der Rand selbst in der Breite von 2—5 Buchstaben durch Abnutzung in Wegfall gekommen; ebenso ist die letzte Zeile unten zum Teil abgestossen. — d) „eciam". — e) „perwasum". — f) „felicorem". — g) „benivolentiæ". — h) „prespiterio". — i) Aus „affirmaras" berichtigt. — k) „assecunar". — l) „pocius". — m) „pacienciam". — n) „tollerans". — o) „illecebribus". — p) Etwa 4 Worte ausgefallen im Sinne von „tibi mittere potero".

[1]) Von *Heinrich Fink*, Musiker in Salzburg, liegen zwei Briefe vor, von denen der eine nicht datiert ist.

II 188.

392.

Paul Hofheimer[1]) an Vadian.

Salzburg. 1524. Mai 14.

Freude über den Brief Vadians. Übersendung eines deutschen Liedes. Lob des Briefes Vadians an den Erzbischof von Salzburg. Bitte um einige Verse zu seiner Ehrung. Einladung, nach Salzburg zu kommen. Bericht von seinem Einkommen und seinen häuslichen Verhältnissen.

Ersamer, hochgelerter, sonder lieber herr doctor. Mein gar fruntlich willig dinst seind euch allzeyt zuvoran berayt. Ewr schreyben, mir durch Ewern schwager Bartolome Steckh geantwort, hab ich mit sonderen frewden vernommen, und gern gehört Ewren gluckseligen stand in gesunnd mit sambd Ewrer hausfrawen und khynd. Got well Euch dermassen lanngwirig behalten. Ich dannck Euch auch gar treulich, das Ir meines lebens halben, des Ir lanng in zweifel gestanden seyd, widerumb frölich worden seyt. Ich warlich auch lanng zeyt nit gewisst, wo Ir seyt; und als ichs erfaren het, han ich nit erdenckhen khünnen, wye oder wohyn und durch wen ich Euch gewislich schreyben zueschikhen solt. Wellet nit glauben, das ich Ewrer fründschafft und humanitet, mir gewisen, nit offt gedacht und Euch vil gutter zeyt gewunscht hab. Und wo ich ytz Euren schwager dem Steckh in seinen sachen so statlich und wol fürderlich hette mügen sein, als wol ich des genaygt bin, solt Ir Ewr vasst wol genossen haben; dann Ir es wol umb mich lanngest verdyenet habt. Ich schik Euch hyemit ayn klaynes theutsches lyedlein meines pawes, nit fur ayn khunstlichs werckh, sonder seiner art nach und der wort halben, so ich mir selbs also diser zeyt neulich gemacht

hab und villeicht, als ich acht, Euch dergleichen dyenen möcht. Und wann ich füran ettwas mer newer haben, wird ich Euchs auch schiken; dann mir Ewr schwager anzaygen gethan hat, meine schreyben durch Hansen Mayr zu Augspurg, dohin ich offt potschafft haben mag, zu behendigen.

Ewr epistel, meinen halben an meinen gnedigisten herrn von Saltzpurg geschriben, hab ich stäts seydher mit fleiß behalten und nit wissen mügen, was weyter darmit zu thun sey. Beger und bitt Euch nochmals mit hochem fleiß, mir Ewr gut bedunckhen zu schreyben. Ich habs ainen poeten an kayserlichen hof, des namen ist Richardus Sprulius, lassen sauber abcopiren. Ich wolt ye geren, das dye mue und Ewr trewer fleis nit vergebens angelegt, sonder fur dye augen der lewt kheme, dye solch zirlich schöne latein und aygendtliche description meiner music, durch Euch so gar werklich beschriben, verstunden. Dann wen ich es noch in privato sechen hab lassen, so wirdet es vasst gelobt. Meins gnedigen herrn von Saltzpurg etc. cantzler, doctor N. Waldung, ist doctoris Iheronimi Waldung medici sun. Der hat es auch gelesen und hoch gelobt; auch mir gesagt, wye mein gnedigister herr von Saltzpurg Euch durch Eur ausgangen schrifft wol erkhenn. Deshalben ich hoff, sein F. G. wurde auch ayn sonder gefallen haben ab diser Ewrer epistel. Wellet mir Ewr gut bedunckhen nit verhalten, was ferner darmit zu thun sey; des wil ich mit begirlichem gmut erwarten. Item wo es Euch nit beschwarlich wer, mir nit mer dann drey oder aufs maist vier verslein mit Euren nagsten schreyben schiken, dye do wären nichtz anders dann ayn gluckwunsch zu meinen wesenlichem und wonhafftigen hyesein, das mir got und das gluk beystendig sein wellen, mein tag in felicitate zu verzeren etc. Solch vers wurde ich in meiner habitation hubsch und gros geschriben an dy wannt lassen machen, meinklich fur augen in Eurer gedechtnuß.

Got well Euch mit fug ayn vart her oder mich zu Euch verfugen; dann ich gern umb Euch sein wolt. Mir hat auch Steckh gesagt, Ir weret willens ayn far gen Wyenn zu raysen und den weg hye durch zu nemen. Das wer mir von hertzen begirlich. Wellet dem nachkhumen und nit anders furnemmen; dann Ir khemet durch Minichen her; da fundet Ir Euren landsmon(!) Ludiwigen Sennffl und gut gesellschafften der singer, und hye sässt Ir aufs wasser zu faren bis gen Wyen.

Item ich bin bey meinem gnedigisten hern von Saltzpurg vasst wol und gnediklich gehalten. Hat mir sein gnad jarlich C und funffzig gulden mein leben lang verschriben. So hab ich von kayserlicher Majestät auch mein leben lang C und XXXV gulden an ander zuestend. Ich dannck got, das ich nymmer wye ayn zigeyner umraysen bedorff. Hab ytz ain hausfrawen von edlem und erbern geschlecht und bey der zway töchterlein erworben, der ich mich hoch erfrew, biß mir got der herr (als ich hoff) ayn sun verleicht. Wisst auch, das ich innerhalb sechs jaren das dritte weyb ytz hab; dann ich het ayne zu Passau eines namhafften geschlechts genomen. Di pracht mir im ersten jar aynen sun, und dyeselb mein hausfraw starb 4 wochen nach der kyndpeth; der sun starb in 12 wochen. Ytz nit mer, dann wellet mir verzeichen, Euch mit so vil unnutzen schrifften zu lesen bemuen; dann es in sonderm vertrawen und fruntlichen, gunstigen willen beschicht. Wil Euch hyemit got dem herren sambd Ewrer lieben hausfrawen und allen den Euren in sein schutz und schermb bevolchen haben, und bitten mich mit Eurem schreyben offter zu erfrewen. Wye wenig der zeylen seind, wil ich mich vasst gern genuegen lassen; dann ich wol gedencken khan, das Ir in Eurer practik nit müssiger zeit vil habt. Datum Saltzpurg, eylend, an pfintztag abend vor der heyligen pfingstag, anno etc. vicesimo quarto.

Ewr gantz aygner *Paulus Hofhaymer* etc.

Adresse fehlt.

1) Vrgl. I, Brief 57.

393. II 189.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. Mai 16.

Lob der Umsicht Vadians zur Förderung des Evangeliums. Sein unerfüllt gebliebener Wunsch, dass Vadian zur Hochzeit Ammanns nach Zürich komme. Emser, der Feind der Schweizer. Zuschrift des Breslauers Johannes Hess. Nachricht vom Tode des Petrus Mosellanus. Die neue Lehre bei den Appenzellern.

Gratia domini nostri Iesu Christi tecum, carissime Vadiane. Neque nunc a diligentię tuę in evangelio Christi commendatione temperare possum, quam ita vigilem et inexhaustam video, ut tales nobis multos precer episcopos, qui Vadiani more vadere ac promovere nunquam desistant. Sperabam te concinnando Ammani sororisque connubio dfutu um, quo facilius omnia coram ageremus, quamquam nulla sunt,

quę anxie cupiam tecum conferre præter[a] ea, quę ad evangelii cursum adtinent; sed neque de illis quicquam est, quod ipse ignores vel non ex Christi sententia agas. Gratum tamen est, nonnunquam animum eiusmodi piis confabulationibus tollere potius quam levare, qui alioqui humi repimus. Emserus, iste Helvetiorum antiquus hostis, vanitate sua me invitavit, ut quaterniones quatuor legerim, priusquam ad scribendum accingerer; unde factum est, ut paucis te brevitate ipsa cogam esse contentum. Excipiam hominem christiane, qui tamen impotentissime invehit, tumultuatur, imponit, nugatur et nescio quam vulpem agit. Scribit ad nos quidam Ioannes Hessus, theologus Vratislaviensis, homo tersus sane et alacer, exigitque a nobis literas. Quapropter aliquando doceas oportet, ut per vestros ad illum literas et responsionem ad Emserum, impurum hominem, dem. Scripsit ex epistola Melanchthonis certiorem factum, quod Petrus Mosellanus ex humanis excesserit, cuius agoni Melanchthon[b] sese testetur interfuisse. Vir fuit Greçe hercle doctus; Latine quam doctus fuerit, ipse pronunciabis nobis. Abtzellanos tam feliciter[c] promovere gratulationem fratribus omnibus maximam peperit. Vigilent Hessi et alii cum Iacobo nostro, ne vitium aliquod in herba nascatur. Vale cum omnibus tuis. Recte omnia περὶ ἐπισκόπου vestro accepi; nihil movebimus. Valete omnes. Ex ędibus Leonis, Tiguri, 16. Maii MDXXIIII. Salutat te vicissim Leo cum omnibus fratribus. Georgium Vadianum nostrum salvum omnes optamus.

Huldricus Zvinglius tuus
ex animo.

Doctissimo piissimoque viro, Ioakimo Vadiano, tum corporum, tum animorum medico exploratissimo.
Gen S. (Gallen an) doctor . . . .

a) „preter". — b) „Menlanchthon". — c) „fœliciter".

[1]) Vrgl. I, Brief 100.

II 190.

394.

Hieronymus Baldung[1]) an Vadian.

Salzburg. 1524. Mai 23.

Lob des Briefes Vadians an den Erzbischof von Salzburg. Bitte, ihn im Drucke herauszugeben.

S. P. Paulus Hofhaimer, insignis ille musicus, tuo quamlibet elegantissimo præconio, nichil tamen præter meritum laudatus, ornatis-

time vir, cum tui nuper mentio incidisset, retulit de epistola quadam, quam ad reverendissimum dominum cardinalem archiepiscopum Salczburgensem ante aliquot annos in conventu regum Viennæ[a] destinasses atque illic chironomicam musices rationem quam aptissime expressisses, cæterum nescio quo casu consiliove nondum emisisses. Atque hæc quidem parce admodum (quæ est huius viri modestia) attingebat; ego vero, qui et ingenium tuum novi et eruditionem minime vulgarem, institi apud hominem, ut exemplar exhiberet idque vix tandem obtinui ab amico. Credo, ut est minime ambitiosus, quod suas laudes nollet ipse promulgare. Lecta mox epistola dici non potest, quanto eius invulgandę desiderio correptus fuerim. Certe, nisi ipse vetuisset Paulus, iam passim legeretur, quod et autore[b] et ipso digna visa est, nunquam satis in hoc genere laudato viro, cui et externi omnes chironomi musici non satis habent primas detulisse, nisi etiam encomiis elogiisque condecorent, qualia nuper patricia gente Venetus quidam elegantissimis versibus et oratione gravissima in Pauli gratiam conscripsit et emisit, rei musicæ apud suos primarius. Sed aiebat Paulus, in animo fuisse tibi, ut quędam vel mutares vel adderes nec, quando illa scribebas, satisdum exploratum habuisse, an etiam reverendissimo domino meo probarentur; quorum alterum ego tibi secure spondeo, alterum in tuo situm est iudicio. Quod ad me ac rem ipsam attinet, te hortor, ut emittas et, cui destinaras, dedices, non ut olim scriptam, sed velut recens natam, nec dubites, quin sit futura gratissima ei principi, cui omnes ingenuæ artes, imprimis autem literę et musice sunt vel maxime gratæ; tum vero ipse Paulus, quo familiarissime nec minus liberaliter utitur oblectaturque; ita ut et ab ipso reverendissimo domino et a Paulo, denique a Musis et Gratiis summam sis gratiam initurus, meque olim apud communem præceptorem Conradum Celtin, literarium congerronem, novo facilitatis nomine tibi devincturus. Vale. Ex Salczburga, XXIII. Maii MDXXIIII.

Pater *Hieronymus Baldung*, u(triusque) i(uris) doctor,
cancellarius Saltzburgensis.

Eruditissimo viro, domino Ioachimo Vadiano, conphilosopho et amico literario.

a „e“ für „æ“. — b) „authore“.

1) Von *Hieronymus Baldung*, dem Kanzler des Erzbischofs von Salzburg, liegt nur dieser eine Brief vor.

II 191.

395.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. Mai 25.

Nachdrücklicher Dank für die Wohltaten Vadians. Die Ratsbeschlüsse mit Bezug auf die kirchliche Lehre. Die Verehlichung des Thomas Boner.

Gratia et pax a deo patre per Iesum. Soleo sæpe mecum cogitare, vir præstantissime[a]), quanam ratione fieri posset, ut beneficiis tuis aliquando responderem. Sed quo magis pelagus illud beneficiorum tuorum ingredior, hoc magis exuberantibus undis obruor, affectum inopia, conatum facultate destituente. Nec tamen despero; nam si in amore vinci turpe sit, committendum mihi non existimo, ut beneficentia tua in ingratum collata videatur. Quid igitur faciam? Obligabo me, qualisqualis sum, totum tibi (siquidem Leonis tui obsequium, quantulum illud est, non dedignaberis); nam me, quod ad corporis salutem attinet, totum tibi debeo; quę si in Christi negotio tota expensa fuerit, quam in me desideras[b]), a patre nostro cœlesti merces repensa est. Hoc si non fiat, præstare arbitror, ut perpetuo ęgrotus siem. — De rebus, quę apud nos aguntur, nihil est, quod scribam, vir doctissime, nisi quod sacratum panem spectandum his diebus non proponimus; nam id senatus decreto firmatum est. De idolis et missa abolendis hac hebdomada in senatu agetur idque, ut speramus, iuxta verbi dei sententiam, nisi forte adversariorum tanta vis fuerit, ut nascentem Christum in flore extinguant; quod si fiet, maiori cum gloria aliquando resurrecturum speramus. Thomam Boner, quem ad nos miseras, cum uxore sua coram testibus adiunximus idque in templo, ut fieri solet, publice, quem ex bellatore christianum cupio. Id fiet, si uxor eum amoris vinculis obstringet, ut apud se maneat. Parce iocis et ineptiis, vir doctissime ac tu interim vale cum omnibus, qui Christum sinceriter[c]) amant. Salutat te Zvinglius, et, si non dedignaris, uxor mea.

Ex Tyguro, ipsa Urbani die 1524.

Leo Jud, tuus.

Sincerę[c]) pietatis... Vadiano suo.

a) Durchwegs „e" für „æ". — b) „desyderas". — c) „synceriter, syncere".

1) Vrgl. Brief 370.

396. II 192.

Paul Hofheimer[1]) an Vadian.

Salzburg. 1524. Juni 1.

Bitte an Vadian, die für den Erzbischof von Salzburg bestimmte Epistel im Drucke herauszugeben, unter Berufung auf das gleichzeitig abgehende Schreiben des Kanzlers Hieronymus Baldung. Als Vermittler ihres Briefwechsels wird Hans Mayer in der Pfaffengasse zu Augsburg empfohlen.

Ersamer, hochgelerter, gunstiger, sonder lieber herr doctor. Mein gar fruntlich und gutwillig dinst seind Euch allzeit zuvor. Ich hab Euch jungist bey Eurem schwager geschriben, wye meins genedigisten herrn von Saltzburg cantzler, mit namen doctor Iheronimus Waldung, Ewer person und namens gute khundschafft hab, auch Ewrer khunst und schrifften bericht sey, dye ich in hoch loben und preysen hab hören. Er hat auch Eur epistel, so Ir meinem gnedigisten herrn von Saltzpurg zuezeschikhen und zu dediciren furgenommen habt, von mir gar begirlich zu lesen begert; dye ich im gelichen hab. Und als er dye verlesen, hat er mir gesagt, es sey ayn auspundig wol gestellte description[a]) der music, wye mir dye von got und der natur verlichen sey; und hat sich verwundert, warumb solch schöne zirliche und aygentliche beschreybung bisher verzogen und nit langst dem fursten zuhanden geschikt sey. Hab ich im gesagt, das Ir mir dye lanngst zuegeschikt habt zu besechen, und wo dye meins gefallens were, so solt ich Euch das wissen lassen; alsdann woltet Ir es dirigiren dem fursten zu handen etc. Mittler zeit seyt Ir von Wyenn verruckt und ich lanng nit wissen gehabt, wo Ir hyn khumenn weret, biß ytz Ewr schwager mir ayn schreyben von Euch pracht hab; der mir auch guten beschayd gethan, wohyn durch wen ich Euch füran meine brief zu handen schiken mug. Darauff cantzler gesagt, ich soll in allweg dye epistel Euch widerumb schiken, und bitten, das Ir dye nochmals meinem gnedigisten herren zuekhumenn wellet lassen; dann er vermaynt, sein gnad werd ayn gross, sonders gefallen daran empfachen. Es wer auch schad, das sölch schön, zirlich und wolgeschriben ding nit ausgeen solt. Und hat bemelter cantzler doctor Iheronimus Euch hyemit auch geschriben aynen brief, den ich Euch do schik, sambd ayner copei Ewrer epistel, so ich Sprulium hab lassen lauter und leslich schreyben vor vier jaren, der sy auch vasst globt hat. Demnach an Euch mein gar hochfleissig bitt: dyeweyl es sich also zuetragen hat, das ich

bey meinem gnedigisten herrn von Saltzpurg mit dinst gnedigklich und wol gehalten bin, auch sein f. gnad ayn warer liebhaber aller kunst und tugend ist, Ir wellet solch Ewr schrifften, so von hochverstendigen ettlichen personen, dye ichs vertreulich sechen hab lassen, vasst gepreist synd, an das ort Eurem furnemmen nach dediciren und under dye leut khumenn lassen, damit Ewr wolgethane khünstliche beschreybung, dye an allen zweifel lobswirdiger dan mein thun ist, nit lennger verhalten bleyb und Ewr arwayt vergebens angelegt sey. Wye ich alsdann solches umb Euch verdyenen sol, wil ich mit höchster danckperkhayt beflissen sein alzeit.

Item mir hat auch cantzler gesagt, wye in guet gedeucht, das Ir das datum der epistel ernewen thetet, das es fürerst new gestellt gehallten wurd; auch das meinem gnedigisten herrn von Saltzpurg seiner gnaden rechter titel, wye den ytz sein f. gnad hat, gestellt mug werden, wye Ir an disem eyngelegten zetel sechen werd. Deshalben sich erfordert ettliche wort in der epistel, sovil den stand und ytzigen titel betrifft, verendert zu werden. Dem allen Ir tanquam expertissimus wol zu thun wisst.

Item so Ir mir schreyben schiken wéllt, so schikt sy nur[b] zu handen Hansen Mayr zu Augspurg in der Pfaffengassen, hynder Sand Maritzen; der wyrd von mir auch beschayden, wem er dye brief aldo zu Augspurg geben sol, damit sy mir fürterher gen Saltzpurg khumen zu handen. Wellet mir hyemitt Ewr liebe hausfrawen, auch Bartholomeen Steckh treulich grussen. Damit bevilch ich mich Euch als meinem sondernn vertrautem, lieben herrn und frund, dem ich allzeit meins vermogens zu dyenen willig und genaygt bin. Datum Saltzpurg, an ersten tag Junii, anno etc. XXIIII.

Ewr williger und aygner *Paulus Hofhaymer*, etc.

Dem ersamen hochgelerten doctor Ioachim Vadiano, statartzet zu Sannd (Gal)len, meinem sonderem (gun)stigen herren und frund.

a „descripcion". — b) „nwr".

[1] Vrgl. I. Brief 57.

397. II 167.

Konrad von Watt[1]) an Vadian.

Posen. 1524. Juni 14.

Der Hinschied der Mutter. Der Stand des Evangeliums in Polen.

Iesus Crystus. Datum zů Posen uff 14 Junius im 1524.

Mein fruntlichen grůs und gůtwilligen dienst. Lieber herr docktor, t uns alle frisch sein. Derglichen, hoff ich, seit ir och und die unsernn So ist mir ewer schriben worden. Fernomenn, wie unser můter in ferschaden ist, der god genad. Ist sich zů frowenn deß, der in ainem rcken globen stirbt. Den ferlich uns gott allen. Wie irs denn sust ntdhalben fernornett habt, gfalt mir wol; wirt brůder Ieronimus un iffel wol ussrichtenn mit ewerm ratt und hilff.

Item so wil ich üch die federnn sendenn uss dissem jetzigen Iohanis rtt; so komptt frisch ding här. Wie es denn by üch wol statt des angeliums halb, hör ich gern; aber hieby uns Polenn ist noch krut- igenn, als üch fetter Iörg wol berichtenn wirtt. Aber ich hoff zů gott, dissel werd sich schier umkerenn. Ess ist an dreffelicher glerter man Preslen, prediger und pfarer; der richt fil gůtz uss, Simon Hess; ich hoff, der wind werd schyer waz mit bringen. Sust nitt mer denn ůst mir ewer husfro und brůder Ieronimus und sy all. Hiemitt wis s got daz pest.

C. von Watt,
ewer williger brůder.

Meinem lieben brůder docktor Ioachim von Wat, zů Sannt Gallenn, dentur.

[1]) Vrgl. Brief 357.

398. II 196.

Othmar Fröwers[1]) an Vadian.

Esslingen. 1524. Juni 19.

Dringliche Bitte an Vadian, ihm zu seinem Rechte zu verhelfen gegen die Karthäuser in Ittingen.

Gratia et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo etc.

Wolgelerter, günstiger, lieber herr doctor, als dann mir die Cart- ser in Ittingen die pfarr gelihen, haben si mir an sölicher pfar ab- ochen den zehenden und habend sunst an zehenden in der gantzen pfarr

jerlich ob 400 fl.; darus si mir die pfründ gantz geschwecht und mir angeschlagen der altar und ander bettel und schinderwerch sampt irm klinen corpus, daz si mir geben. Sölt mir ob 100 fl. ustragen, daz gantz nitt gesin mag; dann ich wil die puren nitt zum opfren nöten. Des und anders hab ich mich geklagt, daz und anders sy übel verdinst vermainen, und bochen, sy wellen mich ab der pfarr triben mitt irm gwalt, daz ich ir herlichait und anders mûs entsitzen. Derglichen als si mir die pfar gelihen, haben si mir zûgesagt, mich wellen gen Costentz presentieren und instellieren lassen. Also bin ich der mainung zû in zogen. Do ich bin kommen, habend sy es ummkert und mir brieff geben, die pfarr ze besitzen min leben lang, und mir ain brieff geben, der ist an mengem ort wider sich selbs. Darum, lieber herr, bitt ich Üch umb Christus willen, daz Ir mir wellend rautten, wie ich mich halten söl. Ich hab nichts unerlichs gehandlett noch gepredigt, dann daz clar evangelium, so vast ich han konnen mitt der hilff gottes. Lassend mich nitt, und ob es nott sin wurd üwer hilff, wellend mir sy nit abschlahen. Wil ich mitt allem fermügen umb Üch verdienen. Vale, optime virorum. Ex Üsslingen, die solis ante Iohannis Baptistæ, anno 1524.

Tuus *Othmarus Frörwers.*

Macta virtute viro Ioachimo Vadiano, artium et medicinæ doctori apud Gallen, suo in Christo observandissimo.

a) „purem".

1) Von *Othmar Frörwers,* Pfarrer in Üsslingen (Turgau) ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

399.

Heinrich Meltinger[1]) an Vadian.

Basel. 1524. Juni 21.

Bitte um den Rat und Beistand Vadians in seinem Handel mit Hans Meinhart.

Erwyrdiger, hochglertter, insunders günstiger, lieber herr. Min gehorsamer gantz früntlich willig dienst altzit bereit. Erwirdiger, günstiger, lieber herr, ich danken üwer erwird des früntlichen willenß, so ich wol befunden in minem handel betreffend Hanß Meinhart, als ich dan üwrer erwirdt zuo Baden gebetten hab. So hat Hans Meinhar sin diener hie zuo Basel gehan, mit myr wellen ferkommen uff die sun zuo zilen und Frankfurter messen bezalung ze thûn; dem ich nit welle fertrüwen, ursach myr worlich unfrintlich und übel gethon hat. Dorzu

so weis ich wenig, wie eß ein gestalt hat um sine hüser, hab und guot, so er myr wellen insetzenn ob die forhin ouch fersetzt oder nit; deßgelichen die bürgen myr ouch unwissen ir fermögen. Noch sölichem allem hat mich zeiger diß brieff beret, im zuo willen worden, 10 dag stil ze stonn; so wel er wider hie by myr sin und mich mit guoten gewissen bürgen, hüssern und andrem sinem fermögen zuo fersicheren, doran ich beniegig werde sin. Des ich im namen gotz erwartten můß und wil, so er sin zuosagen glouben duot im namen gotz. Wo daz nit, wirden ich daz recht an die handt nemenn. Was myr daz zuogibt, wil ich erwartten, dan er myr worlich unfrüntlich gethon. Byten üwer erwirdt, welle myr ein gnediger, ginstiger herr sin und beholffen, beraten in der sach. Wo es dorzuo keme, ich üwer erwirdt gedienen konde, wele ich ungespart mins fermögen altzit guotwillig sin; und myr bi disem botten in den zehn dagen wider schriben, wie es ein gestalt um sine hüser und guot hab; ouch wie ich mich halten sol. Beger ich undertheniglich zuo ferdienen etc. Datum zinstag for Sant Iohanßdag, anno XXIIII.

Üwer erwirde altzit gehorsamer

Heinrich Meltinger,

burgermeister der stat Basel.

Dem erwyrdigen hochglerten herrn her Iochim Watter zu Gallen, minem sunders ginstigen herrn.

[1]) Von *Heinrich Meltinger,* Bürgermeister von Basel, ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

400.

II 107.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. Juli 4.

Er empfiehlt Vadian die grösste Umsicht und Behutsamkeit in Sachen der Heirat des Sebastian (Appenzeller) mit einem Mädchen, das unter dem Schutze der Äbtissin vom Fraumünster steht.

Gratia et pax a domino. Cogis me, carissime Vadiane, in medio tot occupationum strepitu nuptiarum patronum et adparitorem fieri, nec tamen invitum. Quid enim est, quod tibi non debeam? et nuptias quis est, qui neget, rem esse multo piissimam? Hoc tamen utrique interim spectandum est, ne committamus, ut aliquando dicere cogamur: non putaram. Egi ergo negocium hoc ex fide, nulla fretus experientia, quam hercle si uspiam hac in re primam esse oportuit, sed tuis integritate et

candore. Finge enim vel solum halitum in altero sponsorum esse vitiatum, quantum periculi hoc putas aliquando esse daturum? Atque istu ut alios curiosum est vestigare, ita mihi turpe fuerit, tum sciscitari[a], tum disputare, et puellę suspitiosum. Neque tamen hęc tam levis causa est ut non tota sequi dissidia et divortia et sępe viderimus et leges ipsę permittant. Egi autem cum domina ipsa primum, quę ut est a Christi partibus, nefas[b] duxit nobis quicquam negare ac rursum inconsultum, temere quicquam inire. Summa itaque rei hęc est, ut negocium a nobis, Vadiano et Zvinglio, pendeat, verumtamen his conditionibus: ut ante omnia exploratam habeamus hominis conditionem, quo scilicet vitę genere victurus sit, quantum patrimonii habeat, ut lares habeat, ut dotem puellę redhibere[c] possit, quę quingentorum paulominus florenorum est, quamvis ex his ducentorum ęstimantur vestes eius et reliquus mundus muliebris. Tenere amat puellam abbatissa, atque adeo tenere, ut antehac multis eam negaverit. Nunc et te et nobis ambientibus putat fieri non posse, ut fallatur. Ego autem ut fortasse ne micam quidem salis cum homine edi, te, qui modium cum ipso adsumpsisti, libenter sequar, non alia lege, quam ut hoc pacto agas, ne unquam simus male audituri. Perhibent enim, qui abbatissę arctius iuncti sunt, nunquam eam tam liberam fuisse in consultando quam in huius[d] causa, neque animum sibi felicius[e] promisisse quam hic; sed ea semper occasione, quod nos in causa agamus. Fidem igitur nos oportet nulla ratione vel tantillum prodere. Reliqua omnia commentabitur tecum Leo noster. Rursus quod ad connubium attinet, quod fere exciderat: putat abbatissa plurimum esse profuturum, si ipse cum proco venias, quo certius omnia transigantur. Nam ut aperte dicam, negotium omne dabis effectum, si nihil aliud hic agitur, quam propositum est. Dixit enim Sebastianus (quod et id ipsum fueram oblitus): se non alia causa uxorem ducturum, quam ut a bellicis tumultibus liberetur, quod summum etiam est, quo puella cum abbatissa spectat. Vereor enim, si se rursum eis rebus misceat, ne aliquando matrimonium dissiliat. De sede non est admodum anxia abbatissa. Sic enim infit: cupiam, si fieri possit, ut Tiguri degant; quod si fieri nequit, patiar apud S. Gallum habitare, sed ea lege, ut me crebro hospitem apud se habeant, addiditque se non missuram puellam, ubiubi tandem habitet. Ex fide vide omnia agas. Vale. Ex Tiguro, 4. die Iulii MDXXIIII.

Quicquid in matrimonio acturi estis, mature agatis, nam proci sunt et alii. Prosper adsit ubique cælorum[f] terręque dominus.

Huldricus Zvinglius tuus.

Carissimo fratri suo Ioacimo Vadiano, corporum animarumque medico.

a) Vorher stand „nosse". — b) „nephas". — c) „redibere". — d) aus „hac" corrigiert. — e) „fœhcis". — f) „e" für „æ".

[f]) Vrgl. I, Brief 100.

401. II 198.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1524. Juli 6.

Seine Wünsche für die Beendigung der religiösen Wirren. Verwerflichkeit der Auslegung heiliger Schriften nach persönlicher Willkür. Fortdauer der Pest in Rom. Empfehlung seiner Schwester Sapientia samt ihrem Convente.

S. P. D. seque ad vota offert. Doctor egregie amiceque charissime, post eas, quas Gallus Hilber attulit, nullas neque a tua Dominatione neque a priorissa sorore accepi literas, ita quod de statu rerum illic aliam non habeo notitiam. Verum desiderarem ex animo aliquando intelligere cessationem conturbationis illius, de qua tu alias scripseras Gallusque ipse nuntiaverat. Timeo profecto et dubito, modo adesse tempus, de quo beatus Petrus, apostolorum princeps, in pænultima epistolarum suarum canonicarum scribit: commemorando futuros pseudoprophetas, magistros mendaces, sectas perditionem introducentes ipsasque sectas sibi placentes non metuant introducere, per quos veritatis via blasfemabitur et quibus melius fuisset iustitiæ viam non cognovisse, quam post cognitionem converti retrorsum. Ad idem in sequenti ultima asserit, venturos in diebus novissimis in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes. Verum quia deus ipse, agit paventer, non volens perire aliquem, sed omnes potius ad penitentiam reverti, prout in veritate experimur, quia nobiscum patienter agit, conversionem nostram expectando. Sed utinam interea non seducamur ab illis vel nos ipsos seducamus ex ignorantia aut præsumptione vel malo seu falso intellectu[a]), prout etiam præfatus beatus Petrus, apostolorum caput, in calce eiusdem epistolæ ultimæ dicit, qualiter beatus Paulus apostolus secundum sibi traditam sapientiam scripserit epistolas, in quibus sunt quædam

difficilia intellectu[a], quæ indocti et instabiles depravant, prout ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Non video opus alia admonitione ad hæc tempora, dum unusquisque, etiam qui sacras literas numquam didicit, velit esse magister seu doctor, interpretando pro sua voluntate scripturam sacram, quæ beato Petro ubi supra attestante continet quædam intellectu[a] difficilia; prout etiam beatus Clemens, papa et martyr[b], quem prælibatus beatus Petrus sibi successorem instituit, affirmat, dicens, quod ex scripturis sensum veritatis accipere oporteat, unde necessarium sit, scientiam scripturarum discere ab eo, qui illam a maioribus secundum veritatem sibi traditam observat. Itaque lex de non secundum propriam ingenii virtutem vel intelligentiam[a] docenda et legenda est et nequaquam, prout modo audio fieri, etiam in tabernis, ut ita dicam, absque reverentia et ac si non sit opus doctore vel magistro (quod notorie erroneum et falsum est). Pendet ergo potius ex traditione et exercitio ac spiritu intelligentia[a] sacræ scripturæ. Unde considerando tot et tantos ac tam varios notorios errores et obstinationes, cogitare nequeo aliud, quam propter delicta nostra ex divina iustitia et ultione permissioneque, quia a veritate receditur, hæc procedant. Cessare itaque non deberemus ab oratione, donec redemptor et salvator noster ex sua pietate infinita tam perniciosam scismatis et seditionis pestem mortiferam extingueret christianorumque corda ad veri nominis sui agnitionem per- et reduceret. Pontifex modernus Clemens VII. nuperrime ad iram dei placandam ieiunium triduanum indixit et præcedenti confessione sacramentali communionem divini corporis fieri ordinavit cum certis orationibus dominicis et salutatione angelica dicendis, concedendo plenariam indulgentiam et remissionem peccatorum et inducendo ad piæ elemosinæ distributionem pro arbitrio et devotione cuiuslibet in pauperes Christi, silentem (?) gratiam ubicunque largiendo. Utinam deus nostri misereri aliquando — et citius (?) — nosque exaudire velit! Mitto copias certarum literarum[c] Sophi principis Persarum, quæ hic novæ sunt. Aliud non occurrit, nisi quod pestis adhuc serpit neque omnino extincta est, a qua et omni malo dominus nos liberare dignetur. Sit tibi autem michi charissima soror priorissa nostra Sapientia, cum conventu suo devoto una mecum commendata plurimum oro, quibus te tuosque ac et meos necnon magistros civium dominos Krom et Schlumpf, plebanos quoque et secretarium Constantiensem aliosque fautores et amicos bene valere cupio. Ex

urbe, die VI^ta Iulii 1524. Supradicta sententia beati Clementis continetur in capitulo antepænultimo, 37. distinctionis.

Tuus *C. Wirtt* totus.

Egregio et præstantissimo viro, domino Ioachimo de Watt, alias Vadiano, artium et medicinarum doctori expertissimo, domino et amico charissimo plurimumque observando.

S. Galli,

Doctori Ioachim de Wat.

a) „intel-“. — b) „martir“. — c) Die Worte „copias certarum literarum“ sind nicht völlig sicher.

[1]) Vrgl. I, Brief 52.

402. II 200.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. Juli 31.

Bitte an Vadian und seine Frau Martha, bald nach Zürich zu kommen wegen der andauernden Krankheit seiner Schwester Dorothea.

S(alutem). Quęstionem, quam ad te perscripturum me dixeram, nunc differo, Vadiane; atque hęc est ratio. Soror Dorothea indies magis magisque ęgra fit, et tamen non decumbit; immo[a]) decumbit hodie. Multum spei est de bona eius valetudine, si tu venias cum coniuge tua, sorore nostra; id quod ut fiat, socer tuus socrusque petunt et efflagitant, adeo ut non videam, quomodo negaturus sis et procrastinaturus sis prę-sentiam vestram. Veniendum autem est, quam primum licuerit vobis nihil cunctantibus; sic enim res expostulat fieri, dum viva voce (nisi deus avertat) coram tractabimus, quę mihi scriptu difficilia nunc, immo[a]) alias quoque fuissent. Nec scripsissem ego hoc die quippiam, utcunque valens, nisi me parentes sororis gratia, ut has ad te darem de nuncio hoc, admonuissent, et ut te cum coniuge, ut huc volitetis, ut pellicerem, rogassent. Audi nostros parentes, tum me quoque, adestoque cum anima tua Martha, cumque adfueris, imperti te Grebelio saltem horula. Tota domus Grebeliana, in qua et Ioannes Iacobus Ammanus, salvos vos esse iubet. Ultima Iulii. Tiguri, anno 1524. Vale felicissime[b]).

Conradus Grebelius

vicarius Iacobi Grebelii parentis.

Domino Ioachimo Vadiano, Gallensium medico, senatori theologoque clarissimo suo.

a) „imo“. — b) „fœlicissime“.

[1]) Vrgl. I, Register.

II 202.

403.

Nikolaus Gerbellius[1]) an Vadian.

Strassburg. 1524. August 21.

Er entschuldigt die Seltenheit seiner Zuschriften und erinnert Vadian an ihren gemeinsamen Aufenthalt in Wien. Er freut sich, dass sie durch die Gemeinschaft des Glaubens noch enger verbunden sind.

Nicolaus Gerbellius salutem in Christo Ihesu. Non nego, meruisse id studia tua, meruisse humanitatem atque amicitiam, qua me semper humanissime complexus es, ut vel semel de his, quę mecum aguntur, certiorem te facerem. Quod cur hactenus parcius fecerim, quam officium[a]) meum et tua erga me mansuetudo expostulabat, in causa fuere utriusque occupationes: et tuę, quas veritus sum, et meę, quę animum alioqui languidum ab hoc studii genere vehementer avocarunt; tum etiam, quod perraro apud nos invenias, qui nostra commode aut tuto ferre ad te possint. Nihilominus tamen crede, me tui nunquam fuisse oblitum, cum tui memoriam non solum renovarint virtutes tuę, studium, familiaritas, sed etiam pugiunculus, quo me Viennę donabas. Non quod huiusmodi munusculis egeat vera amicitia, sed quoniam ludere nobis quandoque licet, libuit et hoc commemorare. Quare cum arctiore nunc necessitudine iungamur quam antea, fide videlicet, qua uno animo eodemque corde ferimur in Christum, cupio amicitiam nostram vel hoc sęculo inter nos maxime reflorescere. Quod sane de te mihi credere, haud erit difficile, si literis tuis certiorem me de his, quę geruntur tecum, feceris. Interim felicissime[b]) vale et me ama. Argentorati, XXI mensis Augusti, anno MDXXIIII.

Clarissimo viro, domino Ioachimo Vadiano, medico et vere christiano, fratri suo in Christo charissimo.

a) „t" für „c". — b) „fœlicissime".

[1]) Von *Nikolaus Gerbellius* von Pforzheim, Professor der Geschichte in Strassburg, gestorben 1560, ist ausser dem vorliegenden noch ein Schreiben vorhanden, das undatiert ist

II 203.

404.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. September 3.

Dem Wunsche Vadians, dass er nach St. Gallen komme, will er zur Zeit nicht will fahren, da er mit der Antwort an Andreas Karlstadt und Thomas Münzer beschäftigt und von der Auslegung des Evangeliums Matthæi in Anspruch genommen ist. Er ist entschlossen, seine Überzeugung allen Widersachern zum Trotz auszusprechen. Er erinnert Vadian an eine Schuld.

Salve, charissime Vadiane. Litteris, quas ad parentem dedisti desiderare[a]) te adventum meum significasti; pater legendas dedit et cum

gissem, quid animi haberem, interrogavit. Ego quandoquidem utrique ratum fore olfacerem, animum me adposuisse ad iter conficiendum statim respondi, maxime autem, si comitem habiturus essem, quod sim ad aberrandum in itineribus a via recta doctissimus. Rursus autem cum aliud ex alio cogitarem et perpenderem, in aliam sententiam toto corpore nutare cœpi. Ea erat, ut petrę meę adhærerem[b]. Causas habeo magni ponderis apud me; sed non audies eas accurate explicatas, priusquam volens nolens vel ego ad te vel tu ad nos veniamus. Dum multa mecum volvo, adest comes Michael, sed abest pater. Sicque ego mansi, et est, quod hic agam. Quid sit, quod ago, quęris. Rescribo Andreę Carolostadio; Thomę Münzero (cuius libellum geminum de ficta fide nuper nactus legi) scribo primum; forsitan et Lutherum compellabo, fiducia verbi divini percitus. Deinde lego aliquot auditoribus evangelium Matthęi Gręcum, pro mea virili interpretans, non prophetans. Postremo omnium est, quod conscribam et colligam locos — iudica hęc verba absque risu et iudicio locos istos pręoccupante[c] — nempe duos communes, nisi alius quispiam præveniat, in publicum deturbaturus. Vis causam audentię meę universę: expectavi et non sunt locuti; steterunt nec ultra responderunt. Respondebo et ego partem meam et ostendam scientiam dei. Plenus sum enim sermonibus, et coartat me spiritus uteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas novas dirumpit. Loquar et respirabo paululum; aperiam labia mea et respondebo. Non accipiam personam viri et deum homini non ęquabo. Nescio enim, quamdiu subsistam, et si post modicum tollat me factor meus ἀκούετε ἐπίσκοποι! et quod Daniel prophetat et erit in templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio, quia etiam iuxta Ezechielem quidam, cum purissimam aquam bibant, reliquam pedibus turbant, et oves pascuntur his, quæ conculcata a pedibus illorum, et bibunt quę illi pedibus turbant; telas exordiuntur non per spiritum dei; faciunt consilium et non ex deo, ut addatur peccatum super peccatum, ut descendatur in Aegyptum inconsulto ore domini, ut spes ponatur in auxilium et fortitudinem Pharaonis et fiducia habeatur in umbram Aegypti, ut fortitudo Pharaonis fiat in confusionem et fiducia umbrę Aegypti in ignominiam. Etc. — Tenet insuper coniux (quod rectius conticuissem) pæne quantum alię causę omnes, periculum item itineris valetudinisque meę specimen, brevi itinere exploratum. Si quid ergo litteris mutuis pos-

sum, malim hoc tempore prȩstare, quam ad te demigrare et abstrahi quasi a carne et costa mea, curis, studiis, vigiliis cœptisque[d] meis. Boni consule, quando quid agerem apud te, nondum intelligam. Si quid est, quod possim quacunque opera, ut huc venias habitaturus etiam, nihil detrectabo. Si urgebit pater, non potero forte negare. Si nihil est aliud, quam ut convivamus, ut humaniter excipiar a te et fovear confabulamentisque recreer, obmitte me invitare. Si quid est aliud dignius, iubeto etc. Salvere iube nomine meo sororem cum tuis omnibus. Vale in Christo. Tiguri, 3. Septembris die 1524.

Conradus Grebelius tuus.

Gratum feceris, si per Michaelem $9^1/_2$ bazios miseris pro persolutione testamenti uxoris tuȩ. Persolvissem ego, si non usque adeo tenuis essem. Non igitur impudentię meę, sed tenuitati imputa, quod debiti admonuerim.

Viro christiano atque claro Ioachimo Vadiano, affini suo charissimo. Apud S. Gallum.

a) „desyderare". — b) „adhererem". — c) Die zwischen den zwei Gedankenstrichen stehenden Worte sind am Rande nachgetragen. — d) „ceptisque".

[1]) Vrgl. I, Register.

II 206.

405.

Sebastian Appenzeller[1]) an Vadian.

1524. September 26.

Bericht über Beschlüsse der Tagsatzung in Sachen der neuen Lehre. Er stellt weitere Berichte von Ulrich Zwingli in Aussicht.

Min früntlich willig dienst und als gůts. Lieber her doctor, wüssend die gefangnen zu Zürich all ledig sint; daran die eidgnossen uff jetzigen tag zů Baden wenig gefallens gehept. Dero zů Baden halb ist ze besorgen, sy müesen liden. Vogt Hug und aman Stocker sind fast wild; mogend doch nach irem willen nit gesigen, dan Ury, Underwalden, Schafhusen und Appenzell sond nit uff dem tag sin; daran die rowen ort wider das evangelium wenig gefallens habend. Bern ist willens in irn landen und gebietten das evangelium sampt das sich biblischen und h. geschrift vergliche zů predigen lassen; wellend ouch nit kainswegs, das sollichs lůtterisch leren genempt noch gehaissen sigend noch wirden. Darumb so hat mir maister Ulrich euch ze grůtzen bevolhen dabi das Ir mitsampt allen ewern hern und gůten fründen frölich sigend

n gütter hofnung, ir sollend durch in bald etwas gûtter nüwer meren bericht werden. Es wellend ettlich groß bocher wider das evangelium die köpf zerstossen, des Ir bald wunder horen, daran Ir freud haben und got lob und danck sagen werden. Der welle uns sinen friden und gnad zů allen zitten verlichen. Grutzen mir den helfer und all gůtt hern und gsellen, die euch lieb sind. Datum uff Mentag vor Michaelis, anno 1524.

Es gat mir fast wol; ich wil bald by euch sin. Bietten und schaffend; ich bin euch zů dancken vil schuldig; ewer volch ist als frisch.

Sebastianus Appenzeller,
ewer alzit schuldiger diener.

Dem wol- unnd hochgelertten doctor Ioachim von Watt, burger und des ratz zů Sant Gallen, minem gunstigen hern.

[1]) Von *Sebastian Appenzeller*, einem Verwandten Vadians, sind acht Briefe vorhanden aus den Jahren 1524—1535.

406. II 208.

Paul Hofheimer[1]) an Vadian.

Salzburg. 1524. September 30.

Berufung auf seinen früheren Brief und erneute Bitte um Bericht, ob er die zugesandten Schriften empfangen habe.

Ersamer, hochgelerter, günstiger, sonder lieber herr doctor. Mein fruntlicher gruß und willig genaigt dinst seind Euch allzeit zuvoran beraytt. Und fûg Euch zu wissen, das ich Euch langstverschynner zeyt, als Ewr schwager Bartholome Steckh hye gewesen ist, geschriben hab und nachmals khurtzlich abermals ayn schreyben gethan und darmit geschikt ein copei Ewrer schönen epistel, so Ir meinenhalben an meinenn gnedigisten herrn von Saltzpurg gemacht, aber noch nit zuegeschikt habt. Deshalben Euch von seiner gnaden cantzler doctor Iheronimus Waldung auch geschriben ist, der sy gelesen und hoch gelobt, auch sambd mir Euch gebeten durch sein schreyben, damit Ir solche Ewr epistel an das ende meinem gnedigisten herrn von Saltzpurg lanngen und ausgeen lasset. Und hab Euch dy copei sambd denenselben schreyben von hynn auff Augspurg in Hansen Mayr hannde geschikt, Euch solchs furter gen Sand Gallen, wye mich Bartholome Steck gewisen hat, zu schiken; khan aber biß heut nit wissen, ob Euch solch schrifften zuekhummen seind oder nit. Demnach bitt ich Euch mit

höchstem fleyß, Euch der mue nit verdriessen zu lassen und mir widerumb hyerauff schreyben, ob Ir dye ding und schrifften empfangen habt oder nit. Mich des ân antwort nit lasset; dann ich khayn rue haben mag, biß ich des gruntlich von Euch selbs antwort hab. Das wil ich umb Euch und dy Euren, wo ich khan, gar treulich verdyenn. Auch wellet mich wissen lassen, ob Ewr schwager Bartholome Steck seiner sachen hye gehandelt zu friden khummen sey. Darmit bevilch ich mich allzeyt in Euren gunst als meinem sondern herrn und fründt, mich gewisser antwort hyerauf versechend, der ich mit sonder begir gewartend sein wil, abermals bittend mich derhalben nit zu verlassen noch zu vergessen. Datum Saltzpurg, an Sand Iheronimi tag, ultima Septembris, anno 24.

Ewr aygner *Paulus Hofhaymer* etc.

Dem ersamen und hochgelerten doctor Ioachym Vadiano, statartzet zw Sand Gallen, meinem gar sondern herrn und frundt.

a) „zwfriden".

[1]) Vrgl. I, Brief 57.

II 209.

407.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. October 14.

Weggang Eppenbergs. Der sechstägige Aufenthalt des Gerhard Westerburg, eines Boten Karlstadts, in Zürich. Bericht über seine persönlichen Verhältnisse. Tadel gegen Luther.

Salve, vir clarissime. Eppenbergius convenit cum magistro suo disceditque. Dimidius annus exactus est; merces est 7 aureorum Renensium, quos magistro debet. Dimidium aureum debet tribunis, ut vocant. Tu fideiussor es. Moneto et urgeto matrem eius, Conradi puto, ut quamprimum satisfiat Ochsnero, magistro etc. Expectat enim satisdationem, ut ea mox fiat. Quemadmodum in proximis ad te literis Wittenbergensis academię ducibus scripturos nos dixeramus, ita et factum esse scito; et quia Carolostadio nos aliquot ante non multos adeo dies scripseramus, redditę sunt ab eo nuper literę, tum libelli plus minus octo legendi gratia nobis cum nuncio exhibiti, qui quomodo inter Carolostadium et Lutherium conveniat, quomodo congressi ante nondum exactum sesquimensem inter se discesserint, quomodo Carolostadius acceperit aureum nummum a Luthero, ut contra se scribat, et narravit et legit, sex diebus apud nos Tiguri agens. Nuncii nomen est Ge-

ıʀdus Westerburg, si forte legisti eius de Sopore Animarum libelum. Ubi libelli isti et istorum conflictatio impressa hisce, ut spero, dieıus ad nos pervenerint, ut eorundem tibi copia fiat, nisi tu nolis, curatum labo. Prioribus meis literis offensus puto nihil rescripsisti. Si fortunas meas, ut ita dicam, quæris, nihil quęror, ne peius habeam aliquando; iudico tamen interim pacis meę homines, quibus ego, quales erga egenos datorum bonorum dispensatores sint, index sum certissimus. Deus misericordię et pacis, immo[a] patientię etiam, largiatur illis benignam, si non christianam quoque manum, non tam erga me quam mendicissimos, sed et erga creditores meos, quibus ego plus sexaginta aureorum debito addictus sum et mancipatus. Si istuc non fit, in patientia doceat me Christus magister noster frenare et possidere animam, si non propemodum iam nunc docuit, nisi quod creditores mihi molesti sunt. Qui si a me satis accepissent, vivit deus, si non Codrum agere possem, si non ovina mente laturus essem ἁπαξάπαντα. Sed sic quoque ducetur callus Christi beneficio. Neminem habeo fere propitium ex omni hominum cognatorum et affinium genere; sed assuesco indies, ut feram ęquius. Peccatorum onus merito non me solum, sed omnes christianos magis gravare debet intus, quam quę foris impetunt procellę afflictionum. Quod in prioribus indicavi, nec hic dissimulo. Pastores doctissimi et qui columnę ducesque verbi videntur, ut sunt etiam, quod purissimam bibant et multam tamen ovibus aquam pedibus conculcant propinantque, in locis ad fidem adglutinatis non paucis, non credis, scio, quam turbato accipiam animo, nihil moratus etiam summum ducem verbi, qui me invidentię tabernam et ex Satana angelum lucis et ὑποκρίσεως calumniatur. Quod hic fit, Wittenbergę quoque fit; sed iudicabit æquus lector e Carolostadianis libellis, quam retrogradiatur Lutherus quamque insignis sit cunctator et strenuus propugnator scandali sui. Nunc plus quam satis de his. Quantum Chrystóφορῳ debeas, quantum Andręe, nisi tu advolas cum parente, significabo per epistolium. Vale et coniuge cum tuis omnibus salvere iussis vive felicissime[a]. Tiguri, 14. Octobris, anno salutis MDXXIIII.

Conradus οὐδείς, οὐκέτι Γρεβέλλιος.

Quos tractet locos Bodensteinius, accepisti, credo, per eum, qui Zinlii ad te literas pertulit. — Isti rumores bellorum, quos viri sapientissimi e laicis et doctissimi quique e πρεσβυτέροις multum expaverunt, si non sedati sunt, et sedabuntur. Vanus est propheta Christus.

Qualescunque fuerint, multi offendiculum passi sunt.

Domino Ioachimo Vadiano, affini suo charissimo clarissimoque nec non Christiano.

a) „imo". — b) „fœlicissime".

1) Vrgl. I, Register.

XI. 215.

408.

Simprecht Schenk[1]) an Vadian.

Meilen. (1524. October 14.)

Entschuldigung wegen seines Stillschweigens. Das Auftreten Wendelin Oswalds und dessen Bekämpfung.

Gratia tibi et pax per Iesum.

Optime Vadiane, oro boni consules, quod tuæ[a]) Humanitati nullas interim grates habui nullaque ad te scripta dedi. Habeo en ego et meas occupationes. Verum licet videar desiisse meminisse tum tui, tum etiam contribulis tui Georgii Watt, dulcissimi vincularum mearum hospitis, tamen non potui non crebro cogitare de vobis. Et si nonnunquam scribere vobis licuisset, fuerat tamen impossibile scripta dirigere. Wendalinum audio insolentius agere et efferri plusplurimum. Iactat miser victoriam ante pugnam! Iactat suum sermonem evangelicum esse, qui tam ab evangelio abest, quam ignis a frigiditate. Ego (si faciendum censes) hominem aggrediar et coram secum pedem conferam, stricto divini verbi ense. At si ille lignis, fustibus armisque munitus carnalibus pugnare vellet, habemus et nos Hectorem, immo[b]) Achillem nostrum, qui verbo omnia olim huiuscemodi arma confudit. Ego me Hercle, Vadiane, veniam, si iubes; modo non sit, quam timeam, tyrannica[c]) potestas! Malo etenim vivo vocis oraculo, quam mutis litterulis rem agere! Verum ne quis me existimet Wendalinum livore et mendatio patulo reprehendisse sermone, pauculis do rationem; quam meam rationem ad te mitto, non quo rem egregie egerim (nihil enim mihi rarius oratoria institutione et vulgari, docta conscriptione); sed quo cerneres, mei me promissi rationem habuisse. Ratio incepta est, non perfecta; iccirco lectam et castigatam quamprimum remittas, oro, ut, cum finis accesserit, tuo iudicio[d]) aut ad alios pergat, ut legatur, aut tota perpetuo pereat. Vive. Dic salve uxori tuæ, amico tuo Georgio et conthorali ceterisque christianis, maxime concionatori vestro evangelico. Habe commendatum meum Io-

annem Thuchscherer. Datum feria 6. ante Galli, in ædibus meis in Meila.

Tuus dediticius capellanus *Simpertus Schenck.*

Egregio domino doctori Vadiano, apud divum Gallum commoranti, suo integerrimo domino et in Christo frati.

a) „e" für „æ". — b) „ymo". — c) „tyr". — d) „t" für „c".

[1]) Von *Simprecht Schenk,* zuerst Caplan in Meilen, dann Prediger in Memmingen, ist nur dieses eine Schreiben an Vadian vorhanden. In lebhafterem brieflichem Verkehr stand er mit Zwingli und Thomas Blarer. Da Schenk im Februar 1525 schon als Prediger in Memmingen erwähnt und dort von der Zürcher Regierung für die Meilener reklamiert wird, muss der Brief vorher geschrieben sein. Vor das Jahr 1523 kann er nach der Lage der Dinge in St. Gallen nicht wohl gesetzt werden und da in diesem Jahre der Gallustag selbst auf einen Freitag fällt, im Jahre 1524 dagegen auf einen Sonntag, ist als Datum mit allergrösster Wahrscheinlichkeit der 14. Oktober 1524 anzunehmen. Der Brief ist in roter Tinte geschrieben.

409.

Peter Wiestius [1]) an Vadian.

II 210.

Reifersberg. 1524. November 12.

Wortreiche Entschuldigung seines Schreibens an den gelehrten Vadian. Berufung auf die Ermunterungen Rupert Egenstetters. Übersendung von Liedern, zum Lobe Vadians gedichtet.

Homini in Musarum gremio feliciter educato, domino doctori Ioachimo Vadiano, rei medicę expertissimo, apud S. Gallum a consiliis prudentissimis, P. Wiestius gratiam et pacem in Christo.

Ecce, Vadiane eruditissime, perfrictę frontis hominem, ecce ingenium pistillo quovis retusius, ecce tandem a literis alienissimum P. Wiestium, qui ita importunus importune ad te illiteratas scribit literas, quique te, virum naris emunctę elegantiisque elegantiorem, ineptiis suis adit et amicum sese apud te commendatum notumque petit. Scio adeoque compertum habeo te rarę doctrinę hominem atque hac nostra tempestate ingenio felicissimum, immo[a]) moribus ornatissimum, consilio et prudentia gravissimum, animo tamen mansuetissimum, vultu hilarissimum, dictis salibusque iocisque ac musicis organis promptissimum; quapropter non eruditioni, sed humanitati tuę scribo, non ineptiarum mearum iudici, sed patrono, non Momo, sed Vadiano, homini horarum omnium amico candidissimo. Sed nec ad tantę doctrinę virum (ad quem ego non longe aliter, quam est ad olorem obstreperus anserculus) minimum scriptitassem, nisi me magister Rupertus ille Egenstetter, instrumentarius faber, impendio tibi notus, ita magis atque magis adhortatus fuisset mihique

[illegible] veilicasset teque mihi tuis, qualis erga amicos amicus esse so [illegible] graphice depinxisset. Verebar namque, bone vir, idque [illegible] me tibi mea (qui omnia rusticatim, urbanatim vero nihil n[illegible] [illegible] atque amusis literis et caput et ingenium subversurum. [illegible] elegantes elegantissimos quosvis molestant homines, ita gra[illegible] [illegible] ita etiam legentibus sunt fastidiosę, ut præ illis citius al[illegible] [illegible] unicularum nugas legere malint. Quod autem ad te inep[illegible] [illegible] audaculus nimis frivole scribo, tua potissimum sunt in ca[illegible] [illegible] tui integritas iuxta et tranquillitas, qui inferioris etiam [illegible] hominem præ se minus despiciat, sed facile in amicorum al[illegible] [illegible] secundum gentis Helvetiorum ac patrię tuę dexteritas et [illegible] libera liberalitas, quam (ita me Iuppiter) a puero usque ad [illegible] amore laudibusque prosecutus[c] sum, id si non palam, ta[illegible] [illegible] psi cantans inque sinu gaudens, clam multos. Non [illegible] ac blande dicenti secretiora cordis manifestanda. S[illegible] [illegible] maximo nisi vitę dispendio, quod semel est emissum, [illegible] Tertium, et ut ad rem redeam, tecum degendi cupi[illegible] [illegible] causæ qualemcunque etiam (si modo tecum vitar[illegible] [illegible] esset) subirem provinciam. Est enim tui videndi an[illegible] [illegible] sitientissimus. At forsan dices: «Quid si nos vide[illegible] [illegible] esses? si cohabitares? an putas, delire ac stulte P[illegible] [illegible] homines omnis artis expertissimos ac re mu[illegible] [illegible] Est medius fidius nos penes horum pelagus, q[illegible] [illegible] pelliculam contineas.

[illegible] Hoc calamo parcas numerisque sonoris.

[illegible] valent; nil tua Musa potest.»

[illegible] Vadiane, da veniam mihi tecum sic nuganti, mihi te[illegible] [illegible] iocanti, mihi tecum non per Atticismum, verum Sc[illegible] [illegible] confabulanti. Simplicitas namque teste Na[illegible] [illegible] Sed quorsum hęc aurium tuarum offendicula? I[illegible] [illegible] laudem super psalmum: *Beati immaculati in via* [illegible] *domini*, cantilenas vocibus quinque, partibus vero [illegible] [illegible] alias alia phrasi cantiones; quas, ut ęquus es, ęquo[illegible] [illegible] sint quamvis hospitis hę Calabri, adcipias ac dominum [illegible] Voglerum, singularem meum amicum, harum non expe[illegible] [illegible] igitur me tibi commendo, me tibi totum mancipatum [illegible]

ɔi notum facio, te mihi patrem et patronum posco. Sed illis te mihi ım emo, quibus minime es comparandus; illis te orno, quibus non (n)andus; illis te extollo, quibus non es extollendus. Habent enim omquibuscumque te obruo, nullum neque Apollinis neque Minervæ neOrphei neque Tamyræ vestigium, sed Scythicam meramque barba-ı; quę, utpote bonus es, boni consule. Bene vale, Musarum, leporum tiarum ac vitę meę delicium[d] unicum. Reiferspergi, ex pistrino ɔ, duodecimo die mensis Novembris, anno salutis nostræ MDXXIIII.

Est mihi munus, ut aiunt, scholicum satis honestum, sed maxime ıtando laboriosum.

Ad eundem dominum doctorem Ioachimum Vadianum, Mæıatem suum nullo ęvo pęnitendum:

Heus Vadiane, meę magnum decus optime vitę,
Musarum et magni gloria magna chori.
Scribere cogit amor, quamvis sim nescius, atqui
Ignotum ignoto scribere cogit amor.
Scribere cogit amor nimium cogitque facitque,
Pectora quo melius dulcia iungat amor.
Scribere cogit amor docto indoctum et male sanum.
Quęso tamen, nostra consule scripta boni.

Eiusdem ad eundem:

Nomine dic Vadiane meo, bene docte, salutem
Omnibus eximios dicque valere viros.
Dicque valere viros, pietas quos cepit habetque
Ex animo concors pax, amor atque fides.

Τέλος.

Domino doctori Ioachimo Vadiano.

a) „imo". — b) „condictionis"". — c) „prosequutus". — „delitium".

1) Von *Peter Wiestius* in Reifersberg ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

410.

II 211.

Wolfgang Schatzmann[1]) an Vadian.

Sempach. 1524. December 3.

Er verspricht Bezahlung der für ihn ausgelegten Gelder auf Lichtmess und berichtet ɔn Lobreden des Schultheissen von Luzern auf Vadians Weisheit und Gelehrsamkeit. ıtte, die Wege Zwinglis und Luthers zu verlassen.

Exspectabili ac eximio viro Ioachimo Vadiano, doctori, coıam adoptat salutis. Tuam benevolentiam[a] ac humanitatem erga me

semper promptam percepi ab ephebis quidem annis; quare gratiarum actiones satis valere nequeo; sed astripotens sua pietate persolvat. De pecunia pro me exposita tuam facio Humanitatem expeditam circa festum purificationis, quando nundinæ in oppidulo[b] Surse inciderint. Est namque mihi frumentum et avena et succedunt[c] adhuc; sed fructuosum nulli vendere est. Quæ[d] obligor, bona voluntate persolvam. Est ille Bavarus, qui aliquando honestum et probum parentem meum vilibus suis verbis lacessere consueverat. Si sensero, ipsum non desistere, via mihi non tam molesta, quin aggrediar[e], ut os eius obstruam. Scultetus Zukaes Lucernensis cum suo filio nuper in oppidulo[b] Sendpach fuerat, cum quo ego pransus eram. Qui tuam doctrinam et sapientiam[f] coram omnibus comedentibus commendabat et affirmabat, te assumpsisse[g] invidiam in loco Thermarum[h] ab omnibus nuntiis omnium partium, nisi[i] te ab illa via declinares. Xilotectus canonicatum Lucernensem ac Beronensem resignavit propter illam discordiam, pariter dominus Iodocus Kilckmeier. Præfectus Hug in ædibus domini Iohannis Fer multa de te bona loquebatur, qui domino meo ac mihi plurimum favorabilis est. Quare oro: muta animum tuum, si licitum et conveniens est, et relinque illam viam noviter per illum Zwingli ac Luterum inventam, ne a consortio honestissimorum virorum excludere videaris. Nichil novi alias. Vale optime. Tuam familiam ac fratres tuos mihi plurimum saluta ac in brevi rescribe. Iterum vale. Raptim ex oppidulo Sendpach, sexto Nonas Decembris, anno 1524.

Wolfgannus Schatzman, tuus obsequiosissimus[k].

Prudentissimo ac egregio viro, doctori Ioachimo Vadiano amico suo in primis observando.

a) „benivolentiam". — b) „opidulo". — c) „suced-". — d) Durchgehends „e" für „æ". — e) „agrediar". — f) „c" für „t". — g) „assumpsise". — h) „termarum". — i) „si nisi". — k) „obsequiossimus".

[1]) Vrgl. I, Brief 3.

411.

II 199.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1524. December 11.

Der Handel des Hans Widerkehr in Luzern. Die Eidgenossen und der Rat von Zürich. Die Ankunft des Herzogs von Würtemberg. Die Krankheit des Vaters.

Min schwagerlichen grůtz zevor. Lieber herr doctor, wüssend mir üwer brief und bůchli worden sin, alß beschlossen. Der Hanß Wider-

cer ist by dem landvogt zů Lucern gsin; der hat gsprochen, er heig brief und bůchli dem wirt zur Kronen zů Wintertur zůgeschikt; der selbig aber hat nüt darvon wellen wüssen und fillicht nüt gwüßt. Do hat ein anderer wirt (ich mein zur Sunnen) dem gemelten wirt zur Kronen den brief und bůchli wellen überantwurten; do hats er nit wellen uffnemmen; also sind sy har gschikt worden. Und ist sust gar kein gschrey darvon etc. Die Eignossen hand zů Lutzern etlich artikel an mine herren gefordret; mein ich, syend üch zůgeschriben worden etc. Dartzů so han ich sy nit so klarlich können verstan von dem vatter. Und ist mir sust begegnet, daß ich nüt davon weiß zů schriben. So ir aber nüt vernommen hettind und ichs baß erfaren wurd, mitsampt dem, so ietz zů Einsidlen gehandlet wirt, wil ich üch schriben. Ir wellind üch aber nit gegen dem vatter merken lassen, daß ichs üch nit gschriben hab. Er enbüt üch, daß der hertzog von Wirtenberg uff hüt kummen und wir wirtenbergisch syind (eß gefalt aber imm nit; wie fillicht andren lütten). Ich weiß nit, waß eß ist, und wart, waß der welt wißheit ußrichten well und werd. Die můter wundert, wie eß üch ergangen uff der straß etc., wellinds schriben. Der vatter hat mit fünf ratsbotten und tagherren gen Einsidlen uff den dag deß rechtens söllen und reder sin; do hat in daß podagra nidergleit, deß er mir üch ze schriben und in aller namen fast ze grüssen empfollen hat. Grůtzend mir min schwöster und schwager Benedict und her Iufli und wer üch gliebt. Ein ander mal mer. Ilentz zů Zürich, uff mitwuch nach Marie etc., im 1524.

Cůnrat Grebel,

üwer schwager und williger diener.

An herr doctor Iochim von Watt, minen lieben herren und schwager.

Zů S. Gallen.

[1] Vrgl. I, Register.

412.

Konrad Grebel[1]) an Vadian. II. 213

Zürich. 1524. December 12.

Maßnahmen des Rates in Sachen der Kindertaufe. Schmähungen gegen Zwingli. Das Wort Gottes muss entscheiden, nicht die Klugheit der Menschen. Er wird fortfahren, nach seiner Überzeugung zu reden.

Lieber her doctor und schwager, daß ir mich gebetten hand, kond ich nit leisten; die warheit wil nit an zitt gebunden sin; darumb so ver-

stand eß im besten. Ist min begird, mag es gsin. Andere, die götlich warheit verstanden habend von dem touff, wellend ire kind nit touffen lassen; sind von minen herren gemant, doch bestanden. Do hand (sy recht begert und angerûft und appelliert uff die gschrift. Do hand bed rett beschlossen, daß alle, die den kindertouff widerkristlich sagend und ire kindli nit touffen wellend, gegen den dry hirten ire gründ bewisind und die hirten ire widerumm, in bywäsen vierer uß den retten. Semlichs urtel hat Zwingli und die herren, so dartzû geordnet, übertretten; den einfaltigisten, doch gott allernechsten beschikt und ghandlet; got und die welt wüssend wie. Er aber hett irer aller wißheit geschendt mit hil gottes und siner warheit. Über daß hand bed rett uff ein nüws beschlossen daß man zämen soll kommen, wie oben gseit. — Zû dem allem: ir forde rend etwas nüws, daß vorhanden, aber noch nit getrukt. Der Löw kretz mit dem genanten Kretzen sophisten von Augspurg. Der Zwingli schribt vom gwalt. Ob er denselben kretzen werd, weiß ich nit; ist wo müglich. Er der Zwingli schribt ouch von den ufrûreren oder ufrûr; dar wol unß beträffen. Sähend zû; eß wirt etwas bringen. Got fürdere sin warheit und grechtikeit und gschende alle personen. Sy sind (daß ist wir alle) lugenhaftig; die besten sind glichsner, amen. Gott welle unß sin barmhertzikeit verlichen, daß ir götliche ding mit menschlicher wißheit ze handlen hassind, und unß, daß wir by der warheitt mitt üch ouch be steenden, bestandind und bättind, daß gott in die groß ernd gesente ar beitter sterke. Also möchte friden, gloub und selikeit bestan und erlang werden. Einß můß ich reden. Eignem wûcher und zinß und bracht dise welt ein unewigen, zergenklichen trost und hût uffsetzen, oder dem fremb den wûcher schwigen, daß kummend schwert nit antzeigen: ist eß kristen lich gegloubt, geliebet, geschonet, so ist die warheit gottes die aller un warhaftigest unwarheit. Vom ietzigen kriegen schonen touff und herre nachtmal, ist imm ouch also. Ich gloub dem wort gottes einfaltiklich u gnad, nit uß kunst; kunst halb wüstind irs ouch wol, ia tusent malen baß Darumb han ich gerett und reden noch. Darumb gäbe unß gott si volkumme barmhertzikeit, daß wir tûind, ir dem wort on fürmantel wi chind und demnach ouch tûind. Sunst ist wol ze fürchten, eß stand n so wol, alß wir unß falsch tröstend. Der wäg ist eng; vil mäntel hind rend am ingang. Üwer brief mit dem bûchli, mir zûgeschikt, gibt un ein böse schlappen; got aber hat sin richterstûl etc. Bin ich erger, so h

ich mir gsündet; daß ir offenliche personen besser syind, ist von nötten. In bekantnuß der warheit weiß ich, wie eß der hirten und anderer halb statt. Ouch uff unser genenten party hie fröw ich mich, dass gott richter ist. Man wil von ufrûreren schriben. An der frucht wirt man sy bekennen, by dem verjagen und dargeben an daß schwert. Ich mein nit, daß verfolgung ußbliben werd. Got geb gnad. Ich hoff zů gott, er werde die artzny der gedult dartzů tůn, amen, wenn eß doch nit anderst sin mag. So die bůchli getrukt werdend und ich läb und kan, wird ichs üch schiken. Bittend gott umm fürderung sines willen und unserer fromkeit, vil me miner; die mere gott durch Christum Iesum, amen. Grůtzend mir min schwöster und alle schůler und anfenger in dem götlichen wort und läben, daß sy (ists in irem willen) für unß ouch bättind in disen gferlichen zitten. Gott weißt warumm, warumm sy gferlich. Ir hand nit gschriben; ich han eß nit zürnt und geantwurtet, die warheit uß früntlichem gmůt gegen üch schriftlich geredt. Verstand es gůttenklich und einfaltenklich. Datum zů Zürich, uff donstag nach Marie etc., im 1524 jar.

Cůnrat Grebel, üwer trüwer schwager.
Ich wolte lieber, daß wir einhellige brůder in der warheit Christi etc. werind.

An hern doctor Jochim von Watt, minem lieben herren und schwager.

Zů S. Gallen.

[1]) Vrgl. I, Register.

413. II 212.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1524. December 12.

Empfehlung seiner Schwester Sapientia. Kriegsereignisse im Herzogtum Mailand. Gerücht vom Tode des Sultans Soliman.

Se ipsum ad vota offert, salutes plurimas optando cum felicitate. Egregie doctor, amice observande, quamvis a te nichil literarum acceperim post eas, quas de mense Iulii præterito[a]) scripseram, causantibus forsan impedimentis et turbatione illic occurrente (quæ me profecto cordialiter conturbant), nichilominus me continere non potui, quin meas ad te darem; hortando tuam Humanitatem, ut sorori meæ unicæ et charissimæ, cui in huiusmodi temporis conturbatione etiam senectus accedit in sexu fragili, in suis necessitatibus adesse, uti semper consuevisti, velis

pro nostræ tam veteris maiorumque nostrorum amicitiæ et confidentiæ conservatione. Quo gratius michi nichil facere poteris; nichil enim michi in ista vita dulcius est, quam sororis germanæ Sapientiæ unicæ affectus, prout beati Tiburtii frater Valerianus erga eundem affectum similem habere testabatur. Ob id charitatem tuam sincerius admoneo obsecroque, ut tuo patrocinio illi pie etiam meo nomine assistere et consulere in occurrentiis digneris, de quo plene confido meque ad tua beneplacita offero. — Nil novi occurrit, nisi quod expectatur eventus belli de ducatu Mediolanensi, ubi exercitus Gallorum ac ducis Mediolanensis et Borbonis non longe ab invicem distant; ita quod in brevi forsan congredientur. Displiceret michi profecto tanta christiani sanguinis effusio. Utinam concordia intervenire posset; sed humani generis et pacis inimicus impedit hæc et totum orbem turbat. Papa autem ad pacem hortatur; sed indurata sunt corda principum inter se. Deus indignationem suam avertere dignetur! Habui nuper literas ex transmarinis partibus, ubi nichil de sultani, immo[b] neque Thurci obitu scribitur; tamen Solimanus, Turcarum tyrannus[c], nuper ferebatur extinctus, relicto unico filiolo parvulo; sed nescio quid. Audio christianos multum infestatos a Thurcis, qui conturbationem christianorum et divisionem eorum intelligunt. Dum ea scriberem, relatum est michi ex ædibus oratoris ducis Mediolani venisse literas huc, significantes gentes ducales fore animosos et indubitatæ, ut dicunt, spei expellendi Gallos. Det pacem deus in diebus nostris, qui nos servet. Ex urbe, die XII. Decembris 1524.

C. Wirtt, canonicus Constantiensis tuus.

Excellentissimo et egregio viro, domino Ioachino Watt, alias Vadiano, artis et medicinarum doctori expertissimo, domino et amico optime ac plurimum observando.

S. Galli.

a) Statt „æ" durchwegs „e". — b) „ymmo". — c) „tirannus".

[1]) Vrgl. I, Brief 52.

II 219.

414.

Joachim Vadian[1]) an Konrad Grebel.

St. Gallen. 1524. December 28.

Mahnung zu Mässigung und Besonnenheit gegen Zwingli und Leo Jud.

Minen grüß mit erbietung so ich vermag. Lieber schwager Conratt, din schriben nächst gethon hab ich vernomen; wundert mich, das

du eß darfür achtst, das ich fil luschtz hab dich zu schmützen; deß doch miner ardt nit ist. Min begär wer, und ist alweg an dich gsin, das du dich khumlicher schiklikeyt gegen Zwinglin und Löwen hieltist und nit so ansinnig oder kempfig wärist, in ansechen, das sy die sind, die das wort der worheyt zu furdern geflissen und doch überhoupt nit alles das gächling ußstoßen und abthůn mügend, das in mißbruch so fil jar har khon ist. So ist der kampf vast umb den touff zu thon; der wirdt mit der zyt on zwyfel als wol als anders nach dem anzeygen deß worts der warheyt ingesetzt. Hieherum alweg ich sonderlich gern gesechen, das frid zwüschend üch wär und anheliger verstand. So du aber meinst, grundtlich ze faren, khan ich dir oder andern nitt weren; doch wil ich dich als einen gesipten alweg vermandt han, du wellist mit bescheydenheyt und senfftmůtikeyt faren, wie dem evangelio wol anstadt, und nitt achten, das ich dich schmütze, ob ich schon aller dingen nit gewonnen gib. Und ist mir da etwas zů übersechen, wann ich in der warheyt deren dingen schlechten verstandt han und mich zů wysen laßen berayt bin. Darum vernim alle ding imm besten. Und sy hiemitt gott befolhen. Geben zů S.Gallen, uff der kindlin gedachnuß, im 24. jar.

Joachim von Watt D.

Laß mir zůkhon, so etwas nüws ußgieng von Zwinglin oder Löwen; wil ich beschulden. Item was du mitt dem bůchlin, so ich dir zugeschikt, handlen wellist.

Demm frommen wolgelerten Conratten Grebell, burgern zů Zurich, minem lieben schwager.

[1]) Vrgl. I, Register.

415. II 215.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Rom. 1524. December 29.

Bitte, das Testament des in Rom verstorbenen Johannes Studer aus St. Gallen, insbesondere die dessen Verwandten Honofrius Studer betreffenden Bestimmungen zur Ausführung bringen zu helfen. Die Pension von Königsfelden. Mitteilung eines bischöflichen Erlasses.

Felicissimum annum et prosperitatem optat cum sui sincera oblatione. Excellentissime doctor, amice observande, cum alias quidam Iohannes Studer ex Sancto Gallo hic Romæ[a]) mortem obierit ac testamentum confecerit, quod præsentis lator, Sebastianus Apen-

zeller, secum defert[b], in quo, ut intelligo[c], inter alia legata hospital Sancti Galli vel Sancti Spiritus illic et aliis facta legatum est quod dam Honofrium Studer, defuncti testatoris consanguineum, concer nens, propter quod etiam idem Honofrius (qui de guardia Clemen tis VII, moderni pontificis, existit) me rogavit, ut negotium executioni prædicti testamenti seu ultimæ voluntatis huiusmodi amicis illic commen datum facerem: unde, cum petitio illius michi et honesta et pia visa sit te, primum amicorum meorum, amice hortor, ut negotium prædictum e præsertim Honofrium ipsum (qui defuncto, dum vivebat, in sua diu turna ægritudine fideliter subvenit) concernens pro debito iustitiæ et æqui tatis satisfactioneque piæ voluntatis defuncti commendatum habere velis ut Honofrius ipse sentiat, hæc scripta sibi non obfuisse, sed profuisse Haberem scribere etiam de aliis, tamen sollemnitas tanti festi, propte quam aliis intendere habeo, non sinit; præsertim occasione pensionis 30 flo renorum ex monasterio Küngsfelden michi ex legitimis[d] causis apo stolica auctoritate olim assignatæ, debitæ, propter quam domini Confe derati ad instantiam abbatissæ et conventus illic doctori magistro Röten berg, michi quoque scripserunt, uti ex sorore accipies, cuius occasione, cum tantum tempus habuero, etiam dominis Confederatis nostris Elve tiis scribam. Tibi quoque tamquam negotiorum meorum meoque ac sororis charissimæ defensori ac tutori confidentissimo interea ac semper me meaque commendo. Dum has scriberem, venit ad manus pronosticum (?) reverendissimi episcopi Forosemproniensis Alemanni, hic in ducatu Urbinate[e] degentis vel residentis, quod tibi communicare volui. Hiis felix cum tuis vale. Ex urbe, die 29. Decembris, anno[f] christianæ salutis MVᶜXXIIII.

Tuus *C. Wirtt* totus.

Clarissimo et egregio viro, domino Ioachimo de Watt, alias Vadiano, medicinarum doctori, domino et amico optimo e observando.

S. Galli.

a) Statt „æ" durchwegs „e". — b) „deffert". — c) „inteligo". — d) „legittimis". — e) „Urbinat. mit Abkürzungszeichen über dem „t". — f) „ann" mit dem Zeichen für eine starke Abkürzung und hoch geschriebenem „te"; vielleicht „a nativitate"?

1) Vrgl. I, Brief 52.

416. II 221.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

Bologna. 1525. Januar 1.

Bericht über die Kriegsereignisse bei Bologna.

Min alzytt willig dienst zůbevor. Günstiger her doctor, ewer schriben hab ich woll enpfangenn; des ich uch sonderen danck sag. Und wyssen, wie ir dan schriben, ir welten gern, das unser küng sich von sines namen wegen cristenlich und woll hielte, thon ich üch zů wyssen, das er vast gůt evangelisch ist, und was er ietz mit dem Endcrist schon machet, tůt nott; kompt aber das ross uß dem graben, so wyrt des waxs minder werden. Dan solten ir den kung hören vom Lutherer reden, ir würde uch verwunderen, so geschickt und cristenlich, und wurden mir mit disem land an mall gerech, er würd vilicht dem bapst thon, wie er im. Es sind vill gůtter cristen hie bin unß von Tutschen und Welschenn. Wytter pitt ich uch uff das obrist, miner husfrowen behulffen und rettig zů sin, es sige von des huses oder ander sachen wegen; stat mir alzytt gůtwillig umb uch zů verdienen. Ich solt uch vill nüwer zitung schriben. So ist nit sonders verhanden, dan das mir uff den halgen abent zů wienacht wider gen Boney sind komen, dan mir da verrückt waren uff Parma zů belaitten das bullffer, so der hertzog von Ferer dem kung gelihen hatt; ist 650 feslin. Haben mir 410 feslin mit unß gefürt und 240 sind zů Parma beliben, von mangel wegen der somroß. Och haben mir den hertzog von Albania belait; der zücht mit 7 fendlin lantzknecht in Napoltz, würd das küngrich innemen, dan Napoltz ist willig, sich an kung zů ergeben. Aber so ligen unser vigent zů Cremona und Loda; trowen altag unß haim zů sůchen und die zů Boney zů entschütten. Sind mir also wertig; doch glouben mir nit, das si unß angriffenn, dan mir hand drü gewaltige leger vor der stat und mugen alweg in ainer stund zůsamen komen. Gott welt, ir weren an 2 oder 3 tag bin mir; ir wurden wunder sehenn. Sunst nit sonders, dan grůssen mir den helffer, all gůt herrenn und gesellenn und wer mir in gůttem nachfrag. Damit bewar uch, ewer husfrowen und kind mit allem, das uch liept, gott. Datum vor Boney, uff primo Jenner, im 25. jar. Ewer alzytt williger *Cristan Fridbolt.*

Dem hochgelerten herren doctor Iochim von Watt zů Sant Gallen, minem gunstigen herren.

[1]) Von *Christian Fridbolt* von St. Gallen, dem Freunde Vadians, liegen zwölf Briefe vor aus den Jahren 1525—1532.

1223.

417.

Johannes Fabricius[1]) an Vadian.

Wittenberg. 1525. Januar 2.

Übersendung einer Psalmenübersetzung. Bericht über die Vorlesungen in Wittenberg. Grüsse von und an Bekannte.

Gratia tibi et pax a Christo Iesu. Mitto hic ad te, virorum doctissime, regii illius prophetę psalmos, ex Hebręorum fontibus in vernaculum sermonem per Martinum Lutherum translatos. Hoc, quicquid est, ęqui bonique consules velim. Pluribus ut tecum agam cum temporis angustiis, tum tabellionis festinantia seu morositas potius non sinit. Lubet tamen de studio nostro certiorem facere. Martinus prælegit minores prophetas, Pomeranus Iob et quartum Regum, Philippus Melanchton Aeschinis et Demosthenis adversarias, item Demosthenis Philippicas, pręterea quę Latinę legit, officia Ciceronis videlicet et eiusdem orationem pro Sexto Roscio. Scribit Martinus contra falsos prophetas, qui baptismum puerorum et corpus sanguinemque dominicum tollere conantur. Huius ceu gustum quendam — parat enim maiora et instructiora — misi Huldricho Ramsouverio, veteri nostro amico, qui haud dubie eius libelli tibi faciet copiam. Multa salute Lucas Edenbergius Aucuparium teque impartit; tu vicissim meo nomine salutato Dominicum Sprolium, parochum Wolfgangum Iuffli, Georgium Vadianum, magistrum Sebastianum Grubel et germanum eius Iacobum, Sebastianum Cuntz, Matthęum Abderüti, Ioannem Aucuparium, Christannum Studer cum uxore et tota familia et, quod pæne[a]) omiseram, civitatis grammateum reliquosque nostri nominis studiosos. Vale, virorum amicorumque doctissime. Wittenbergę Saxonum, 4 Nonas Ianuarii MDXXV.

Nihil mihi possit accidere iucundius, si litteras ad me dederis.

Ioannes Fabritius Lithopolitanus,
amicus tuus et clientulus.

Doctissimo ac christiano viro Ioachimo Vadiano, amico ac pręceptori suo in Christo suspiciendo[b]) ad manus proprias.
Sant Gallen.

a) „pene" b) „t" für „c".

1) Von *Johannes Fabricius (Schmid)* von Stein a. Rhein ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

418.

II 224.

Jakob Schurtanner[1]) an Vadian.

(Teufen.) 1525. Januar 4.

Bericht vom glücklichen Verlaufe einer mit Vadian besprochenen Angelegenheit.

Gratiam et pacem etc. Tua scripta, præceptor optime, sane intellexi, et, quod iubes, summopere cupio. Nec solum tui, sed omnium amicorum gratia patriæ deditum me dubitet nemo, nec ea literis commendare necessum reor, cum oretenus præsentium lator ipse audierit plenius. Omnia secunde prosperata prospere pieque acta ne ambigua sint vobis, hæc manu mea raptim signavi, et non rem tantum, sed me ipsum omnibus tuis tibique singularissime oblatum ratifico. Vale, die Mercurii, ante trium regum etc. 1525.

Iacobus Schurtanner tuus.

Egregio eximioque viro etc. domino Ioachim Vadiano, præceptori suo observandissimo.

[1]) Vrgl. Brief 363.

419.

II 225.

Joachim von Grüt[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. Januar 9.

Antwort auf eine Zuschrift Vadians, dass über den von ihm berührten Punkt (Verhalten bei der Schwächung von Jungfrauen) im Rate zu Zürich noch kein Ratschlag gehalten worden sei.

Hochgelerter, fromer, furnemer, wyßer, lieber her. Min fruntlich willig dienst sind üch allezit zůvor. Üwer schryben ist mir in min huß uberantwurt in minem abweßen. Und alß ich bin anheymsch komen, hab ich das geleßen, und wöllt ich gern vorlangest ein antwurt geben haben; so bin ich bißhar verhindert worden durch vile der geschefft. Aber uff üwer beger weyß ich üch witers nit ze berichten, dann daz derglich sachen ouch vor minen herren anzeigt sind, wie man sich darinn wöll halten. Es ist aber darvon noch kein red oder ratschlag gehalten. Wol ist vorhar für ein satzung gehalten worden: wo einer dochter ir megthumb ist genomen worden, den hat sy müssen rechtvertigen mit dem geistlichen gericht in jars frist, und wo sy daz hat lassen vorjaren, wo dann man ist erfordert worden, hat sy můssen ein eid schwerren styllzestend und den, er ir den megthumb genomen hat, darumb nit me furzenemen noch ze

bekümbern. Das hab ich üch nit wöllen verhalten; dann by disen endrungen und löuffen weyß ich üch uff üwer beger witer nit ze berichten. Damit so befilch ich mich üch und grûtzent mir üwer hußfrowen. Ich achten ouch, ir syent beide gesund; dann ich und min folck ist alles gesundt. Datum Mentags vor dem zwentzgisten tag, anno etc. XXV.

Ioachim von Grüdt,
underschriber zû Zürich.

Dem hochgelerten, fromen, fürnemen und wyßen hern Joachim von Watt, doctor, des rats zû Sant Gallen, minem sonders günstigen lieben herren.

[1]) Von *Joachim von Grüt*, Unterschreiber in Zürich, ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

XII 105. 420.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. (1525) Januar 14.

Streitigkeiten über die Kindertaufe. Geburt einer Tochter. Schrift des Urbanus Regius gegen Karlstadt und andere neue Schriften. Empfehlung des Konrad Eppenberger.

Min grûtz zevor. Lieber her doctor und schwager, wüssend aller unser gsuntheit. Caspar Trismegander[2]), der predicant im spital, het ietz vergangnem donstag zun Predigeren in siner predig den kindertouff geschirmt. Ist im Jakob Hottinger darin gefallen; hat aber sich züchtiklich ghalten, und ist im nüt beschehen noch von minen herren. Man hat aber ein disputatz angesehen uff künfftigen zinstag vor beden retten, daß alle, so wider und mit dem kindertouff sind, zesamen komind. Morn wirt manß verkünden. — Min frow ist gnesen gester, daß ist fritag, acht tag. Daß kind ist ein tochter, heißt Rachel; ist noch nit in dem Römschen wasserbad getoufft und gschwemmt. Etlich sagend, man werd den doctor[3]) von Walltzhût auch beschriben. Ich gloubs aber nit; denn er ist wider den Zwingli deß toufs halb und wirt wider in schriben, so er nit abstatt. Eß werdents ouch ander tûn. Urbanus Regius, kouffmanprediger zû Augspurg, hat wider Carolostadium gschriben des herren brots halb. Der Zwingli und die Zwinglischen hand 96 gründ zû schirm deß entchristlichen wasserbads. Der heitter tag můß sy verraten und verblenden. Der Zwingli hett uff hüt deß herren brot und win ein fronlichnam und blůt Christi gnempt in offenlicher predig etc. Nit me. Ich bitt üch, ir wellind üch min sach mit Cûn-

raten Eppenberger lassen in ernst anligen und er ouch etc; ich bin träffenlich nöttig. Eß sind nüwe bûchli vorhanden: einß wider den kindertouff (τρισαρχετελές), einß von der hûrery, einß von der widergeburt, einß von gwalt, krieg einß. Zwingli hett vor im ein hübsch bûchli an den küng von Frankrich, eins von der liebe gottes und deß nechsten. Er hett uff fritag, nemlich gester, den eidgnoßen ein kriegschi Καρόλην predig getan, et populus applausit manibus!

Grûtzend mir alle min günner, min schwöster und alle üwere verwanten. Datum zů Zürich, uff sampstag nach dem XX tag. In il.

Cůnrat Grebel,

üwer getrüwer schwager.

Grûtzend mir min lieben schwager Benedicten.

An herr doctor Jochim von Watt zů S. Gallen, minem lieben herren und schwager.

[1]) Vrgl. I, Register. — [2]) Kaspar Grossmann, Prediger im Spital. — [3]) Balthasar Hubmaier.

421. II 220.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. Januar 19.

Bericht über neu herausgekommene Schriften. Die Heiratsangelegenheit des Sebastian Appenzeller. Disputation und Ratsentscheid über die Kindertaufe.

Gratia et pax a domino. Non sinunt, doctissime carissimeque Vadiane, pro siti desiderioque suo currere stilum occupationes; unde per capita singula notabo. Libellus noster contra Emserum a Leone traductus est; excudetur intra hebdomadas tris. Bene traductum arbitror; nam locis aliquot obscurioribus me consuluit. Editus[a]) est et alius libellus de Seditiosis, sed Germanice, quem docti per epistolas sic commendant, ut me ipsorum pigeat; nihil enim unquam utilius prodiisse stolidi adseverant. Durius adpello; nam quis tandem est, qui hęc, quę illic tractamus, non videat perpetuo ante oculos fuisse versata? Sed hoc fortasse pretium[b]) apud illos auget, quod mordax hoc verum omnes malumus ab aliis cum periculo dici quam a nobis. Sunt hi plane in secundo Hesiodi gradu; sed tunc ad primum accedent, quum[c]) ea, quę vident vere dici, studeant opere implere, obstare vitiis, virtutes serere. Is libellus quandoquidem nimirum iam ad vos adpulit, nunc non mittitur. Edidit senatus[a]) noster farraginem quandam rerum iam longo tempore gestarum. Eam

itidem mittit vel socer vel amicorum aliquis; ego exemplaria prorsus nulla habeo amplius. Respondi ego ad furibundorum istorum Helvetiorum obiectiones aliquot, qui mox, ut legerunt, sic sęviunt, ut omnes Cerberos, Euripos, Diomedes et quicquid unquam furiit, superare videantur. Nam illi ratione aliqua furiunt modoque; hic modus nullus est, sed fertur barbaries. — Sebastianus Abtzeller delatus est apud abbatissam, quasi fraude egerit, neque tantis opibus polleat, quantis diximus. Qua tamen re non usque adeo video reddi anxiam, quam quod mutata sententia nunc vult Tiguri manere, cum antea id sedulo negaverit. Auget suspicionem, quod nunc perhibet se negotiatiunculam suam posse adprobe curare, si Tiguri maneat, antea vero id strenue[d] negaverit vereturque dolum subesse; atque ad hoc iam est intenta, quod si brevi non transmigret ad suos, et sibi et cognatę illusum esse putabit. Tuum erit hęc omnia celare[e]; sed hac lege, ut Sebastianus ad vos transmigret. Facile istuc apud parentem verisimilibus quibusdam efficies; nam prȩstat dominam observavisse, quam tædio[f] adfecisse. Quę ipsa mecum contulit de hac re, ut iam capis, ea lege contulit, ut nemo sciat prȩter nos ambos. Salvos iube omnes fratres; mone insuper, ne de non baptizandis infantibus tragœdias excitent. Nam nos hesterna die, qua ad obiectionem eorum respondimus, sic de baptismo disseruimus, ut qui ęquis animis adfuerunt, adserant necessarium esse, ut mundus hanc sententiam de baptismo audiat. Certum est sic disseruisse, quomodo hactenus neminem viderimus; sed dominus iudicabit. Senatus super hoc decretum factum est: omnes liberos suos intra octiduum baptizanto, qui tincti non sunt, aut ex urbe imperioque toto migranto. Perstat Conradus Grebelius et pauci alii; hi nullius momenti. Vale servetque te dominus incolumem cum uxore et liberis. Wirttembergensem principem, ut nuper feci, commendo. Cæsarem facilius est non habere vicinum, quam eum, quem possis superare. Ex Tiguro, 19. Ianuarii MDXXV.

Huldricus Zvinglius tuus.

Am Rande:

Cura perpetuo, quę Iesu Christi sunt.

Ioacimo Vadiano, clarissimo Christi discipulo, medicę autem peritissimo.

Her(rn Doctor) Vadiano ...

a) „e" geschwänzt. — b) „precium". c) — „qum". — d) „strennue". — e) Erstes „e" geschwänzt. — f) „e" für „æ".

[1]) Vrgl. I, Brief 100.

422. II 227.

Heinrich Lucius[1]), an Vadian.

Winterthur. 1525. Januar 20.

lung der Abschrift einer neu erschienenen Schrift Zwinglis. Freude über den Fortgang des Evangeliums in St. Gallen. Anschläge gegen Zwingli.

od abs me fieri petis, ornatissime vir, idem multi ante te a nobis unt, ut quam Zvinglius superioribus mensibus epistolam περὶ ːστίας scripsit ad episcopum Ruttlinganum, sibi quoque exım curarem. Etsi aliis quoque hoc officii lubens impendi, dici ›n potest, quanto propensius tibi quam aliis hac mea quantulapera gratificatus sim, quando mirifice ob singularem doctrinam bilesque animi tui dotes a puero te amplexus sum, vel priusquam ı mihi notus esses. Accipe igitur exemplum, ni fallor, emendaːpistolæ Zvinglii de Participatione Mensæ Domini, quam menhinc aliquot[a]) lapsis scripsit; autor[b]), epistolæ extremam maıt) addens, adiurat hunc, ad quem scripsit, nemini communicet, ı sciat in fide esse firmissimum. Ut tu idem facias, prorsus e re ianæ esse mihi videor. Ceterum[c]) quod scribis, pulchre nomen pud vos inclarescere seque quottidie latius diffundere causam ːam, cum ego, tum reliqui, qui apud nos sunt fratres, nirum in ıumus adfecti, cupientes ex animo, ut is, qui incepit suum negociter absolvat; quod indubitate facturus est vel inferis repugnanuderemus utique in sinu omnes, concilium convocatum iri in Held dispiciendum κατὰ τὴν ἱερογραφίαν hoc negotium vere sancatio illa homicida quicquam præter coniurata concilia, patres, minas, flagra, mortes spiraret. Sunt qui deierant, prætextum ım nihilque homicidas illos aliud venari, quam extinguendi Zvingionem, integerrimi evangelii domini propugnatoris. Liberabit m dominus ab omnibus inimicis suis. Vale; deus optimus maxiːehat evangelium suum viresque et animum addat sui nominis ıus, ut omnes afflictiones, quæ accidunt propter dominum, conːrant; sic enim agrum dominicum maxime fructificare in dies ex- Episcopum vestrum maxime salvere cupio, si purgatorium suum, ı constanter adseruit, extinctum sit. Cristannum scribam ac ios viros evangelicos salutant vos fratres, qui apud nos sunt omːathias et Ceporinus noster, qui apud nos agit. MDXXV, bastiani[d]). Ex Winterthur. *Heinrichus Lucius* tuus.

An den hochgelerten herrn Joachim von Watt doctorn, sinem lieben herren und fründ, ze hand.

a) „aliquott". — b) „author". — c) „Cetterum". — d) „Sabastiani".

l) Von *Heinrich Lucius* in Wintertur ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

II 229.

423.

Michael Hummelberger[1]) an Vadian.

(Ravensburg.) 1525. Januar 23.

Übersendung eines Briefes, der von einem Blutzeugen des Evangeliums handelt. Antworten Luthers und des Urbanus Regius an Karlstadt. Erwähnung einer Schrift des Königs von England gegen Luther.

Veram salutem. Epistolam adclusam meo beneficio legito, mi Vadiane, lectam vero nuncio huic actutum reddito, ut et reliqui amici nostri et fratres in Christo cognoscant novum Christi et reflorescentis eius evangelii testem, qui in proprio sanguine lavit stolam suam non sine insigni miraculo. Sanguine sanctorum condita est olim ecclesia, sanguine sanctorum nunc etiam instauranda erit; sic enim visum est altissimo. Carolstadio, dominici corporis et sanguinis exturbatori, respondit primum Urbanus Regius Augustę; dein etiam Lutherus libello 11 quaternionum, ubi et imaginum caussam agit contra importunos illarum exturbatores. Rex Anglię fassus est, eum libellum, qui suo nomine contra Lutherum circumferebatur[a]), non suum esse, quanquam passus sit ipsum suo nomini inscribi persuadentibus matæologis. Vale ex tenebris nostris plus quam Aegyptiacis, X Kal. Februarias MDXXV.

Tuus *Michael Humelbergius.*

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, domino et amico suo singulari.

Zů Santgallen.

a) „circunferebatur".

l) Vrgl. Brief 214.

424.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

Constanz. (1525) März 13.

Mitteilung über den Tod des Bruders Hieronymus. Ambrosius Blaurer beginnt in Constanz zu predigen. Freude der Altgläubigen über die Schlacht bei Pavia.

Gratiam et pacem a deo.

Iterum, charissime Vadiane, iam longo tempore nihil[a]) ad te scrip-

ı, animum tamen meum interim non excidisti nec excides; fortiora ı sunt nostræ amicitiæ vincula, quam quod modica taciturnitate solvi ;int. Audio fratrem tuum extremum clausisse diem et ob hanc rem nirum in modum dolere. Condoleo ego; sed tamen dolorem tuum futuræ resurrectionis modera(re) debes, ne enim iis tristari videaris, e[b] nullam spem habent. Dolet natura amisisse fratrem; at spiritualis mo gaudet miserias superasse. Sed tu melius hæc[b] omnia nosti. — Amosius Blaurerus ad apostolicam functionem a Constantia vocatus :. Onus sus(c)epit homo et præterito[b] sabbatho verecunde et christiasime contionatus est. Scribi non potest, quam diserte, quam graviter lotus sit. Est potens in sermone. Statim confecturus est multos Antichris, qui omnem suam fiduciam posuerunt in Assyrios[c]. Iam lætantur[b] de ageHelvetiorum ac captivitate Galli. Putant iam et deum expugnasse. udent, gestiunt et finem Lutheranæ sectæ (ut vocant) sibi pollicenr. Sed nescit hoc stultissimum genus, tunc maxime evangelium cresce, cum ubique terrarum persecutionem patitur. Deus omne vertat in suam oriam nosque in firma fide servet. Amen. Hæc[b] scripsi, optime vir, et tibi auram præberem[b] scribendi et sic litteris colloquemur, quando æsentes[b] colloqui non possumus. Datum Constantiæ, altera die ost Gregorii.

Tuus ex animo *Vannius.*

Doctissimo Ioachimo Vadiano, medico, in Christo fratri suo clarissimo.

a) „vaccationes". — b) „e" für „æ". — c) „Assirios".

[1]) Vrgl. Brief 375. — Die Erwähnung der Schlacht bei Pavia (24. Februar 1525) und e Übernahme des evangelischen Predigtamtes in Constanz durch Ambrosius Blaurer 5. Februar 1525) lassen den vorstehenden Brief mit voller Sicherheit auf den 13. März 25 ansetzen.

425. II 231.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. März 31.

rsendung einer Schrift betreffend Kintertaufe zur Durchsicht. Die Umtriebe Grebels. Erwähnung eines vom Rate geschlichteten Streites in St. Gallen.

Gratia et pax a deo. Legimus, carissime Vadiane, Axiomata ra multa cum gratulatione; hac potissimum causa, quod rem chriiam vobis recte exploratam esse manifestant. Pia sunt et docta; sed um tenebatur necessariis istis ad nundinas Franckfordienses.

Mitto tibi dono commentarium nostrum, quem vix dicendis sudoribus tandem effectum dedimus; in quo multa longe aliter tractavimus, atque fuerit hactenus observatum a multis. Tu diligenter omnia expende; nolumus enim veritati uspiam vis fiat. Grebelius apud nos est, ad factionem suam nusquam non trahens, quoscunque potest, et ministerium nostrum sic adcusans et calumnians, ut, si maxime tales essemus, quales ipse predicat, minime tamen ipsum decebat, usque adeo in bene meritum ingratum esse. Tu te confirma, ne illius opinione abducaris; hoc enim peculiare habet, ut ista taceat, quę nos in medium adferimus, sua oggannians. Proximus ab isto, quem nunc in manibus habemus adversus Uraniensem quendam, labor erit de baptismo, quem longe aliter tractabimus, quam ulli vel veteres vel neoterici tractaverint, quamvis non nos simus sic tractaturi, sed verbum ipsum; quod tamen aliter intellectum oportet, quam hactenus factum sit. Gustum autem eius rei facies in hoc commentario nostro. Vide, ut exciderit, quod maxime volebam; nempe causam adiungere, cur liberato tandem prelo Axiomata non sint excusa. Ea est interea didicimus, quod inter vos erat dissidium, per senatum[a] esse decisum. Quod si minus ad hunc modum habet, iudica et rem effectam dabimus. Vale, et boni consule, quicquid scribimus; inter enim tot occupationes ac capitis dolores scribimus, ut, nisi videremus calamum incedere, fermę ignoraremus, quidnam fieret. Ex Tiguro, pridie Kalendas Aprilis MDXXV.

Commentarius mendosius exiit; tibi tamen satisfacere potest. Habes mendas post finem quasdam; non relegi.

Huldricus Zvinglius ex animo tuus.

Herren doctor Joakim von Watt zů Sant Gallen in sin hand. S(ant Gal)len.

a) „e" geschwänzt.

l) Vrgl. I, Brief 100.

II 232. 426.

David von Watt[1]) an Vadian.

Frankfurt a. M. 1525. April 14.

Er bestätigt den Empfang der Nachricht vom Tode seines Bruders Hieronymus. Die Niederlage der Eidgenossen mit den Franzosen. Die Bauernunruhen in Franken.

Iesus Maria 1525 a di 14 abril, inn Frankfurtt am Mann.

Mein ganntz wylligenn diennst und fruntlichenn grus allzitt. Liebster dokter, wist, daß mir a di 3 ditto ann brieff vonn auch (l) ist worden

daß ditto ist auß Sannt Gallenn 10 Marti, darin fernomen erstlich, daß gott mein bruders Ieronimus[a] auß disser weltt gefordertt hatt, dem gatt genadtt. Wie irß dann witter ferlassenn habtt mit mein schwager Bartlome, gefeltt mir die manug ganntz wol; wil auch denn Konnratt euwer manug halbenn gnugsam berichttenn. — So fernem ich, daß die Aidgnossen aber 1 mal wenig êr inngelegt habenn mit dem Franntzossin unnd daß sy nit dar nach fil rutt (!) ferloren habenn. Aber eß ist zů besorgenn, wann sy vonn dem krigenn nichtt werdenn lassenn, so möchten siß ann mal gröber fersechen. Gott wol inn die genadt ferlichenn, daß siß ann mal rechtt bedenkenn; daß ich ferhoff, mit der zitt durch daß ewangeli geschenn söl. Ich waß auch sunst nichs sunderß mer zů schribenn; allann wist, daß sich die purenn im lannd zů Frannken stark erheben wider die gaschlichen öberkaitt unnd habenn schonn etlich stett unnd folcken inngnomen unnd sind der manug für Wirtzburg zů ziechen. Auff daß hatt der bischoff vonn Wirtzburg unnd bischoff vonn Maintz denn kofflüten vonn N(ürnberg) die gelaitt auffgesagt unnd inn dar nebenn annzagt, daß ann etlicher sine gůtter ferwar, so fest er könn; dann sy wissend fur kann gwalltt nicht zů gelaitten. Der pund zu Schwauben ist auff, der manug, sölichs zů demenn. Sunder eß ist zů besorgenn, werdenn nichs außrichtenn; dann die burenn sind stark bey annander. Mann hörtt sunst nit, daß sy iemant gwalltt dugenn oder beroptin, unnd ir fumemen ist sunst nichtt böß. Sind sy gerichtt, so hilff inn gatt darzů. Sunst auff daß mal nichtt mer, dann gott unnser throst. Grůnst mir auwir haußfroa unnd all gutt frund etc. *D. vonn Watt.*

Meinem liebenn brůder, docter Joachim vonn Watt zů Sannt Gallen.

a) „Ieroniums".

[1]) Von *David von Watt,* einem Bruder Vadians, liegen 6 Briefe vor aus den Jahren 1525—1544.

427. II 236.

Paul Hofheimer[1]) an Vadian.

Salzburg. 1525. Mai 12.

Dringende Bitte, den versprochenen Brief an den Bischof von Salzburg möglichst bald zu schicken, jedenfalls bis auf Ruperti (24. September), auf welche Zeit der Überbringer Sebastian Gold nach Salzburg zurückkehren wird.

Ersamer, hochgelerter, gunstiger, sonder lieber herr doctor. Mein gar willig dinst mit fruntlichem grus seind euch allzeit zuvor. Ewr ge-

sundt und wolfart, wye ich aus sag dytz zaigers des briefs vernommen, hab ich vasst geren gehort unnd wunsch euch von got alle gluckselikayt zu seel und leyb sambd Ewr hausfrawen und allen den Ewern in lanngwirikhayt Ewrs gesundts zu[a] emphachen. Ich hab Eurem schreyben nach täglich hoffnung gehabt, Ir wurd ayn rayß gen Wyenn hye durch thun und mir alsdann dy schön epistel, so Ir an meinen gnedigisten herrn von Saltzpurg mich betreffend gestellt habt, mit Euch bringen, seinen fürstlichen gnaden dieselbs zu uberantworten. So khan ich wohl gedenken, das Ir villeicht der yetz schwebenden leuff halben nit ausziecht; deshalben ich der sach geren geduld trag, doch darneben gar fleissigklich bittend: wo es yndert gesein möcht, dyeselb epistel zu verfertigen, damit dye schön wolgesetzt latein mit irer zirlikayt nit vergebens gemacht wër. Ich wolt solchs auch mit ayner erung meins vermugens zu aynem zeuchen aynes danckparen willens unbedacht nit lassen, und wo Ir mir nit so weyt werend, ich hyet euch lanngest anhaym ersucht. Sonder lieber herr doctor, wellet nochmals treulich vermont und aufs fleissigist gebeten sein, das pesst zu thun. Ob Ir mir dye epistel oder zuvor doctorn Waldung, cantzler, umb Ruperti, so Eure kaufleut von Sand Gallen hyeher in den jarmarkt kumen, schicken möchtet, so wurde dye doctor Waldung meinem gnedigisten herrn, wie sich gepurd, presentiren in Eurem namen und Euch antwort widerumb schiken. Es ist noch wol bey 19 wochen biß auff Ruperti; deshalben Ir nit eylen durfft; und diser Sebastian Gold wird ân zweifel auff dyselb zeyt her khummen; der wer guter pot etc. Damit wil ich mich Euch bevolchen haben als meinem sondern herrn und frundt. Wellet mir Ewr hausfrawen mein unerkhanten grus sagen und Bartolome Stekhen grüssen. Datum Saltzpurg, an XII tag Maii, anno XXV.

Pauls Hofhaymer etc.
Ewr williger.

Dem ersamen hochgelerten herren doctor Joachim von (Watt) statartzet zu[a] (Sand) Gallen, meinem (sondern) günstigen herrn unnd frundt.

a) „zw".

[1]) Vrgl. I, Brief 57.

428.

II 237.

Sebastian Meyer [1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1525. Mai 24.

Seine Vertreibung aus Bern. Die Grausamkeit des Herzogs von Lothringen in Zabern wird auf Umtriebe der Bischöfe zurückgeführt. Frage nach den Schriften, auf welche die Wiedertäufer sich stützen.

Gratia et pax. Paulo antequam Berna eiicerer, tuas literas, optime Vadiane, acceperam. Quod vero interim nihil ad te rescripserim, non est, quod apud tuam Humanitatem multis expurgem. Perferet ad vestrum senatum immanissimam[a]) crudelitatem, quam Lothoringę ducem ferunt patrasse in Zabernia, civis vester Othomarus Blûm. Hęc vero omnia et technis et pecuniis episcoporum agi, tibi habeto persuasissimum. En episcopos, en patres, en pastores, qui cum vitam salvandis ovibus ponere iubentur, etiam vitam in periculo perdendis ovibus ponunt, ne minimum quid suo aut fastui aut quæstui[b]) decedat. Huc tandem thesauri ecclesię sudore ac sanguine pauperum reconditi collocantur. Vides, optime Vadiane, perniciosissima iam adesse tempora, tantis ante sæculis[b]) a prophetis, a Christo, ab apostolis prædicta. Vides instare tribulationem illam sævissimam[b]), qua nulla unquam severior præcessit nec item sequetur. Servet suos Christus et dies illos adbreviet, ne et electi cadant tentationis immanitate. Quibus rebaptizati nitantur scripturis et vita comes baptismo, scire abs te velim. Vale, vir optime; non patitur nuncius, ut longior tecum sim, qui vix etiam incultas has a me extorsit. Ex Schaffhusen, feria quarta ascensionis domini 1525.

Salutat te alter Sebastianus. Tuus *Sebastianus Meiger.*

Doctissimo iuxtaque piissimo Ioachimo Vadiano, optimo consuli[2]) apud Sanctum Gallum, fratri in Christo.

a) „inmanis". — b) „e" für „æ".

[1]) Vrgl. Brief 341. — [2]) Consul steht hier wohl für Ratsmitglied.

429.

II 269.

Ulrich Zwingli [1]) an Vadian.

Zürich. 1525. Mai 28.

Bericht von seinen Kämpfen gegen die Wiedertäufer und von der unbelehrbaren Leidenschaftlichkeit dieser Leute. Übersendung seiner Schrift in dieser Angelegenheit. Gerücht von der Einkerkerung Ökolampads. Eine Äusserung des Erasmus von Rotterdam. Feindselige Haltung Glareans.

Gratia et pax a domino. Mutavi consilium nuncupandi libri; consultius enim visum est vestris dedicari quam Madiis Bernensibus,

itaque istis nuncupabo, quod vestris daturus eram. Subpudet me tædii, quo plenus est liber; verum sic factum oportuit. Tot isti mendacia concinnarunt, tot strophis ac versutiis usi sunt, ut, nisi illa retexissemus, istis vero obstitissemus, nescio quam confusionem tandem peperissent. Quas nisi nugas prodidissemus, perpetuo fuissent apud indoctam plebem ogganire[a] conati: «nos ista sic diluimus!» ut et nihilominus facturi sunt, nostris, hoc est ipsa veritate reclamante. Senatum vestrum nostro nomine, si licet, commonefacias, nullam eis pro sinceritate[b] evangelii tuenda graviorem adversitatem eventuram, quam hanc rebaptisantium; ita se in omnia vertunt, nisi maturrime occurrant consilio et ecclesię oratione. Apud nostros tolerabilis factus est tumultus eorum, sed tantis sudoribus, ut nemo putasset. Vidisti, me acriter digladiari cum hostibus evangelii; omnes pugnę priores lusus fuerunt prę ista. Hic enim libere nolebam invehi, ne in eos exasperarem senatum, quum[c] isti interim nihilo melius de nobis sentirent, disertis etiam verbis, quam de parricida, latrone, fure, homicida, pręstigiatore, venefico et quicquid sceleratorum ac scelerum cogitari potest. Taceant Demosthenis Tulliique Philippicę istis beluis sua verba sonantibus. Vicit semper veritas. Ipsi baptismum non sic expenderant, eumque ista, quę hic vides, quamvis aliquibus in locis fortasse nunc locupletius dixerimus quam antea, in lucem daremus, stupebant ad omnia, tametsi gustum sufficientem antea in peculiaribus congressionibus capere potuissent, si iudicium eorum non occupavissent adfectus. At nihil proficimus, tametsi quidam destiterint, non quo animum, sed quo nervum mutarent. Postea vero quam victi sunt, iam in agrum profecti similes inveneruntlabra lactucas. Obstandum ergo docebis esse gnaviter. Invenies in dedicatoria epistola mox post principia causam, cur tam strenue[d] occurrendum sit. Secttio est, factio, hęresis, non baptismus. Simul enim docent, christianum hominem non posse gerere magistratum ac ad omnia sua figmenta mendaciaque ogganiunt. Deo magis obedire oportet quam hominibus. De optimis omnibus ac innocentissimis non aliter loquuntur, [illegible] humanum sensum exuerunt, [illegible] christianum esse. Vides [illegible] prestolatus est, ut [illegible] adferret. Precor, ut illi [illegible] proprium nuncium meis [illegible] quicquam muneris ulla ra-

ione ad me redeat, hocque edico atque interdico. Christo servio et eius cclesię, non ventri, a nullis unquam quicquam auferre volui; nolite ergo ratiam domini nostri Iesu Christi infamem reddere. Nuper enim fuit, qui xit, me exemplaria chalcographis carissime vendere; is in spiritum sanc- m mentitus est; hoc ergo ut vere dici possit, committendum non est. ihil postulo, quam ut me domino commendent; gravissimę enim nobis n tenduntur insidię. Sed hoc tibi serva; non enim omnes norunt, quibus ctoribus[e] aut quo insidiarum genere me adoriantur. Commenda me Mar- aritę Zilinę, da ei exemplar unum ac mone, ut cum liberis suis pro e oret. Res ista sic clam custoditur, ut ne carissima coniunx nostra nec ıtimi amici norint; nolo enim excitari tumultum. At si rescirent amici, rtasse non patienter ferrent. Audio interea, quosdam ad hoc esse ordi- ıtos, ut ad omnem occasionem intenti sint, si quo modo commode ıcat crimen deprehendi. Salvam iubeo uxorem, liberos, Georgium 'adianum. Parochus vester si diligenter legeret hunc libellum nostrum c sedulo obstaret, plus efficeret doctrina quam senatus auctoritate[f]. 'ale. Ex Tiguro, 28. Maii MDXXV.

Huldricus Zinlius, tuus
etiam post hanc vitam.

Oecolampadius in carcerem coniectus est 23. die Maii, si vera arrare possunt hęc mendacissima tempora. Christus ipse in hoc inno- nte pioque homine captus, quoties eius captivitatis memini, videtur. erum hęc te nihil turbent; hęc initia sunt malorum. Væ[g] urbi isti! A lacri- s[h], mihi crede, in adflictione huius iusti minus tempero, quam si ipse in rcere stringerer. Erasmus Roterodamus ubi Commentarium no- um in manum cepit[i], ut familiaris quidam eius prodidit, dixit: «O bone ingli, quid scribis, quod ipse prius non scripserim»! Hoc ea gratia ibo, ut videas, quantum nos φιλαυτία in transversum abducat. Utinam asmus suo stilo argumentum nostrum tractavisset! iam persuasus et orbis et ego non tanta invidia laborarem. Ego semper malui deli- cere, sed noluit dominus, cuius voluntas fiat. Utinam libellus noster asmi titulo signatus esset! non cruciaret me pudor ac metus vanę rię. Coram domino loquor: posteaquam lecta essent ab omnibus no- s, vellemus nomen apud omnes in oblivionem abiisse. Glareanus furit ı modo in me, sed etiam in Oecolampadium omnia movet. Vide, cordium cogitationes revelentur, cum Maria, hoc est hi, qui Christi

mater, soror et frater sunt, persecutionis gladio feriuntur. Quis in isto tantam glorię cupiditatem esse credidisset? in hoc autem tantum malignitatis ac veneni? Gratulantur passim doctissimi Helvetiis et Helvetius ringitur propter Zvinglium.

Domino Ioakimo Vadiano, viro iuxta piissimo atque doctissimo, fratri suo integerrimo.

Doc(tor Joachim von) Watt.

a) „ogganire". — b) „synceritate". — c) „qum". — d) „strennue". — e) „autoribus". — f) „autoritate". — g) „ve", wenn nicht „ne", wofür sprechen würde, dass „æ" sonst durchgehends durch geschwänztes „e" gegeben ist. — h) „lacrymis". — i) „e" geschwänzt.

[1]) Vrgl. I, Brief 100.

II 238.

430.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. Mai 30.

Heftige Vorwürfe wegen des Verhaltens Vadians gegen die Wiedertäufer und eindringliche Vermahnung, von der falschen Weisheit und der Partei Zwinglis sich loszulösen und nicht das Beispiel der Verfolgung zu geben.

Salus tibi sit et pax in domino, non in mundo, ut possit esse in domino. Quod mihi benefeceris, plurimum tibi gratus sum, et cupio desideroque[a]), ut mire tibi rependatur a domino deo, deo bonorum datorum. Cum autem cogito, cum in animum venit lucta tua contra istos bene christianos fratres meos, libere et ingenue et christiane dico: nollem alii libentius repensum iri, quod mihi factum est bene quam tibi, ut exoneratus possem tibi dicere, quod dicendum esset; quod ipse tamen etsi scias, non moveris tamen, ut doctrinę spiritus magis aurem dares vacuam quam doctrinę carnis. Esto me oneraris; esto ipse scias, non caves tamen; esto scias, inquam, dico tamen: omnis aut maxima saltem culpa tua est, si quid statuetur adversus istos carcere, multa[b]) pecuniaria, proscriptione aut morte. Cave, cave ab innocenti sanguine; innocens autem est, et si tu scias simulque nescias; velis, nolis, innocens est. Patientia et vitę eorum exitus et dies domini magnus probabunt. In tuam perniciem eo literarum sacrarum, eo dignitatis in eam civitatem natus es, nisi caves et resipiscis. Ego cœlum et terram invoco testes; patere me quęso loquentem id, quod per Christum dominum nostrum et servatorem verum est in veritate. Ego domino sinente usque in mortem testabor veritatem, in qua sunt isti vere et tu esse posses. Ego scio, quid te urgeat. census urget te, puto, aut sapientia tua carnis aut [illegible] partes Zinzii, veritatis hostis in hac re. Nolo te, quæso[c]), perdere. Si hoc tales hommes, non Iates coram domino dec

cognitore cordium et iusto iudice. Cede potius ab usura census; fide deo, humilia te, modico esto contentus, cede a sanguinaria parte Zinlii, a sapientia tua profuge ad divinam, ut stultus mundo, sapiens domino fias; puer fias, alioquin non possis ingredi in regnum dei. Quid non credis Zinlio etiam propter salutem tuam, qui iuxta claram scripturam Ps. 14 Ezech. 18 censum ad damnationem promovere publice proclamavit? Et Gregorius, nomus eius nominis papa, a cena[d] domini exclusit, qui supra sortem quippiam exigeret a debitore. Si non vis stare cum fratribus, non resiste saltem, ut excusatior esse possis, et non dato exemplum persecutionis aliis civitatibus. Ego tibi per fidem meam in Christum, per cœlum et terram et quicquid in eis est, infallibiliter vere dico, me ex una charitate erga te in hunc modum monuisse te. Ideo ego te per Christum adiuro, ne me contemnas ex Christo loquentem, monentem; et cura anxie, ut ad resipiscentiam, non in testimonium tibi dictum sit. Si cedis, ego animam meam pro te ponam; si non cedis, pro istis fratribus nostris ponam adversus omnes, qui huic veritati repugnaturi sunt. Testimonium enim veritati dabo direptione bonorum, domus nempe, quę mihi sola est; dabo testimonium carceribus, proscriptionibus, morte et scripto libello, nisi deus vetet. Quodsi ego non rescripsero, non dormient alii omnes. Tu probas doctrinam, Zinlius improbat; quid expectas ergo, cum scias prius? numquid expectas, ut tegmen habeas reprobandi etiam doctrinam et persequendi? Mi Vadianel Cur non testamini more nostro, sola potestate et brachio carnis agitis, scripturas pro arbitrio contra nos usurpantes? Credisne, insanos esse nos aut toto inferno, nedum dęmonibus plenos, qui parati simus usque in mortem testari, in eam autem, quam Zinlius et alii parant, dum veritatem in mendacio detinent? Si sana est doctrina, ut sana est, ut tu quocunque animo fateris et electionem istis adimis, cur da non eligis te aut alium aut eligeris aut senatus facit baptisatque? cur non eligit? cur non die pfaffen, die wider die ler străbend und nit erwelt sind?

Vide, quomodo te capias ipse et indices verbis propriis, aliud in animo habere, quam verba sonent; nam si isti non baptisant, nemo ex vobis, quibus tu adscribis hoc munus et eligendos ais, baptisaret. Sic indicas te cupere, ut baptismus tolleretur ad derisionem et contemptum probatę a te doctrinę et præcepta[e] baptismi. Nam domini doctrina et præcepta ideo data, ut impleantur et in opus exeant. Iterum dico, si fal-

lis senatum, qui hoc non animadvertit, non falles dominum? Ora pro me ad dominum, ut eius sola iusta voluntas in nobis velit, et ego vicissim et fraterne et indesinenter orabo. Patere christiano animo et patiente et cave. Vale in domino Iesu Christo. Saluta mihi sororem et familiam cum gratiarum actionibus. Tiguri, die Martis ante pentecosten[f], anno 1525.

Ioachimo Vadiano, sororio meo et in domino fratri.

a) „desyderoque". — b) „mulcta". — c) „queso". — d) „cœna". — e) „præcepto". — f) „penthecosten".

[f]) Vrgl. I, Register.

II 230. 431.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. August 8.

Die fortwährenden Kämpfe mit den Wiedertäufern. Das körperliche Befinden des Briefschreibers.

Gratia et pax a deo patre per Christum.

Bene vobiscum actum esse puto, vir doctissime, quando ex senatusconsulto baptistarum audacia[a]) repressa est. Nos, sive id peccatis nostris, sive magistratus levitate, non dicam negligentia accidat, cum iisce monstrosissimis monstris quottidie bellum gerimus neque tamen unquam debellatum iri credo; tam atrox malum est contentio, tam pervicax hypocrisis, quæ duæ pestes simul omnem charitatem (qua verus constat christianismus) depopulantur atque funditus extinguunt[b]). Parum erat neque magni negotii, Antichristum regno suo expellere, sophistarum argutias refundere atque contradicentes ἐπιστομίζειν; nam simulatque iis tenebris divini verbi fax adhibita esset, mox ut fumum evanescere oportuit. Cum his acrior pugna et multo difficillimum[c] bellum est, qui ipsa luce tenebras offundunt et lucidissima divini verbi luce spiritum verbi obscurant. Sed optimis quibusque bonis sua vitia insidiantur et bono semini inimicus zizania superseminat, Herodes Christum herbescentem in flore occidere tentat, neque apostolis pseudoprophetæ et falsi fratres defuerunt, qui nascenti ecclesiæ lacesserint negotium, quod ipsi in epistolis suis queruntur, magno studio nos præmunientes. Quid sibi aliud vult scientia inflat et plus sapere, quam oportet, et periculum in falsis fratribus? sapient terrena animalis diabolica contentio et æmulatio? Deus optimus det nobis spiritum unitatis et mansuetudinis simulque constantem animum, quo fervendis malis simus pares. Commodum nactus nuncium, vir doctissim

volui te nugis meis turbare simulque admonere, ut, quem antea semper tanto amore complexus es, Leonem tuum, non sinas flegmate perire. Nam non puto tibi excidisse, quantam mihi spem suggesseras facile fore, ut pungens id in stomachi ore pelleretur, teque assignaturum pharmaca, quibus id fieri deberet. Non præterit dies, quin post meridiem hora secunda eructuationes huiusmodi sentiam. Tu donum hoc a deo tibi datum fratri communicare non cessabis. Vale, vir egregie; salutabis meo nomine uxorem tuam castissimam atque Georium Vadianum, virum pientissimum. Ex Tiguro, 6. Idus Augusti 1525.

Leo Jud tuus.

Præstantissimo viro, Vadiano artis . . . peritissimo suo *amico charissimo.*

a) „t" für „c". — b) „extingunt". — c) „difficilimum".

[1]) Vrgl. Brief 371.

432. II 240.

Hans Gebentinger[1]) an Vadian.

Baden. 1525. August 26.

Bericht von einem Ratschlag der Städte in Basel, um zwischen Adel und Bauern zu vermitteln. Heerzüge gegen die Bauern.

Lieber herr. Wüssend kurtzlich, das mine herren von Zürich Bern, Solutorn, Basel und Schaffhusen ietz zů Basel by einander gesin und wellen zwüschen dem adel und purschafft imm Ellsaß und Sundtgow zů friden handlen. Aber wie sy in der sach habend wellen handlen, sind die purschafft hinin gen Basel komen, aber vast wenig adelß. Doch summa summarum so wyl der adel von kainer richtung hören sagen, und aber die purschafft embüt sich gen dem adel alles zů thůnd, so sy von alter har zů thůnd schuldig sind gesin etc. Und allso sind die obgenanten botten unsere herren wider haim geritten. Der von Zürich pott ist genant vogt Rubli und hie zů Baden durchgeritten; hatt sölch hie zů Baden gesagt, und wie der hertzog von Luttringen heruß zuch uff acht tusendt starck, die purschafft zů straffen. Hatt ouch witter gesagt, das der adel 4 oder 5 dörffer umb Ensen verbrent hab und das hertzog Ferdinandus ouch mitt ainem zug hinab zůch wider die puren etc. Sölchs alß hatt der Rubli von Zürich gesagt. Gott kumm der armen rott zů hilff. Ich hör ietzůmal nütt anderß, dann das wir uns wol muessen erliden von deß evangeliß willen;

dann da ist nütt dann ketzeren und bůben. Es ist uff nechst fritag ein pott von Basel hie übernacht gelegen, der sagt, er můsti uff hütt sampstag zů nacht zů Appenzell sin. Was aber die sach sy, hab ich nitt mögen erfaren. Lieber herr doctor, sagend Cristan schribern, der kronenschriber laß inn vast grůtzen. Nitt me; gott sy allzytt mitt üch. Datum zů Baden, sampstag nach Bartholomei 1525. Alß in yll geschehen.

Hans Gebentinger
deß Bechingers diener.

Doctor Joachim von Watt zů handen.

[1]) Von *Hans Gebentinger* ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

II 241.

433.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. September 22.

Die Kämpfe gegen die Wiedertäufer. Verweisung auf den Bericht Georg Binders über die Häupter der Wiedertäufer.

Gratia et pax a domino. Omnem tragœdiam nostram ex ordine reddet Christianus, cui omnia memoravimus, pręstantissime Vadiane. Res ipsa atrocitatis plurimum habet; sed Iupiter almus sua voce nutuque omnia sic reget, ut in eius gloriam cedant. Quod senatus[a]) paulo lenius cum perduellione isto deprehenso egit, nihil te moveat; stimulus fuit ista cessatio ad rem constantius posthac gerendam. Incidunt nonnunquam in civitates ceu in humana corpora valetudines, quas cordati masculique cives sic deinde curant et cavent, ut satius videant esse ac utilius nonnunquam incidere, quam perpetua sanitate frui; istud enim cautos reddit ac sollicitos, hoc vero supinos ac dissolutos. Medentur nunc omnes boni casui isti, ut nihil sis desideraturus. Sed ecce cum iam hanc epistolę partem absolvi, cum Christiano demum collocutus, didici, non proxima rediturum esse ad vos, unde et huic epistolę non fui ausus, quę cupio, credere. Brevi dabitur fidus aliquis tabellio, cui committere liceat cartam, animi consiliorumque nostrorum nunciam. Sunt enim, quę et te et vos omnes scire interest. Nunc Binderum monui, ut, quemadmodum petivisti, consceleratorum istorum audaciam describat. State immoti atque alacres, nihil veriti subventaneas istorum minas, qui umbra se terrere putant. Noster senatus[a]) ne unguem[b]) latum cessit a proposito pietatis itinere, et hi, quorum instigatione creditur Helvetios quosdam subornari, vix hiscere

sunt ausi, ut equidem audio, in senatu[a]. Scriba iste spurius, congerro soceri tui, copiam loquendi cum petivisset consulque negaret, audax tamen belua ordiri quiddam fuit ausa, cum iam de respondendo esset manifeste deliberatum. Ibi defunctus consul Rœstius hominem accipere; verum antequam quicquam suarum versutiarum profudisset, sic est cęterorum quoque indignatione lapidatus, ut nisi vehementer infelix[c] sit futurus, discere merito debeat non maledicere vel blasphemare. Nihil est vobis metuendum, quemadmodum ex literis nostris propediem disces. Furiosas istas tigrides[d] benigne, si veniant, potestis tractare, ne scilicet aliquid dissidii apud vos pariant, nihil alias crudelitatem earum veriti. Salvos iube nostro nomine fratres omnes, uxorem, liberos, Sertorium et Ioannem Gebentingerum. Vale. Ex Tiguro, 22. Septembris MDXXV.

Huldricus Zvinglius tuus.

An herren doctorn Joachim von Watt, sinen günstigen herren und fründt.

a) „e" geschwänzt. — b) Ergänze „quidem". — c) „infœlix". — d) „tygrides".

[1]) Vrgl. I, Brief 100.

* * *

(Anhang zu vorstehendem Brief.) XI 40.

Non immerito quidem tam adversis rumoribus rerum nostrarum vos perculsos esse scribis, Vadiane optime! Sunt enim qui, quum crudeliter agere non possint, quod ab aliis crudeliter actum aut dictum est, crudelius atque maiore atrocitate referant, ut verbum dei eiusque præcones[a] et assectatores omnibus odiosos faciant. At nos contra decet semper imperterritos esse, utqui soli deo confidimus atque, utcunque ille nobiscum agat, semper recte agi. Verum plane noctuas Athenas, ut dicitur, ferre viderer, si te, qui et verbo et spiritu doctior es, docere velim. Hortari tamen licuit. Nunc itaque tragœdiam omnem, utut acta est, nostris verbis prosequar! Es sind zwen xellen, einer ein wäber, der ander ein metzger bym wynn eins worden (also hatt der ein am seil verjähen) unnd einandren bracht, sy wellind dem Zwingli die fenster inwerfen, nimirum gratificaturi quibusdam, quibus Zinglius semper adversus est. Unnd nach der 9. stund sind sy an die kilchgaß komenn und habend angefangen, dem custor Heinrich Utingero herußrůffen, sprächende: «wo bist? gang heruß, du langer ketzer. Du bist ein zwölfpot, wie Judas etc.» Darnach eim andren gotlosen pfaffen ein ägersten im keffy gestreyt unnd zer-

rissen. Demnach an Zwinglis thür gestossen und gerûfft: «gang heruß, du rotten Ûly, das dich gotzertrich schend als ketzers, du dieb, chûgehyer, Glarnerchûgehyer, weltverfürer, das dich gotz † schend» etc.; tam crudeliter omnia, ut Erynnes ac furias ab inferis excitatas esse credideris, immo crudelius: «Wo ist din kleiner huff? es gat dir, wie den teufferen. Wir wend die ketzer all töden». Omnia autem simulata voce, ita ut omnino agnosci non possint etc. In dem stûnd Zwingli uff zû sim schwert; lûgt, ob man im nit inß huß gestigen wer. Als er aber nieman fand, hatt er nieman wellen weken; gedacht wol, was für ein uffrûr worden weri, wo er oder ieman geschruwen hett. Also wurdend im die fenster alle zerworffen. Do sprach er zû inen: «Ir mörderschen böswicht, habend ir etwas an mir zû sprechen, worumb sûchend ir mich nit tags?» Sprach einer: «Ich wand, du furchtist dir nit.» Sprach er: «Ich fürcht dich ja nit, wen ich by dir in eim finstern wald were.» Sprach diser: «So kum herab.» Sprach Zwingli: «Wenn du frumm werist, ich wolt zû dir». Also wurffend sy für und für mit grossen schwûren und unmenschlichen worten: «O wê, wê, der dieb hatt nut gantzes me etc.»; das nit müglich ist, ze schryben. In dem war kein nochpur, der ützid sprech; dann es sind fast all pfaffen und eins teils krank lüt, also das niemans herfür wolt. Ich hatt ouch min harnusch und schwinspieß an; gedorfft aber allein ouch nit heruß; daran mir fast wê geschach; denn sy sprachend: «wo hast din kleinen huffen?» Also schiedend sy by langem mit irem gschrey und ungestûmy hinweck, das niemans ander gedacht hett, es were ein hinderhût vorhanden. Es was ouch der prior von Torberg in siner kamer; der hatt nüt, das er werfen könd, denn houptküssy. Zû dem kam Zwyngli unnd trost inn, er solt nit erschrecken; man mûssty deß gwonenn! In summa: Zwingli was wol besind unnd unerschroken. Am andren tag fand man den einen in eim kleinen fesslin; den hatt man in mörderthurn gelegt. Der ander ist durch die schnelly hinuß geschwummen. Reliqua, quę maioris ponderis erunt, in literis Zinglii reperies. Ego occupatissimus sum in transferendo subsidio Zinglii. Volui tamen tibi gratificari, quantum licuit. Vale in Christo Iesu, domino nostro, cum coniuge ac liberis. Saluta meo nomine fratrem tuum Hieronymum, sororem Otiliam etc. Hûttend üch vor den secteren. *Georg Binder*, tuus.

An her doctor von Watt zû S. Gallen, minen günstigen unnd sunders lieben fründ.

a) „e“ für „æ“.

434. II 242.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1525. October 5.

Die Kämpfe gegen Papisten und Wiedertäufer. Der Vorschlag Vadians, die kirchlichen Streitigkeiten in einem allgemeinen Ratschlag beizulegen, wird von ihm als undurchführbar bezeichnet. Seine Unzufriedenheit mit dem Gang der Dinge in Bern.

Gratiam et pacem domini. Successum verbi sub manu tua Cristannus hic noster candide in diem prædicat, vir ipse nimirum christianus, quantum video, et pie eruditus, a quo vicissim res nostras ita, ut sunt, vere audies; quas cum unius Christi esse agnoscam, utcunque gerantur, improbare non audeo. Video, ut papistę fugitando glorias efflant inaneis et nescio quid vanę fiducię in principes et carneum suum brachium ponunt. Iudęi enim præposteri suum quottidie præstolantur Messiam; et ut olim sua pertinaci incredulitate Christum velut hominem, fabri filium, minus potentem, minus sanctum, ut Messiam præstaret, refutabant, ita nunc papę malitia[a]) apud[b]) illos, etsi orbi cognita sit, tanta non est, ut eum Antichristum credant ipsissimum. Necdum res compositę sunt cum iis et negotium facere incipiunt Anabaptistę; quorum nova doctrina hactenus ecclesię Christi incognita notam non mediocrem inureret proserpens, ubi primę eruditionis viri (qualem et te tota fidelium apud[b]) Helvetios turma agnoscit) tam potenti gladio spiritus non oppugnarent. Attentat nimirum Sathan et periculum facit nunc imposturis et sectis, nunc sanguine fuso. Sed interim nobis nihil peribit, perdito etiam corpore, sicut brevi perdendi videmur, fortior est, qui in nobis est, quam qui in mundo. Vos certa manet salus, quantumvis Sathanę organum impia tyrannide infervescat. Potens est Christus, ut depositum nostrum servet in illum diem. Ceterum quod scribis, charissime Vadiane, nulla re magis Helvetiorum concordiam staturam in his, quæ ad animarum salutem attinent, quam coitu celebri et synodo publica: sed cum nihil minus quam lucem adversarii pati possint, nihil minus sperandum arbitror, ut aliquando nos convenire sinant; quorum omnis opera et labor est, ut omnia perdant et invertant. Statutus erat mihi dies ante annum, ut coram senatu et plebe contra pedicatorem quendam mirum impostorem et dicaculum agerem. Sed id fieri non potuit, cum monachus se non habere disputandi facultatem a priore suo nec adesse competentes iudices assereret, favente procul dubio magistratu. Ita undique testantur se magis tenebras diligere

quam lucem. Facile iudicare potes, quam animati simus in evangelium Christi: qui cum edicto publico typis invulgato verbum domini pure et sincere[c] prædicare non semel demandarint, interim tamen omnia pro libidine in contrarium statuant, ut plebs nihil minus possit quam verbo audito obsequi. Hinc rerum omnium nihil immutatum est apud[b] nos. Solo verbo e cordibus hominum omnia decidunt et spiritu oris sui dominus abominationem omnem in credentium pectoribus interficit, qui et pro nutu suo aliquando omnia secundabit. Periculum siquidem facio in omnibus, nunc opportune et cum magna modestia, nunc importune palam eos redarguens, ut iam dudum, quæ dominus prædixit, mihi comitarem. Ad interim sui similes semper manent, ut nisi dominus ipse suo spiritu et potentia (quod indies precamur et speramus) omnem impietatem eradicet, frustraneus sit omnis noster conatus. Proinde, mi frater, cum videam mundum principem suum totum referre, cum videam impiorum ferociam et perpetuos furores, cum palam sit multos e nobis proficisci, qui tamen ex nobis non sunt, adeoque omnia plena periculi, ut hoc solum cum Iosaphat rege residuum sit, oculos nostros in dominum defigere: te quoque admoneo, ut aliquando preces pro nobis ad dominum effundas, quatenus nos suo spiritu dignetur, ne quid unquam attentemus christiano indignum. Postremo quam nunc ultimo tragędiam Sathan mihi moverit, a Christanno audies. Interim meas ineptias boni consulas. Vale et salve semper! Bernę, 5. Octobris anno XXV. Tuus *Bertoldus Hallerus.*

Prędstantissimo viro Ioachimo Wadiano, apud Gallum a consulibus, domino et fratri suo cum primis observando.

a) „c" für „t". — b) „aput". — c) Erstes „e" geschwänzt.

[1]) Von Berchtold Haller, dem bernischen Reformator, sind 28 Briefe an Vadian — aus den Jahren 1525—1536 — in unserer Sammlung.

II 243.

435.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. October 11.

Verweisung auf die mündlichen Berichte des Überbringers. Seine Absicht, auf die Angriffe Bugenhagens und Balthasars (Hubmaier) von Waldshut öffentlich zu antworten. Schappeler und die Bauern. Mahnungen Ökolampads. Grebel und Blaurock in Haft.

Gratia et pax a deo. Narrabit ex fide, ut arbitror, quę cum illo commentati sumus, Christianus noster, quem hercle virum bonum esse arbitror vel hoc argumento, quod tam probe perfert, quę illi creduntur.

Promiseram vero nuperis literis, ubi tutum latorem nanciscerer, quędam II 242.
scripturum, quę non temere possint omnibus committi. Ea tu ex Christiani sermone auguraberis, quem cum illo miscui. Ac ne tibi aliquid desit, si forte memoria eius non sufficeret, mone illum, ut memoret, quę nos de liberis ac imperialibus civitatibus retulimus et quę de principum ac nobilium rapacitate, quo tandem eruptura sit; postremo quę de insulis Aegyptiacis, hoc est de domibus muro cinctis inundante Nilo etc. Colliges autem syncretismum nos tenere debere, etiamsi instrumentis non liceat, tamen fide. Malo enim fœdus, quod fides servat, quam quod cum membranis putrescit, beatioresque sunt amicitię[a], quę fide durant, quam ad quas instrumentis cogimur; unde vobis apud nos omnia secura et integra esse non potestis ambigere. Nos enim una eademque fides coniunxit. Monuimus, ut, ubicunque possit, hostis nostri diaboli arma auferantur, hoc est, ut ea aboleantur, quę contra deum extructa sunt. Scribo nunc responsionem ad epistolam Gugengagii (!) Pomerani, quam ille imprudenter nimis contra nos effudit. Id ubi absolverimus, adversus Balthazarem Waldshûtanum accingemur, qui stolide nimis baptismum infantium et ἀναβάπτισμον adultorum tractat, cum multa sacrarum literarum iniuria ac violentia. Insimulant Wittembergenses, superciliosissimum genus hominum, Sertorium nostrum, quasi condiciones[b] sive articulos seditiosorum agricolarum finxerit, quod ego in literis ad Froschouerum inde missis vidi. Sed fortasse nihil intererit, revellere istorum falsam opinionem. Medentur nunc omnes intempestivę furioseque Lutheri invectioni, qua bis infelices[c] homines non modo insectatus est aut proscidit, sed atrocissimis beluis obiecit. Scripsit enim Melanchthon lingua Germanica adversus eorum articulos, Lutero nimirum advocans. Oecolampadius proximis literis monuit, ut calamum in procinctu habeam; satis enim eorum futurum esse, qui contra nos de eucharistia scribant. Ego contra iussi intrepide stare, etiamsi monitore non habet opus. Christiana res apud nos eodem semper in statu est. Cunhardus (!) Grebelius cum Georgio isto mota mente homine Grûningę captus est ac in nervum coniectus. Quęsivit semper malis avibus bene ingeniatus aliquam tragœdiam; nunc nactus est. Faxit deus optimus maximus, ut nihil eius verbum offendatur; nam quidam soceri tales sunt, ut non modo parum spei, sed etiam parum fidei illis tribuam. Vale. Ex Tiguro, 11. die Octobris MDXXV. *Huldricus Zvinglius.*

Doctissimo piissimoque doctori Ioacimo Vadiano, fratri suo ante omnes grato. (S. Gallen.

a) „amicicie", „e" geschwänzt. — b) „t" für „c". — c) „infœlices".

l) Vrgl. I, Brief 100.

I 244.

436.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1525. October 12.

Dank für die übersandten Heilmittel und Bitte um Angabe des Preises. Bericht über sein körperliches Befinden.

Gratiam et pacem.

Coegit me, vir doctissime, Christianus scriba, ut tibi has scriberem litteras; non quod invitus ad talem tantumque amicum, tam de me optime meritum, scribam; sed quod illibenter doctissimum te virum nugis meis a seriis negotiis[a]) ac melioribus studiis avocem. In primis autem ago gratias immortales, doctissime Ioachime, tum pro exuberantissimo tuo in me amore, quo me tam immensis beneficiis adobruis, te mihi totum exhibes, tum pro pharmacis illis, quæ nuper ad me misisti, cathartico scilicet et pillulis, tibi, inquam, et Chironi et Aesculapio meo. Iam vero non satis est egisse gratias, nisi et pharmaca pecunia redimam, quam nimirum iamdudum misissem, si tu me litteris tuis, quanti apothecarius æstimasset, certiorem reddidisses; nam ignarus non sum, hæc parvo non constare. Quodsi mihi non scribis, facis, ut te posthac adire non audeam. Velim etiam, si fieri possit, ut huius medicinæ descriptionem, quam R.[b]) vocant, ad me transmittas. Catharticon cum deglutiissem, ab undecima ad vesperam usque decem egestiones operabatur, ceterum pillulæ, quarum decem una vice insumpseram, ad Septembris finem omnino nullam; qua ex re mirum in modum territus sum. Metuo[c]) enim, ne in fundo stomachi adhuc hæreant; nam neque altera neque sequentibus deinceps diebus quidquam sensi. Porro morbus meus ita pulsus est cathartico, ut raro admodum cruditatem atque eructuationem sentiam. Soleo iam quasi singulas noctes post primum somnum ita toto corpore sudare, ac si in æstuario aliquo aut sudatorio balneo essem. Sed quid hoc recenseo, cur queror? cum non secus in veteribus corporibus quam in antiquis ædificiis continua debeat esse ruinarum instauratio. Quin non lætus et summo cum gaudio, ut christianum decet, corporis hanc infirmitatem fero? cur non pro hac deo meo gratias ago, cum tamen nonnunquam corporis imbecillitas

spiritus robur adiuvet et virtus dei in infirmitate nostra perficiatur? Deinde adflictio tolerantiam, tolerantia[d] probationem parit et probatio spem, quæ nunquam pudefiet. Sed caro sumus; quare minime advertimus dona hæc tam magna, quæ benignissimus pater noster nobis mittit neque pro iis gratias agim*us*. Deus optimus maximus tibi pro ingentibus beneficiis tuis et temporalem hic et æternam alibi mercedem, nobis tolerantiam ac constantiam tribuat. Bene vale, vir doctissime, cum castissima coniuge tua ac dilectissimis liberis. Ex Tiguro, 4. Idus Octobris 1525.

Leo Jud tuus.

Doctissimo

a) „c" für „t". — b) Zeichen für „Recipe". — c) „mœtuo". — d) „tollerantia".

f) Vrgl. Brief 371.

437. XI

Georg Binder[1]) an Vadian.

Zürich. (1525.) December 20.

Neue Schriften. Bericht über ein Gespräch Zwinglis und Leo Juds mit Balthasar Hubmaier über die Kindertaufe. Empfehlung eines Ungenannten. Heirat des Commenturs Schmid und Tod des Jakob Wiesendanger.

Quid novi Argentorati aut Basileæ fiat, nobis sane non constat, pręceptor observande; tantum quod aiunt Chiliades Erasmi iam rursum ab Frobenio premi. Tiguri vero testimonia veterum περὶ τῆς εὐχαριστίας Ioannis Oecolampadii Latina lingua excusa sunt et a Ludowico Häzero in vernaculam nostram tralata ante nativitatem perficientur. Hagerus alter chalcographus dialogum perfestivum Nicolai Manuel Bernensis sub prelo habet. Zwinglius doctorem indoctissimum Balthazar Filtzhût[2]) von Waltzhûtt, Svevicam ranam alias loquacissimam, hesterna luce prelo[a] divini verbi adeo in angustum compressit, ut ne hiscere quidem posset. Cur hominem (dices) christianum bestiam appellas? An is tibi christianus esse videtur, qui veritatem, quę Christus est, fateri cunctatur? etiam tunc, cum maxime oportet. Verum ut rem omnem, utut acta est, penitus intelligas, non gravabor, quando tibi gratissimum esse scio, longius eam prosequi. Ad quæstionem[b] ductus Balthazar supplex petiit, ut, si quomodo fieri possit, ad Zvinglium et Leonem in colloquium super baptismo admitteretur; quod quidem factum est heri circiter horam primam in prętorio coram duobus maioris et duobus minoris senatus præsentibus[a] et commendatore

in Küsnacht (qui, ut hoc obiter dicam, puellam, quam a puero educavit, nuper in uxorem accepit), Hinnrycho Engelhardt, Sebastiano Hoffmaister, Myconio, Ammano, Ioanni Hallero, adiutore ecclesię nostro, et quodam parrocho ex ditione Grüningen, prothoscriba nostro, et aliis perpaucis quibusdam. Zvinglius introductum doctorem humanissime salutavit; sic etiam Leo etc. Cum itaque senatores utrisque copiam dicendi fecissent, Balthazar petiit, super omni negotio de baptismo informari. Zvinglius summa modestia hominis audaciam atque inscitiam, quam factis, literis et libellis passim prodidisset, increpavit. Deinde scripturę locis pueros baptizandos esse abunde (ut tute novisti) probavit, objectionibus respondit, adeo ut iam plane nihil reliquum faceret, quod infringi posset. Balthazar narrationem longam orsus dixit, se Zvinglii verbis et scriptis et aliorum in hanc sententiam commotum inisse. Zvinglium enim (cum quo argumentum hoc primum contulerit) olim Tiguri dixisse: pueros, antequam fidem essent edocti, non esse baptisandos, idque in articulis suis scripsisse. Quod, quam falsum sit et minime verum, tute ipse in proximo concilio audivisti. Ecce quam invidia atque odium ψευδοβαπτιστούς illos excęcaverit, adeo ut claram linguam Germanicam, immo vernaculam non intelligant. Zinglius(!) scripsit de docendis pueris; illi intelligunt de non baptisandis. Tandem perventum est ad synekdochas, quarum quidem alteram I Cor. 10 de patribus Mare Rubrum transgressis admisit. Quæsitus[a]: an pueri quoque transissent? consensit et synekdochen[c] esse adseveravit, ne nihil figurarum intelligere videretur. Quæsitus[a] de altera Act. 2: anne hii, qui bona sua in commune dedissent, liberos suos quoque in ecclesia aluerint? respondit: Deum hoc scire; sibi de pueris non esse curam, quod is locus de baptismo nihil dicat etc. Ex his nimirum satis intelligis, quid tergiversator ille suffugere voluerit etc. Alia ex Zvinglii literis fortasse magis intelliges. Postremo petiit, ut Leo, Myconius et Sebastianus nodos et scrupulos quosdam, in quibus hæreret[a], dissecarent, ut scilicet conscientia libera libere quoque loqui posset, quicquid tandem dicturus aut revocaturus sit. Videbatur enim nonnihil ad revocationem alludere. Hactenus libuit tecum ineptire. Tuum est, illepidis literis atque inelegantibus Vulcanum subdere, qui eas excolat. Quod superest: iuvenem, de quo tibi Tiguri locutus eram, commendatum esse velim. Bonus christianus est factus ex prædicatore Dominicastrio, civis Tigurinus, non ingra-

tus senatui nostro. Eum, si potes, protoscribæ vestro discipulum addas. Habet enim (audio) et proprios filios scriba vester, cum quibus, ut arbitror, maiorem fructum facere posset. Consule itaque, quantum potes, ut saltem dimidium annum, si non integrum, eum docen*dum* adsumat. De pretio[d], cum ad vos venerit, eum certiorem faciet ipse. Rescribe etiam ocius[e], quid in ea re egeris. Salutem plurimam impertiri velis Christianno Fridbolt, Cůnrado Spek, sorori et inprimis uxori tuę, Dominico et ceteris fratribus in Christo. Salutat vos Sebastianus Hoffmeister, Clivanus et Amanus, et ceteri. Iacobus Ceporinus hac miserabili vita liberatus vivit æternam vitam[3], quam de*us* optimus maximus omnibus impartiri velit. Amen. Tiguri, die Veneris ante nativitatem.

Georgius Binderus, tuus
deditissimus discipulus.

Domino Ioachimo Vadiano, viro integerrimo, præceptori suo observandissimo.

Zů Sant Gallen.

a) „e" geschwänzt. — b) „e" für „æ". — c) „sinekdochen". — d) „c" für „t". — e) „ocyus".

[1]) Vrgl. Brief 129. — [2]) Offenbar spöttische Bezeichnung von Balthasar Hubmaier. — [3]) Jakob Wiesendanger starb am 20. December 1525, also am gleichen Tage, an dem der Brief geschrieben wurde.

Nachträge

aus den Jahren 1509—1525.

Im Folgenden finden sich neben einzelnen vollständig datierten, in unserer Sammlung aber an unrichtiger Stelle eingereihten und daher zuerst übersehenen Briefen vor allem diejenigen Briefe zusammengestellt, welche zwar kein oder doch kein vollständiges Datum tragen, bei welchen aber aus dem Inhalt oder anderen Merkmalen mit Gewissheit, beziehungsweise hoher Wahrscheinlichkeit geschlossen werden kann, dass sie der Zeit vor 1526 angehören.

Es waltete ursprünglich die Absicht vor, alle diese in Band XI und XII unsererer Briefsammlung lediglich den Autoren nach zusammengestellten Briefe zurückzulegen bis nach der Ausgabe sämtlicher datierten; nachträglich schien es aber doch zweckmässiger, hier diejenigen folgen zu lassen, welche in den Zeitraum der bis jetzt herausgegebenen drei Serien vadianischer Briefe fallen (1508—1525), und künftighin jeder einzelnen Serie diejenigen Stücke beizugeben, die mit voller oder annähernder Sicherheit ihr zugewiesen werden können. Wenn bei der Bestimmung des Datums etwa nicht alle dafür in Betracht fallenden Publicationen berücksichtigt worden sind, so möge dies mit der Beschränktheit der literarischen Hülfsmittel entschuldigt werden, welche uns hier zu Gebote stehen.

Auch einzelne andere, erst seither in unsern Gesichtskreis gekommene oder in der regelmässigen Reihenfolge nicht unterzubringende Stücke konnten in diesem Nachtrag berücksichtigt werden, wie gerade Nr. 1, die der zweiten Ausgabe des Hortulus von Walahfrid Strabo vorgesetzte, schon aus dem Jahre 1509 stammende Widmung an Tannstetter. Jene uns bisher nicht bekannte zweite Ausgabe des Hortulus ist vor zwei Jahren von Hrn. Geheimerat Dümmler in Berlin der hiesigen Stadtbibliothek geschenkt worden. Die ihr vorgesetzte Widmung ist dadurch von ganz besonderem Interesse, weil sie uns über die vorübergehende Rückkehr Vadians nach St. Gallen im Jahre 1509 noch bestimmtern Aufschluss gibt, als die gelegentliche Erwähnung in der später geschriebenen Widmung der ersten Ausgabe.

1.

Vadian an Georg Tannstetter.

St. Gallen, 1509. August 20.

(Vor der Nürnberger Ausgabe des «Strabi Fuldensis monachi . . . Hortulus» vom 9. Juli 1512. Vrgl. St. Gall. Mittlgn. XXIV. S. 231, Br. 4.)

Ioachimus Watter, Vadianus, Georgio Tanstetter, Collimicio, astronomo s. p.

Visus sum mihi ex officio rem agere, Georgi doctissime, si Strabi Fuldensis hortulum hunc, multis retro sæculis[a] consitum, non tam herbarum varietate, quam stili suavitate iucundum, tuæ iam Humanitati nuncupatim offerendum curaverim. Non eius modo gratia, quod de me semper fueris quam optime meritus atque indies magna ubique benevolentia[b] quam amicissime prosequaris, verum quod et medicum studiosissimum et bonarum litterarum amantissimum te semper animadverti, ratus ex tenui hoc codiculo utriusque tibi quasi fomentum affuturum. Quem ego, dum nuper in patriam (ut scis) e gymnasio nostro Viennensi, rationis gratia cum amicis faciundæ, fui profectus, vetustissima cœnobii Sancti Galli bibliotheca atque antiquorum codicum refertissima (qua etiam annis superioribus Pogius ille Florentinus Quintilianum rhetorem, tota ferme tunc Italia sepultum, elimatum repperit)[c] labore subcisivo et tumultuario discursu sum expiscatus, dedique, ut potui, operam, quatinus polychronius ipse et trisæcli Nestore senior, angulo situoso decerptus, elimatior[b] aliquantulo vultuque sereniore in lucem prodiret. Cuius ego progressus antesignanum[d] te potissimum delegi, ut, si quando Theoninus igniculorum[e] cuneus telis plus solito venenatis moliretur excidium, ea, qua semper soles, virili constantia consereres manus viresque male natæ catervæ actutum subnervares. Constat autem (ut omni prorsus suspendio eripiaris), hunc Strabum, ordinis divi Benedicti monachum et adhuc adolescentem, Rabanum Maurum illum trilinguem atque admirandæ doctrinæ Germanum, cœnobii Fuldensis ea tempestate abbatem, habuisse præceptorem; quod eius epigrammata ad eundem quam scitissime conscripta testantur. Apud quem et poeta insignis et electus omnino theologus evasit; quod et operibus ab eo postea compositis facile apparet et quorum vel doctissimum est suum in Genesim interpretamen, ab Ioanne Pico comite in capitulo primo expositionis secundæ heptali serio citatum. Glossam[f] etiam, quam sacris in litteris ordinariam nuncu-

pant, primus omnium congessisse fertur. In Exodum item opus scripsit non sane proletarium. Quantus autem lepore fuerit quamque mellifluam poetandi venam habuerit, hortulus ecce præsens indicat, ex amplissimo certe suorum carminum quasi campo subtractus, ut recte affirmare possim, agellum tibi oblatum quamquam cultum, suorum tamen iugerum minimum. Exscribendi enim cætera, quæ vetusto exemplari agminatim nanciscebar, tametsi summe placerent, otium[b] non suppeditabat; quamquam et nihil hic sit, quod me, si velim, non sperem aliquando habiturum. Tanta est et Francisci abbatis observandissimi et cœnobitarum monasterii divi Galli in me minus merentem benevolentia et humanitas. Mortuum autem accepi Strabum in cœnobio insulæ vulgo Reychenaw, Constantiensis eius lacus, quem Venetum appellat libro tertio[b] geographus Mela; quo et divus Marcus evangelista quiescit, unde quidam, nominis conformitate decepti, eundem Veneto mari, quod pars est Adriatici, sepultum esse falso crediderunt. Ad Grymaldum vero, in Sancto Gallo abbatem eo tempore, indidem confecit hortulum, ut calce libelli cognoscitur. Floruit illius Ludovici temporibus, qui Caroli Magni fuit filius, anno a partu Mariæ octingentesimo et sexagesimo, quamvis sint, qui aliter sentiant. Utcumque tamen se res ad annos habeat, non multum anxie rimeris velim. Verum potius autorem ipsum, quem muneris loco prægrandis ad te iam mitto, animo, quo soles, benigno fronteque non caperata suscipias amesque. Misissem per Herculem, si præsto fuissent, maiora multo. Sed mola tantum salsa litant (inquit Plinius)[1]), qui thura non habent. Et forte nil maius ad te potuit deferri, ad te, inquam, cui quæ rara et quæ itidem docta sunt, dudum iucundissima fuerint. Vale et me vicissatim ama. Ex oppido Sancti Galli, patria, XIII Kalendas Septembris, anno sesquimillesimo nono.

a) Durchgehends „e“ für „æ“ und „œ“. — b) „c“ für „t“. — c) „reperit“. — d) „antesingnanum“. — e) „ignaculorum“. — f) „glosam“.

1) Nat. Hist. XVIII. 2. 2.

2. XI 102.

Georg Tannstetter[1]) an Vadian.

Wien. (1510?) März 16.

Angeblicher Unwille des Kaisers über Laurenz Saurer und Vadian wegen einer in des Kaisers Grabmal gesteckten Inschrift. Bitte, bei dem Viztum Saurer ein Privileg für astronomische Schriften auszuwirken, und um Empfehlungen, besonders bei Erasmus Strenberger.

Felicitatem[a] optat. Frater charissime, nuper te abeunte subito figmentum oriebatur: Cæsarem scilicet maxime indignari adversus domi-

num nostrum Laurentium Saurer propter inscriptionem sepulchro Cæsaris reconditam, quod et tuas aures, dum hic eras, non semel pervolavit. Addidere nonnulli, quos æmulos[b] tuos esse arbitror, vicedominum ob eam rem vocatum, qui tandem coram Cæsarea maiestate omnem culpam in te transtulisset, tanquam in illum, qui litteras illas adulationis gratia confecisset. Postea autem et te ob eam rem vocatum esse existimant, nec tui æmuli[b] aliter sperant, quin indignationem Cæsaris incideris. Age igitur, mi Ioachime, ut cum gloria redeas et propositum tuum ad finem optatum traducas, ne æmulis[b] tuis fabula fias. Vellem etiam, quod vicedominum nostrum[c] ad partem, nemine præsente[b], de tot et tam iniquis oblocutionibus certiorem faceres. Fortassis et ipse cogitaret, ut gloriosius rediret et tot suos æmulos[b] et oblocutores inani et perversa spe frustraret penitus. Ceterum[d] copiam domino meo vicedomino privilegii cuiusdam dati astronomo Heidelbergensi[e] mitto, cuius tenor est: *Ne quispiam, nisi cui dederit, prognostica sua et schedas minutionum imprimere audeat in 10 annis.* Cupio habere simile privilegium et extendi paulo altius copiam ad alios libellos vel tractatulos proprio meo ingenio elaboratos: Procli commentum[f] sphæræ[b] et alia, de quibus sæpe[b] nobis conversatio fuit[2]). Tu, rogo, sollicita mihi apud dominum vicedominum, quia variis aliis et quidem maioribus involutus est negotiis, meque illi commenda et apud alios, ubi occasio se dederit, præsertim[b] apud d(ominum) Erasmum Strenberger, commenda iudicia[g] mea per terræ[b] motum, quem ego solus prædixi[b], etiam apud vicedominum; ita enim oportet amicus pro amico facere inter curiales. Ego hic, ut semper feci, honorem et commodum, quocunque possum, procurabo. Vale. Ex Vienna, 16 Martii.

Georgius Tannstetter d(octor).

Præstantissimo viro domino Ioachimo Vadiano, artium et philosophię magistro, poetices candidato, amico et confratri optimo.

An maister Joachim Vadianum.

a) „fœlicitatem". — b) „e" für „æ". — c) Aus „nostram" berichtigt. — d) Das erste „e" geschwänzt. — e) „Heydelbergensi". — f) Die Worte „Procli commentum" sind nicht sicher. Das erstere könnte mit mindestens ebenso viel Recht „propter" gelesen werden; das letztere bietet nach der Abkürzung für „con" die Silbe „met" mit Abkürzungsstrich und an diese angehängt den zumeist für die Accusativendung „em", zuweilen aber auch „um" gebräuchlichen Abkürzungsschnörkel. Wir wagen doch nicht „commentarium" aufzulösen. „sphere" darf wohl als sicher angenommen werden. — g) „t" für „c".

1) Vrgl. Register zu I. — 2) Nach gefälliger Mitteilung des Hrn. Robert Billwiller, Director der eidgenössischen meteorologischen Centralstelle in Zürich, hat Tannstetter 1510 die Schrift „Sphæra" des Proclus Diadochus samt dem Commentar des Linacer herausgegeben. Um diese Schrift wird es sich hier also wohl in erster Linie handeln; wir

haben daher die sehr undeutliche Abkürzung vor dem unsichern «commentum» durch „Procli" gegeben. — Für das Datum fällt in Betracht, dass Vadian auf der Adresse „magister" und „poetices candidatus" genannt wird, Tannstetter sich „d(octor)" unterschreibt. Ersteres verweist den Brief zwischen den September 1508, wo Vadian Magister, und den 12. März 1514, wo er „poeta laureatus" wurde, letzteres auf 1509 als frühesten Termin, da Tannstetter vor diesem Jahr nicht als Doctor erscheint. Mit voller Sicherheit geht aus dem Briefe ferner hervor, dass Vadian damals mit dem Viztum Saurer von Wien abwesend war; was es mit der „inscriptio sepulchro Cæsaris recondita" auf sich hat, vermochten wir nicht ausfindig zu machen; ebenso wenig, was für ein Privileg eines Heidelberger Astronomen gemeint ist.*) Könnte dieses bestimmt werden, so wäre damit der sicherste Anhaltspunkt für die Datierung des Briefes gewonnen. Doch scheint auch die Erwähnung des von Tannstetter vorausgesagten Erdbebens einen sichern Anhaltspunkt zu bieten, da unter diesem Erdbeben doch wohl das bei Süss: Die Erdbeben Niederösterreichs (Denkschriften d. k. Akademie der Wissenschaften, 1873, Bd. 33, S. 85), erwähnte, vom 14. September 1509, zu verstehen ist. Der Brief wäre also am 16. März 1510 geschrieben worden.

*) Nach Hrn. R. Billwiller ist aus dieser Zeit nur ein Heidelberger Astronom Johannes Hasfurt nachweisbar: ein keineswegs bedeutender Gelehrter.

3. XI 51.

Rudolf Agricola[1]) an Vadian.

Krakau. 1511.

Sehnsucht nach Briefen von Vadian. Bevorstehende Veröffentlichung seiner Epigramme. Nachrichten über Camers und Hutten.

Quod multis meis ad te litteris nihil responderis, satis mirari nequeo; nihil enim optatius unquam evenire mihi arbitror, quam quum[a]) in larario meo eruditissimi viri Ioachimi Vadiani litteras eleganteis et eruditas plausibiliter interviso; habeam licet, quo iure gestiam, multorum, inquam, clarissimorum virorum chirographum, ut Hemionis Viroti Burgundi, quondam prȩceptoris mei et phœnicis litterarii, qui multiuga eruditione suffarcinatus rem litterariam non mediocriter iuvit, Corvini quoque, itidem prȩceptoris mei, philosophi et poetę gravissimi, Constantii Itali et Ioannis Amati Siculi, nunc prȩceptoris mei, extra omnem ingenii aleam positi, et quorumdam non sine nomine bonarum artium professorum. Verum enimvero[c]) ut dicam, quod sentio, et libere dicam: nullius castigatiores, elimatiores facessat adulatio, quam Ioachimi mei litteras litteratas et sine fuco latinas. — Petis autem, ut, si quid ediderim[d]), te participem reddam. Crede, amice amicissime, tui honorificam mentionem non sine summo Vadiani prȩconio fecisse[d]) sȩpius. Monet Horatius[2]) editionem[d]) non esse prȩcipitandam; quod in prologo Fabius repetit. Librum epigrammatum meorum propediem, ut spero, lecturus es. Mi-

chael testis est, non irrita esse, quę scribo, homo et tui et mei amantissimus. Vale interim et me ama et scribe. Raptim. Ex ędibus Marci bibliopolę. Coram cętera Michael tecum commentabitur; multa siquidem scribenda forent. Ioannes Camers, decus gymnasii vestri, facit, ut ego animi me non parum angam, quandoquidem eius visendi ardore pæne[e] defecerim[d]. Miror, hominem sacris occupatum mysteriis[f] rempublicam litterariam tot iuvare lucubrationibus. Hortare, mi Vadiane, ut prosit nobis posteris. Cuius ego quoque mentionem honorificam, licet absens et ignotus, celebravi. Vivit apud nos quoque magni nominis. Iterum vale.

Rudolfus tuus *Agricola.*

De carminibus Hutteni non est, quo te angas. Lectiones tamen publicę cum privatis fecerunt[c], ut dilatum sit. Placet mihi Huttenus, qui a facie Lipsig mihi notus fuit. Legam publice.

a) „qum". — b) Statt „æ" geschwänztes „e". — c) „emvero" oder „enivero" ohne Abkürzungsstrich. — d) Das „e" der Stammsilbe geschwänzt. — e) „pene". — f) „misteriis".

Eruditissimo viro Ioachimo Vadiano, litterarii nominis antesignano, amico suo.

[1]) Vorstehender Brief fällt ohne Zweifel in den ersten Krakauer Aufenthalt Agricolas und zwar mit Rücksicht auf seinen Eingang in Vergleichung mit Brief Nr. 12 wohl vor diesen, also ins Jahr 1511, in dessen Februar Huttens Gedicht „De Arte versificandi" erschien, nachdem er schon im Jahre vorher seine „Querelarum libri duo" veröffentlicht hatte; vrgl. Böcking, Ulrichs v. Hutten Schriften I. Epistolæ et Documenta, S. 30 n. 15, III u. IV, Index bibliographicus, u. Aschbach II, 142. — [2]) Epist. II. 3. 388.

I 163.

4.

Peter Eberbach[1]) an Vadian.

(Erfurt 1511.) August 29.

Briefwechsel. Gute Wünsche. Kriegerische Rüstungen in Erfurt.

Vadiano pax et tranquillitas. Exsolvisti[a] uno nomine, quod Mutiano, viro consummatissimo[b], scripsisti, altero implicitum tenes; nam Spalatinus, amicus sincerissimus, cotidiano quasi convicio[c] tuas efflagitat. Ego interceptas dicere. Nisi secundarias scripseris — sed quid secundarias, qui ne primas quidem meditaveris? —, nisi Spalatino meo scripseris, retegam mendacium[d] et rem, ut est, confitebor et nuda movebo cornicula risum! Si abfuerit Marius (quod minime[e] omnium velim), cum Conlimitio nostro, homine doctissimo, epistolam resigna conficeque negotium. Abundantissimum amicitiæ nostræ fructum me accepisse cen-

sebo, neque erit, quod inter nomina tua esse me pœniteat[f]. Optionem me hoc tempore in lauro sumenda non habebis, quod tamen maxime vellem! Leges, quam docte, quam amice mihi id Mutianus suadeat. Dedi epistolam ad Marium, quam Cuspiniano volo ostendas. Apollo tibi divinum inspiret furorem; Parnassides puellæ dulceis hymnos modulentur; Pan fistulam inflet; Venus decorum ornata saliet; Bacchus pater et Ganymedes[g] vinum propinent; Vulcanus carnes decoquat; Horæ cuncta rosis olentibus conspergant, veluti olim in Psyches ac Cupidinis nuptiali epulo factitarunt. Nihil hic novi paritur. Gradivus Pallada urbe eiecit, quamvis et ipsa dea belligera. Videres hic hoplomachos, videres cataphractos, balistarios, funditores, bombardarios (ut in re nova novo utar vocabulo), cæmentarios, fabros, carpentarios. Videres multos aggeres, multos impedimenta, multos fossas vel facientes vel reficientes. Hoc opus, hic labor est. Vegetius in Teutonicam phrasin transpositus cum omnium machinarum iconibus propediem exibit a nobis, opus nobilissimum et tempori deserviens. Vale et saluta amicos, IIII Kalendas Septembris. Responde Mutiano, scribe Spalatino, Croto, Petreio Aperbaccho, qui hæc ad te. Raptim.

a) „Exolvisti". — b) „consumatissimo". — c) „convitio". — d) „mendatium". — e) „minme". — f) „peniteat". — g) „Ganimedes".

Georgio Collimitio et Vadiano, viris probitate et literatura ornatissimis, amicis coniunctissimis.

Viennæ.

1) Vrgl. I, Brief 2. — Der Brief ist doch wohl aus Erfurt geschrieben und ist gewiss mit Recht schon von Krause oder seinem Gewährsmann im Briefwechsel des Mutianus Rufus, S. 194, Anm. 2, in das Jahr 1511 versetzt worden. Denn die an sich etwas unklaren, einleitenden Sätze können doch nur dahin verstanden werden, dass Vadian zwar an Mutianus geschrieben und in jenem Schreiben auch einen Brief an Spalatinus in Aussicht gestellt, aber bis dahin noch nicht geschrieben habe; und dazu sind die Briefe Mutians vom 5. August 1511 und Eberbachs vom 4. October 1511 und vom 15. Juli 1512 an Vadian — Brief 7, 8 und 16 — zu vergleichen.

5. XI 3.

Peter Eberbach[1]) an Collimitius und Vadian.

Erfurt. (1512.) Juni 12.

Klage über ihr Stillschweigen. Verfügungen über seine in Wien zurückgelassene Habe. Vadians Vorlesung über Poetik.

Salutem plurimam. Quid cogitare debeam, nescio, amicissimi philosophi. Nihil de vobis auditur, nihil nunciatur; supellectilis quoque nostra

quasi compedibus vincta iam quasi integro anno non venit. Obsecro vos, date operam, ut ad Marium[2]) vehatur. An obliti estis amicitię nostrę et sponsionis vestrę? Si non vultis aut potestis vel ad Marium legare, saltem servate, ne iacturam patiatur, et rescribite mihi, et ipse redibo ad vos et feram. Accincti erant pueri viæ[a]), dum hæc[a]) raptissime exararem. Audio te, Vadiane, stipendio[b]) amplissimo[c]) poeticen profiteri, quod tibi dei fortunent. Tu quoque, Collimiti, felix esto. Omnino scribite, quid agatur cum rebus nostris; etiam si oporteat dari uni mercatori aurum et argentum signatum. Si dederitis litteris uni ex istis, qui stabulantur apud Gelrichum aut auratum certum, hii mittent Norinbergam et accipiam. Immo[d]) ad Marium mittite Augustam; hoc erit mihi perquam gratissimum. Vivite et valete. Hæc[a]) Erphurdii Petreius Aperbacchus, die Saturni post corporis Christi. Sed et salutate Lazium, Mozum ceterosque nostros.

Quando mittentur Nurenbergam ad q(uendam) Hans Scherl, Hans Reuther vel alios, etiam mihi reddentur.

Ornatissimis viris Georgio Collimitio et Ioachimo Vadiano, *Vien*nensis academię inlustratoribus, *a*micis carissimis.

Vienne.

a) „e" für „æ". — b) „stypendio". — c) „Cuspiniani" durchgestrichen. — d) „Imo".

[1]) Vgl. I, Brief 16, auch für das Datum. — [2]) Johann Mayr aus Nördlingen; vgl. I, Brief 122.

6.

M. Freheri Germ. Rer. Script. 1611. III 121.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Veröffentlichung aus dem Nachlass des Arbogast Strub. Empfehlung des Bruders Jakob und des Sohnes der Margareta Silinen.

Glarus. 1512. October 4.

Hulderych Zwingli Ioachimo Vadiano S. D. P.

Fecisti, mi Ioachime, rem te satis, me haud dignam, quando suaves nostri Arbogasti Musulas sub nostro nomine publicasti; sed ita te facere benignissima humilitas docuit. De hoc satis. Præsentium ostensor frater mihi germanus est, non rusticæ admodum indolis; quem quo philosophiæ sacris initiandum mitterem, cum mecum ipse volutarem, tu semper occurris. Eum igitur runcinis, asciis, rutabulis, per amicitiæ dulcedinem precor, expolias, edoles, leviges[a]). Habebis, scio, obsequentissimum. Quod si recalcitrare fuerit ausus, nihil impediente religione carceri mancipa, donec petulantia deferveat. Habet per annos duos 50 aureos,

unde et parsimoniam servet, oportet[2]). Venit et alius ad te, Margaretæ Scilinen filius, puer impubes[b]), et ille item optimæ indolis. Tu in omnibus eis boni semper consule! Novas res ad te scribere molienti negotia interveniunt. Tu his brevissimis contentus esto; iamiam enim, cum hæc scribo, ex officina abeo. Vale et me dilige. Claronæ, IV. Nonas Octobris, MDXII.

Hæc explicatioribus, quando opportunitas[c]) dabitur, supplebo. Volui multa, sed non potui.

a) „læviges". — b) „impuber". — c) „oportunitas".

[1]) Vrgl. I, Brief 100. — [2]) Vrgl. den Brief Jakob Zwinglis an seinen Bruder Ulrich vom 23. Januar (nicht 20. Februar) 1513 in der Sammlung von Schuler und Schulthess I, 90.

7. III 154.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Glarus.) 1513. Februar 23.

Klage über säumigen Briefwechsel. Empfehlung des Ludwig Rœsch. Lebhafter Verkehr von Gesandten. Griechische Studien. Arbogast Strub und Heinrich Loreti.

Huldrych Zvingli Ioacimo Wat, philosopho, beatitatem. Potuissem non satis tuam ad me scribendi mirari tarditudinem, Ioacime iucundissime, si non et loci intercapedinem et negociorum assiduitatem tuę haud inique ascivissem parti. Meus enim in te animus, guttulas quot vehit Hister, ex te litteras sitit, quas si non avidus deglutit, continuo tamen ac inexstincto[a]) fervore anhelat. Misi quędam ad te incondita, quibus festinatissimis, ut me velle nosti, parces. Id enim genus sum hominum, quos, ni parcas, sustuleris. Primo enim imaginatu, nulla rationis lima procusa ut exciderunt, ieiuna algidaque desident. Cetera[b]) germano nostro alterique Valentino, quatenus[c]), precor, convenit, beneface (!), te si penes sunt. Mittitur et alter Ludovicus Rœsch, parœciani[d]) Vilensis ex fratre, vetuli sacellani mei ex filia nepos, tuę integritudini commendatus. In eum quicquid beneficentię collocaveris, recte haudque frustra distribues. Nova, quum dietim apud nos varia perindeque incerta sunt, si scire velis: audiuntur enim quotidie legati vel Romani pontificis vel Cęsaris, Insubrum, Venetorum, Allobrogum[e]), Francorum, ad eosdemque mittuntur. Scribe et phrasi (modo possimus) forte conabimur ea, cuius te non adeo maxime pertædeat[f]), quamquam nihil non temporarium nostra parit officinula.

Gręcę, Latinę ignarus, animum applicui[a]. Quare boni consule, ne oleum laborque pereant. Et in manus post Chrysoloręb] Isagogen quid sumendum? Ita enim Gręcis studere destinavi, ut, qui me præter[f] Deum amoveat, nesciam, non glorię (quam nullis in rebus quęrere honeste possem), sed sacratissimarum litterarum ergo. Arbogasti (citra arrogantiam) quantuliscunque nostris suffragiis meminimus. Laurea pilos si premit, mustacea[i] commoneface. Heymrychus enim Loroti, Claronesius, Agrippinę ab Cæsare[f] coronata tempora gestat. Studiis adulescentulorum, qui tuę mandantur fidei, ut voles, consule. Velim enim, quod et tu vis; scio. Philosophiam in primis habeant nec sine humanitatis studio sordere sinant. Vale et me ama. Ex ędibus nostris, VII° Kalendas Martias, anno supra sesquimillesimum tertio supra decimum.

Ioacimo Vadiano, philosopho.

a) „inextincto". — b) Das „e" der Stammsilbe geschwänzt. — c) „quantenus". — d) Geschwänztes „e" für „ce". — e) „Allabrogum". — f) „e" für „æ". — g) „aplicui". — h) „Chrisolore". — i) „musacea".

i) Vrgl. I, Brief 100.

XI 256.

8.

Nikolaus Gerbellius[1]) an Vadian.

(Ende 1513 oder Anfang 1514.)

Über die Schrift Vadians: Gallus Pugnans.

Libuit mihi, Vadiane doctissime, Lucianicum hic identidem exclamare, quod apud eundem facit in Gallo Mycillus, paucis inversis: ὦ βέλτιστε ἀλεκτρυὼν, ὃς με ἡδίστῳ ὀνείρῳ ξυνόντα ἐπήγειρας[2]), o optime galle, qui me voluptifico perfruentem somno excitasti. Quemadmodum de quopiam principe apud historicos proditum est, qui alterius cuiusdam gloria subinde e somno evigilabat, ita mihi sane tuus Gallus hac nocte, Vadiane iam iterum doctissime, non semel, sed vicibus mille, somnum excussit; qui una cum gallinis suis proclamat doctum, eruditum, disertum Vadianum, qui noctes insomnes agens (id ipsum gallis clamore congenito procurantibus) eorum nomen posteritati, heu quam copiose! commendavit, ὃς διὰ πασῶν ab aliis quibusdam discrepans, qui solum oblectare volunt, prodesse vero utcunque. Placet mihi ingenium tuum, optime Ioachime, qui cum sis certissimus, ab eruditissimo quoque tuam hanc lepidissimam fabellam probatum iri, me tamen eligis censorem, qui iamdudum[a] paratus fui a te censeri atque iam pridem occeperim. Oculis rubescentibus festucas etiam perpusillas summis conatibus vix deprehendere feci. Tamen, quod statuarii facere consueverunt, iuncturas singulas et ex-

politiones exploravimus; deesse nihil, plena omnia offendimus. Omnia nitida, perpolita, rectissima. Id nostrum est qualecunque iudicium. Alius, qui oculis est acutioribus, dicat, quod libet, neque blandimur nos, neque trientem vel aliam quamvis mercedulam expetimus. Liberi sumus, etiamsi amici simus (ut spero) amicissimi. Veritatem semper pluris faciendam ex sanctissimorum pontificum scientia didicimus; cui libenter patrocinaremur, si nostra ope vel in hac saltem parte indigeret. Quare, suavissime mi Ioachime Vadiane, libere fac, quod iam diu tecum deliberasti. Nihil ego reperio, quod tam pulchrum opus possit impedire. Vale felicissime[b]. Ex larario nostro.

N(icolaus) Gerbellius.

*P*auca quædam deprehendimus, quæ forsan immutata meliora forent. Quod si libet, dic iuveni huic horam, qua te conveniam, vel ad me mittas ministrum tuum.

Ioachimo Vadiano, viro doctissimo, amico suo optimo.

a) „iandudum". — b) „felicissime".

[1]) S. d. Register zu I. — Der Brief muss kurz nach der Veröffentlichung des Gallus Pugnans — December 1513 — geschrieben sein. — [2]) Lucian: Ὄνειρος ἢ Ἀλεκτρυών, cap. 1.

9.

XI 50.

Rudolf Agricola[1]) an Vadian.

Buda. (1513/14.)

Dank für das ihm erzeigte Wohlwollen. Eindrücke in Ungarn. Verspricht bald ausführlichere Nachricht zu schicken.

Salutem. Ecce peregrinus longinquis exul in oris monstrat amicitię plurima signa suę, Ioachime doctissime. Pro tua in me singulari benevolentia multa tibi me debere fateor. Talionem aliquando rependam; rependam et cito. Fortuna, ut spes mihi mea persuadet, feliciter[a] aspirabit. Siquidem ubi gymnasium nostrum Graccoviense egressus fueram, me ipsum ex doctorum cœtu[a] ad agrestes incultosque Ungaros venire ipse coniectura mecum deprehendebam, puto me a Pallade ad Mercurium Mæcenatemque[b] illum, non Etruscum[c], sed Quinqueecclesiensem, immo ad viros Greçę et Latinę linguę peritissimos perrexisse. Budę ago, Ioachime amicissime, in plurimum doctissimorum virorum amicitiam, Musis me adiuvantibus insinuans. Vitę vero meę statum et certitudinem tibi iam nunc significare non possum. Dabitur brevi liberior scribendi copia, ut ex animi mei sententia institutum meum diffusiore epistola inter-

preter. Interim bene age et Musis me commenda hocque grammatophoro litteris nostris responde, ut quo se modo res habeant, sane intelligam[d]; nec calamum move segniter. Ocius[e] abibit, paucis diebus Budam revertetur. Vale et ama Rudolfum. Raptim. Ex ędibus nostris.

Rudolfus tuus *Agricola.*

Doctissimo viro Ioachimo Vadiano, amico et fautori suo.
Viennę.

a) Geschwänztes „e" in der Stammsilbe. — b) „e" für „æ" und geschwänztes „e" in der zweiten Silbe. — c) „Ethruscum". — d) „inteligam". — e) „ocyus".

[1]) Vrgl. Brief 10. — Der Brief ist ohne Zweifel vor den längern Aufenthalt Agricolas beim Erzbischof von Gran anzusetzen und sehr wahrscheinlich in die Zeit zwischen seinen Aufenthalt in Kremnitz und denjenigen in Gran; also zweite Hälfte 1513 oder Anfang 1514.

KI 285.

10.

Heinrich Kobaltinus[1]) an Vadian.

(1514, vor dem 20. März.)

Gute Wünsche. Bitte um Freundschaft. Beteuerung der Freundschaft. Übersendung von Gedichten des Eoban Hesse und Verhältnis zu diesem. Bitte um ein Epigramm zu einer medicinischen Schrift.

Vadiano suo S. D. Inceptæ[a] olim amicitiæ[b] nostræ ut non sim immemor, tum amor ille, quem erga te eruditosque viros semper gero, nativus, tum tua singularis doctrina me admonent. Tui igitur muneris sit, has qualitercunque ineptas litteras eo suscipere animo, quo ad te, hoc est amicissimo, missæ (sunt), nec tarditatem scribentis accusare, ut qui omni momento paratus ad scribendum tibi extiteram. Sed tabellariorum[c] raritate, adde quod fides in illis hominibus nonnumquam perquam exigua conspicitur, sępiuscule præpeditus, decreveram tandem mecum nullas ad te dare litteras, nisi nacta nuntiorum opportuna[d] præsentia. Sed quid sibi velint nostræ ineptiæ, accipe perpaucis. Si vales cum excellentissimo mathematico medicoque insigni, conterrano[e] quoque meo, geminis tuis fratribus, optime fero, sin minus contra. Optarem autem, ea vos frui beatitudine, qua me præditum esse ex dei maximi optimi gratia vobis persuasum velim, ut sanum, ut hilarem[f]), ut omnis tristitiæ, anxietatis, molestiarum, quibus ab ineunte ætate nescio qua infelici Saturniana percussum falce, expertem. Spero indies omnia, licet prospere hucusque successerint, evenire meliora Koboltino vobisque mihi charissimis. Restat, ut te admoneam, mihi ocissime[g] scribas. Cur tamen calcaribus utor, cum freno magis, quam stimulis egeas? tua enim sponte amicis paratissimus ami-

cus. At cum mihi[h] persuaserim, te mihi esse amicissimum, scribere nec differ. Tuis enim delector ut qui maxime; at pleraque cum desint, considera, quantis exinde afficiar perturbationibus. Quas ut auferas ingeniosis tuis lucubratiunculis, quarum ingentem te possidere, ut qui poetarum Helvetiorum facile princeps sis, thesaurum auguror! Ostendas igitur erga Heinricum tuum te hominem gratum gratitudinisque amatorem, qua virtute nihil unquam in vita magis placuit; pro qua tuenda, crede mihi, acerrimum etiam mortis genus non recusarem. Contra quam vehementer ingratitudinis labem odio insequar, testis conscientia est, ut qui cum κακοδαίμονε[i] versari mallem, quam horrendum ingrati homuncionis antrum inhabitare. Quare te rogo obsecroque, mi Ioachime, ob singularem[k], quam in doctorum hominum amatores habes amicitiam, ne in tua fortuna, qua te imbutum ingenii perspicacitas declarat, prospera immemor mei existas. Quantulacunque enim sunt, ob nullam gloriam nec superbiam a me suscipientur. — Sed ut te, quem videre loci distantia orbisque vastitas[l] negat, aliquo litterario considerem inspiciamque monumento, mitto tibi cuiusdam doctissimi vatis binas Silvulas[m], Prussiam videlicet et Amorem, indicia ut sint perpetui firmissimique nostri amoris. Poetæ nomen est Helius Eobanus, patria Hessus; quę, cum vulgi sententia sit arida siccaque regio, facile tamen huius mei amici uberrimis eruditionis rivulis irrigatur, ut fertilitate sua Hispaniam, Indiam, Boemiam, suam Prussiam[n] et quasque abundantissimas superet[o] provincias. Lubet illa sententiola ἀλήθειαν ἔχον nunc sequi Periandrum, et enim vera prædico: Eobanum illum meum ita doctum, bonum, probatum perhumanumque esse, ut licet æquales nonnullos, superiorem vero neminem habeat. Adeo hæc omnia explorata mihi sunt, ut nulla Hercule re plus sua quotidiana et profecto sincera[p] conversatione delecter. Quid? nobis est contubernium unum, unus amicus, denique unum nolle et velle, amor certe nullo conspersus fuco, sed apertissimus. Utinam doctrina essemus æquales, qua præditus[q], etsi litteraria sua, quarum acervulum hucusque in lucem edidit, monumenta[r] affatim manifestant, apparebit[s], et quidem cumulatissime, suis christianis Heroidibus, quæ tanta maiestate pollent, quanta sacra nostra religio ceteras gentilicias superat superstitiones, ut quæ omnium sincerissima et nulla contaminata labe sit. Helianę istæ meę, quia meus et auctor est, Helio ipso splendidiores prodibunt in lucem. — Denique me frater rogavit, ut paucula velim de atræ bilis fugiendis expetendisque, sic

enim titulus sonabit, scribere, cum plus quam ad triennium operam medicæ arti navaverim. Et licet onus humeris meis, ut qui Atlantis[t]) caream fortitudine, sit impar, tentabo tamen auxiliante[u]) deo illud, quod spero gratissimum acceptumque fore studiosis, qui tanquam peculiari morbo nonnunquam plerique eorum ad furorem usque concitent. Te rogatum habeo, mi Vadiane, ut qui amico honestum negare semper iudicasti nefas[v]) esse, inceptam Minervulam epigrammate facere illustriorem. Vale et Eobanum meum ama facile. Inde mihi persuadebo, me in tuorum numerum amicorum receptum esse. *Heinricus Kobaltinus*[w]) tuus.

D. Ioachimo Vadiano ... et fautori ...

*Vien*nam Pannonię.

a) Durchgehends „e“ für „æ“. — b) Durchgehends „-cia“, „-ciæ“, „-cio“, „-ciu“ für „-tia“, „-tiæ“, „-tio“, „tiu“. — c) „tabelliorum“. — d) „oportuna“. — e) „conterranio“. — f) „hylarem“. — g) „ocyssime“. — h) „mihi“ durchgestrichen. — i) „καχωξέμονε“. — k) „singuralem“. — l) „fastitas“. — m) „sylvulas“. — n) „Prusiam“. — o) Aus „superat“ berichtigt. — p) „syncera“. — q) „præditum“. — r) „monimenta“. — s) „aparebit“. — t) „Athlantis“. — u) „auxilianti“. — v) „nephas“. — w) Aus „Koboltinus“ berichtigt.

[1]) Von *Heinrich Kobaltin* aus Ulm ist nur dieser eine Brief vorhanden. — Das Datum des Briefes ergibt sich aus Brief 31, I, S. 113; als Ausstellungsort ist wohl Leipzig anzunehmen.

XI 49.

11.

Rudolf Agricola[1]) an Vadian.

Gran. (1514. April 21?)

Empfehlung des Michael de Unganartz aus Gran.

Salutem et felicitatem[a]). Viator ipse et peregrinus, Ioachime amicissime, nonnihil litterarum tibi mittere non sum veritus, nacta (!) opportuna scribendi occasione. Venit ad me Michael de Unganartz, bonarum litterarum amantissimus doctissimusque philosophię candidatus politiorumque litterarum assertor ac imprimis (?) Strigoniensis ludi litterarii gubernator, mei et omnium doctorum, quos inter ego nycticorax[b]) ad solem, studiosissimus, ut eum tibi commendarem. Vides nunc, Ioachime, quanti te faciam, ut non Ioachimus vivat Cracovię[c]), sed in inclita[d]) patriarchę[e]) Ungari sede, in extremis Pannonię finibus, nomen habeat famigeratum. Hunc ergo virum doctum et humanum ea apud (te) diligentia commendatum iri velim, ut non maiore. Quid causę sit, quod Ungarię fines lustrarim, brevi scies; singula sciscitari sapientis esse, non infitiaberis[f]). Vale, mi amicissime amice Ioachime et amantem amantissime ama! Vale. Ex sede archipręsulis[g]) et patriarchę Strigonia, feria 6 ante Mar.[h]) Raptim.

Rudolfus tuus *Agricola,* peregrinus.

Humanissimo eruditissimoque viro Ioachimo Vadiano, singulari amico et patrono colendissimo.

Dem ersamen und wysen herren.

a) Erstes „e" geschwänzt. — b) „nictecorax". — c) Gewöhnliches „e". — d) „inclyta". — e) „patriache". — f) „inficiaberis". — g) „achi-". — h) „Oder „Mac.", womit wir aber gar nichts anzufangen wüssten.

[1]) Vrgl. I, Brief 10. — Der längere Aufenthalt Agricolas in Gran fällt ohne jeden Zweifel in das Jahr 1514, und der Umstand, dass auf der Adresse der „poeta laureatus" fehlt, macht uns geneigt, das „Mar." des unvollständigen Datums in „Marcum" zu ergänzen, wonach der Brief am 21. April 1514 geschrieben wäre. Bis dahin konnte recht wohl von der am 12. März 1514 in Wien erfolgten Dichterkrönung noch keine Kunde bis Gran gelangt sein. Ist diese Vermutung richtig, so dauerte der Aufenthalt Agricolas in Gran doch wohl länger, als Aschbach II, S. 142 anzunehmen geneigt ist; denn vor Ende October erfolgte die Übersidelung nach Wien nicht; vrgl. Brief 43, I, S. 129.

12. XI 17.

Thomas Velocianus[1]) an Vadian.

(Wien. 1514. April bis October.)

Verwendung für Johann Stecher zur Erhaltung des Magistertitels.
Empfehlung des Bruders.

Domine vicecancellari dignissime et amicissime, ex animo flagito meas ultimas atque postremas ab onere scholastico exuvias: Ioannem Stecher sub te merentem ad magisterii titulum provehere velis, ne scandalum subire videatur. Hesterna luce magna indagine te quæritans, venire[a]) non potui. Quocirca illa te chartula alloqui saltem pro solita fide[b]) sum ausus. Age igitur, desiderii mei sperati patronus et auxiliator esto. Vix credideris, quanta charitate hominem ipsum Ioannem Stecher diligam ob singularem et mihi gratissimam hominis fidem vel probitatem integerrimam, cuius genitorem nullatenus aliter quam meum amantissimum fratrem studiosissime colo vel amo. Quo fit, eo ardentiori affectu memorati adolescentis honores et incrementa desiderem. Fratrem quoque de Liliorum campo sub alis, quæso, suscipe. Crede mihi, veniet hora, qua nullatenus te pænitebit[c]), tales alumnos procreasse. Est quoque Lacius in stipendio Agni, quem quoque tibi plurimum commendo. Sed iterum obsecro, meum futurum domesticum Ioannem Stecher præcipue fovere dignare. Scito certissime, post hæc iuvenilia studia continuo maioribus litteris me illum ipsum applicare nunc penitus velle. Perbelle et fortunate valeto, mi Ioachime, æternum amande. Hæc tuus Thomas Velocianus. Ex ædibus[d]) solitis.

Domino Ioachimo Vadian, vicecancellario Viennensis gymnasii, summe merenti, patrono et amico observando.

a) „veneri". — b) „fida". — c) „penitebit". — d) „edibus".

[1]) Von *Thomas Velocianus (Resch)* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Das „vicecancelleriatus" scheint den Brief in das Jahr 1514 zu verweisen, und zwar in die Zeit vom April bis October unter der Voraussetzung, dass das Amt des Vicekanzlers in gleicher Weise halbjährlich gewechselt habe, wie das des Rectors; vrgl. I, Brief 28 u. 33.

XI 47.

13.

Rudolf Agricola[1]) an Vadian.

Gran. (1514. October).

Anzeige seines bevorstehenden Besuches in Wien.

Felicitatem[a]. Non miratione fricaris (?), charissime Ioachime[b], quod Viennam concedere proposuerim, quoniam, ut suspicor, cruciatę ratio et origo in affluxura Ungarorum congregatione acerrime exigetur. Crucem tuli puer, crucem adolescens. Multa et mira per aures hominum deferuntur. Primates regni magna stipati armatorum multitudine conveniunt. Opus erit, ut inferioris condicionis[c] homunciones[c] in optatum portum quietis delitescant. Eam ob rem tuę humanitatis erit, Rudolfo Agricolę providere consultius, qui propediem Viennam proficiscetur. Aut hospitium aut habitationem duorum (?) a te optat neque cum grandi pecunia suffarcinatus veniet, quod magnus scholę magister in sede Strigoniensi fuerit. Profecto pauper est et divitem se facere potuit nunquam; astra (ut genethliaci[d] pessime vaticinantur) causam fulminantis (?) fortunę præstent. Id Agricola fatetur, se cum doctis malle pati, quam pauperem esse aulicum et spem sequi inanem. Multa promiserunt, pauca re exequuntur. Scis, quem intelligam[e]. Stephanus Taurinus[f] te salutat, a quo me recedente litteras percipies. Vale. Raptim. Ex arce Strigoniensi. *Rudolfus Agricola* tuus.

Humanissimo viro Ioachimo Vadiano, poetę laurigero, amico et vernaculo suo.

a) Geschwänztes „e". — b) „Ioachima". — c) „t" für „c". — d) „genetliaci". — e) „inteligam". — f) „Sthephanus Thaurinus".

[1]) Vrgl. I, Brief 10. — Das Datum ergibt sich mit Sicherheit aus Brief 43, I, S. 129.

XI 230.

14.

Fabius Zonarius[1]) an Vadian.

Buda. (1515?) September 8.

Entschuldigung seines langen Stillschweigens. Preist die Veröffentlichungen Vadians und verweist ihn an den Überbringer des Briefs.

Ego, Vadiane, iam ante triennium tibi scribere debebam. Quare idem non effeci, nichil aliud impedimento fuit, nisi mea peregrinatione[a] in-

terdum laboriosa, interdum sollicita impeditus fuissem, quamvis Ulricus Huttenus, homo in nostris eruditus et examinatus, idem meus familiaris, tanquam mandatarius legatus persæpe[b] eius litteris rogabat: si nobis facultas unquam scribendi daretur, eius nomine nostrisque verbis salutarem plurimum. Salve itaque, terque quaterque salve. Habes superos ad vota secundos, qui te sedulo ad quietem musicam vocatum volunt, ita ut adhuc[c] alia, præter quæ nobis affatim exstant[d], divini ingenii tui monumenta nobis lucidius in lucem exeant, ita ut edentur, toti Germaniæ gloriam et honorem allatura maxima. Verum de his satis, potissimum in his litteris. Quid abs te velim, est hoc: si meæ ad te venerint[e] litteræ, legas et cum feriatus otiaberis[f], relegas. Reliqua tibi meus Treperius tibi narrabit et meam erga te fidem loquendo exponet. Vale. Ex castris Boiorum apud Budam, octavo Septembris.

Fabius Zonarius.

Iachimo Vadiano Helvetio, inter Germanos[d] insigni poetæ et oratori, apud Viennam.

a) „peregrinacione". — b) Durchgehends „o" für „æ". — c) „aduc". — d) „extant". — e) „venerit". — f) „ociaberis". — g) „Germanus".

1) Von *Fabius Zonarius* (Gürtler) aus Ingolstadt ist nur dieser eine Brief vorhanden, den Böcking (Ulrichs v. Hutten Schriften I, 55 n. 29) mit Fragezeichen in das Jahr 1515 setzt.

15. XI 295.

Heinrich Fink[1]) an Vadian.

(1514 März 12.—1516 October 13.)

Wortreiche Entschuldigung seines Schreibens. Versicherung seiner Ergebenheit. Empfehlung seiner Söhne.

Henricus Finck, musicus, Ioachimo Vadiano salutem cum summa commendatione. Tuæ[a] benificentiæ et humanitates, doctissime vates, tot mihi scribendi argumenta præstant, ut, quibus inchoaturus sum, profecto nescio (!), præter ea: minime mihi licere, sponte fateor, litteris incultis, inornatis (ut meas cernis) tantum virum molestare. Quod cum indoctus sum (!), difficilius ad te scripturus sum. At si doctrina clarior forem, tantos in me erga tuam Excellentiam affectus scias, ut perhercle nonnisi familiarissimo, quo usi fuimus, sermone te affari ausus sum (!). Parce præterea, parce, clarissime vir et amice, animumque meum erga te agnosce, precor, pium et sincerum, quo per deum immortalem, si facultas mea faveret, pro tot tantisque beneficiis in me collatis cuperem non minimas tibi gratias referre. Quæ, humanissime Vadiane, si, quantum iuste

liceret, a me peragi nequeunt, id non ingratitudini, defectui potius velim ascribas. Cupio tamen, dulcissime amice, donec vita superstes est, tui Collimitiique[b] nostri, quantum valeo, laudes et honores non parvi facere, quos per deum immortalem pio (?) aspectu cœlestique[c] fato ipsa consonantia[d], imago[e] amicitiæ, ambos amatores coniunxit; quam amicitiam contra a te observandam spero. Ea demum intrepidus (!) me tibi pueros meos, nuper a te baptismo recreatos, iterum commendare iubet; ita ut, quo possis aliquando labore, consilio vel auxilio illis profuturus esse, velis mea gratia nihil liciti denegare hosque præcipue domino doctori Georgio Collimitio[f], amico meo charissimo, ceterisque[a] viris et amicis nostris, et me ipsum quidem commendatos reddere. Et quamquam presbyteri[g] Ioannis præceptionibus hii commissi sunt, hos tamen plerumque ad virtutum studia persuasione[h] tua divina exhortari precor. Deinceps si quid est, quo tuæ Humanitati complacere possum, nihil erit, quo non hilari[i] animo exsequi[k] cupio. Iam parce, precor: cum in adventu nostri sacelli maior laborum diligentia licuit (!), non potui tuis divi Otmari concentibus satisfacere. Hos tamen brevi tibi polliceor[l] futuros.

Domino Ioachimo Vadiano Helvetio[m], poetæ laureato, sophiæ viro gravissimo, domino et amico meo observandissimo et perpetuo, Heinricus Fink, musicus, Gregorius Valentinianus, musicus, Ioannes Büchner, musicus.

a) Durchgehends „e“ für „æ“. — b) „Colimiciique“. — c) „celestique“. — d) Durchgehends „-cia“, „-cie“, „-cius“ für „-tia“, „-tiæ“. „-tius“. — e) „ymago“. — f) „Colimitio“. — g) „prespiteri“. — h) „perswasione“. — i) „hillari“. — k) „exequi“. — l) „policeor“. — m) „Helphetio“.

l) S. ob. Brief 391. — Da Vadian auf der Adresse wohl „poeta laureatus“, aber weder „rector“ noch „doctor“ genannt wird, darf dieser Brief mit Wahrscheinlichkeit in die Zeit zwischen den 12. März 1514 und den 13. October 1516 gesetzt werden.

XI 244.

16.

Richard Bartholinus[1] an Vadian.

Mühldorf. (1516.) Mai 31.

Verhandlungen mit Collimitius über Emendationen einer Schrift.

Riccardus Vadiano suo salutem dicit. Literę, quas mihi abs te Gaspar noster reddidit, suavissimę fuerunt, et ut breviter tecum agam, te summopere amo, quod quidem de te etiam mihi persuadeo. Dii, ut opto, te tuamque fortunam felicitent[a]. Scribo impræsentiarum[b] ad Collimitium nostrum super quibusdam locis aut emendandis aut enucleandis in opere meo. Scio enim iussu suo me permutavisse; nam aliter in meo exemplari sunt, quod penes me habeo. Rogo, ut mea gratia communem

amicum horteris, ut, quam primum poterit, ad me sententiam suam scribat. Quod facias, rogo atque iterum rogo. Ego hic rebus nihil possum consulere. Careo libris ac singulis horis a Iacobo Spiegel super negotio sollicitor. Tu amici officio fungare; eris profecto mihi non mediocri adiumento, si res cito (per) Collimitium transigetur. Vale et me, ut occepisti, ama. Ex Mildorf, die ultimo Maii. *Riccardus* tuus.

Excellentissimo bonarum litterarum professori Ioachimo Vadiano, poetę laureato tanquam . . . bili. Viennæ.

a) Geschwänztes „e" in der Stammsilbe. — b) „e" für „æ".

1) Vrgl. I, Brief 62. — Nach I, Brief 57 darf das Datum wohl auf das Jahr 1516 ergänzt werden. Dazu stimmt auch die Erwähnung des Bartholinus im nachfolgenden Brief 17.

17. XI 10.

Kaspar Ursinus[1]) an Vadian.

Mühldorf. 1516. Juni 24.

Bitte, dem Bischof von Breslau eine Lobrede auf Schlesien und ein Büchlein mit Versen zu schicken.

S. d. Vadiane suavissime atque eruditissime, age te oro: cura per tuam humanitatem, ut ad episcopum[2]) libellus ille seu oratio encomiastica de Slesia cum tuis ac Richardi versiculis impressus transmittatur. Fluet nimirum ab illo principe magna in te hominis liberalissimi benevolentia. Si licebit præ[a]) negotiis, mea etiam mittam; sin minus, me excusato. Officio[b]) fungeris amici et boni viri, nomine[c]) (?) Vadiani. Ero in proximis longior. Vale. Richardus philosophatur, ut solet, ac mecum præcipue[a]). Agricolæ me commenda, ad quem, ante quam hinc abeo, etiam scribam. *Caspar Ursinus.*

Ex Myldorff, XXIIII. Iunii MDXVI[to].

Vadiano optimo atque eruditissimo, suo amicissimo.

a) „e" für „æ". — b) „offitio". — c) Abkürzung, in welcher noch eine Verschreibung zu stecken scheint.

1) Vrgl. I, Brief 79. — 2) D. h. an den Bischof Johannes VI., Turzo, von Breslau.

18. XI 15.

Kaspar Ursinus[1]) an Vadian.

Mühldorf. 1516. September 1.

Übersendung zweier Episteln mit der Bitte, sie strenge zu censieren. Reise nach Spanien. Freundschaftsversicherungen.

S. d. Mitto cum hoc œconomo reverendissimi domini mei ad vos duas epistolas ante multos dies absolutas, non tamen ad unguem casti-

gatas. Sensi his componendis et expertus sum, sine libraria suppellectile quantumvis rem facilem faciundo primum atque deinde emendando plus, quam opinabar, difficultatis præ[a] se ferre. Quare in his operam tuam postulo, utpote, qui, ut componerem, auctor[b] fueris et hortator, idem Aristarchus fias et censor minime indulgens ac de omnibus verius, quam amicius iudices vel Quintilio[2]) illo Horatiano acrior. Credo tibi placitura perpauca illa, quę de te sunt a me perscripta. Facio id, quod debeo, neque enim possum tam magnifice de te ac Collimitio quicquam aut dicere aut scribere, quin virtus id vestra exsuperet[c].

Ego in Hispaniam hinc, si verbis suis dominus facto respondebit, post triduum proficiscar. Scribam ad vos plura, antequam abeam, et sub illo cœlo[d] cum fuero, non sine vobis, quantum animo fieri potest, vivam nulloque non officio[e] meum erga vos cum significatione summæ observantię amorem contestabor.

Saluta, quam potes officiose[e], dominum magistrum Razenberger, cui una tecum fratrem meum, si istuc venerit, etiam atque etiam commendo.

Iterum atque iterum monitum te velim, ut diligens sis animadversor in carminibus meis. Nosti, quam sim mearum rerum negligens ac pæne[a] contemptor. In causa est hæc ingenita nobis ac coalita studiorum interpellatio et quasi quædam[a] calamitas.

Mi suavissime Vadiane, nolui, cum istic essem, te in os laudare, et sum aliquando in amicos asperior, quoniam tales in me esse cuperem. Quicquid aliquando discidii inter nos fuit, quamquam mea importunitate, quæ tuam modestiam ac patientiam singularem vicit, ego non omnino extra noxiam esse visus fuerim, vini ac noctis vitio factum iudicemus. Equidem tali sum iudicio[d] de te et Collimitio nostro, ut optem, mihi ætatem esse sub vobis discendo agundam. Nimirum ego de thesauro vestro hanc meam perexiguam supellectilem abunde collocupletarem. Vale et propediem longiores expectato.

Apud Vratislaviensem[3]) me excusatum, ut petieram[f], tuis literis arbitror; quod nisi factum est, excusatum iri et volo et confido.

Ex Muldorff, 1. Septembris MDXVI[to].

Quicquid carminum meorum istic est, quod improviso mihi excidit, tuæ diligentię et fidei, si publicanda fuerint, commendo æque[a] ac filiolos meos, si qui essent.

Præstantissimo[a] domino Ioachimo Vadiano, viro undecumque doctissimo, domino et amico meo honorando.

Viennæ.

a) „e" für „æ". — b) „author". — c) „exuperet". — d) Geschwänztes „e" für „œ". — e) „t" für „c". — f) „petiæram".

1) Vrgl. Brief 79. — 2) Quintilius Varus, Freund des Vergil und Horaz; s. Ars poet. 438. — 3) Sc. episcopum.

Eine der beiden im Texte des vorstehenden Briefes erwähnten «Episteln» besitzen wir möglicherweise in den nachfolgenden Versen an Wolfgang Heiligmaier (Bœm):

Suo Wolfgango Boemo Caspar Ursinus S. D.

Mutua quæ geminos in bella armaret Atridas, XI 58.
Posset et Oebalidas scindere lingua pios,
Thesea Pyrithoo differre, Patroclon Achilli,
Si queat et magnos vertere ad arma deos:
Illa quidem non te posset committere mecum
Rumpere et æternæ fœdus[a] amicitiæ[b].
Namque mihi tua te virtus cum fecit amicum:
Hunc, dixi subito, perplacet esse meum.
Vincula amicitiæ[b] virtus adamantina nectit,
Quis ne dura quidem fata nocere queunt.
Illa Agamemnonio Pyladen coniunxit Oresti
Et fugere ad Scythicas egit utrumque plagas.
Ac ne te fugiat, nostri studiose, vicissim
Quantum, Boeme[a], tui sim studiosus ego.
Accipe quos inter mihi sis numeratus amicos,
Qui sunt convictus dulcia membra mei:
Pallas et Uraniæ studium venerabile magno
Hic Collimitium iunxit amore mihi;
Pieridum favor et Gryneus Apollo Ricardum
Dimidium vitæ constituere meæ;
Integer et vitæ purus Vadianus et ipse
Noster et Aonii est pars veneranda chori.
His[c] ego te iunxi nec te reor esse minorem
Moribus, ingenio, pectore, amore, fide.

Detur Vadiano charta sive exemplar.

a) Geschwänztes „e" für „œ". — b) „amititiæ". — c) „Hys".

XI 213.

19.

Laurenz Saurer [1]) an Vadian.

a.

(Vor October 1516?)

Bestrafung der Ausschreitungen eines Stipendiaten.

Besunder lieber her meister Joachim, bringer diser zetel, Johannes Weis, hat sich an der nagsten phintztag nacht der maßen übertruncken vor dem pischoff, mein und annder trefenlich leut so ungeschickt gehalten, das ich euchs nit schreiben kann. Deshalben in ganntz weg gethan und urlaub geben; aber durch groß gepet genad erlanngt; doch das er in ain straff gee, wie im auffgelegt wiert. Demnach ist in ganntzem conncilli enntlich peschloßen, das ier als ain principall in woll streichen laßen solt. Als dan wiert im sein stipendia wider angenn, aber sunst nicht; doch nur zu ewren hannden. Damit was euch lieb ist etc.

Larennz Sawrer

Vitztum pro[a]) m(anu) propria.

Adresse fehlt.

a) Das „p" mit einem Schnörkel durch die Stange kann doch kaum etwas Anderes als „pro" bedeuten. — Sehr flüchtig geschrieben; so steht gewöhnlich nur „sh" für „sch", „e" und „o" sind oft nicht mit Sicherheit zu unterscheiden, u. a.

[1]) Von dem Viztum Laurenz Saurer — einer historisch nicht unbedeutenden Persönlichkeit — liegen 3 kleine Briefe in der Vadianischen Sammlung, die ersten 2 an den „Magister", der letzte an den „Doctor" Joachim gerichtet. Diese Anreden bieten den einzigen unsichern Anhaltspunkt für ihre Datierung. Die 2 ersten sind ohne Zweifel geschrieben worden, *ehe* Vadian die Doctorwürde erlangt hat. Was aber den Doctortitel anbelangt, so wäre, nach Egli, Die St. Galler Täufer, S. 64 n. 26, Vadian unterm 2. Mai 1517 in der rheinischen Matrikel der Wiener Universität als „medicinæ doctor" eingetragen; Pressel dagegen in seiner Biographie Vadians, S. 18, berichtet ganz bestimmt, dass Vadian am 16. Mai 1517 zum Baccalaureus, am 14. October zum Licentiaten und am 9. November zum Doctor der Medicin promoviert worden sei; das Zeugnis für den Licentiaten der Medicin wird dabei wörtlich eingerückt. Wenn auch Pressel leider seine Quellen nicht anführt und daher nicht controlliert werden kann, sind doch wohl diese seine Angaben als feststehend anzunehmen. Dabei ist indes zu bemerken, dass Vadian schon früher — 1515 und 1516 — gelegentlich als „doctor" angeredet wird, d. h. in diesen Fällen offenbar als „bonarum artium doctor", wie es in der Adresse von Brief 65 ausdrücklich lautet (vrgl. auch Brief 53 u. 66), so dass der Titel „doctor" allein, ohne die Beifügung „medicinæ doctor", auch bei Festhaltung der Pressel'schen Daten in der Tat einen sehr unsichern Anhaltspunkt für die Einreihung undatierter Briefe bietet.

Wir stellen die 3 Stücke zusammen und lassen sie unmittelbar auf einander folgen. Aus dem Fehlen des Rectortitels in der Anrede mag noch mit ziemlicher Sicherheit geschlossen werden, dass die zwei ersten vor den October 1516 fallen, das dritte nach dem März 1517 zu setzen ist.

b. XI 212.

(Vor October 1516?)

Zusendung eines Stipendiaten.

Lieber maister Joachim, in diser stundt ist mir abermallen ain stipentiat von k. Mt. zuekumben, den ich hiemit zu euch schick. Wellet auch zu den anndern annemen und ordonieren. Mich bedunckt, als ich in gehort hab, er werde[a] kain procurator noch prediger. Demnach gilt sein studieren geleich. Wiert ainer stund peturfen, mes zu lesen etc.

Larennz Sawrer

Vitztum pro m(anu) propria.

Maister Joachim Vadianus zu anntwurten.

a) „werder" (?).

c. XI 211.

(Nach März 1517?)

Mahnung, die Stipendiaten in Ordnung zu halten.

Lieber her docter, wellet den stipendiaten ainen maister zue ordnen, der innen eesamier und sein ansehen hab, damit sy in kunst und tugenten aufnemen und nicht allso liederlich umbgenn. Es ist ain spot, das sy also hin und wider lauffen. Ich hab dem Gromperius das gelt geben auff die quotten, damit man allenthalben ab zall. Ich bit ouch auff das hochst: wolt sy von stundan annemen und in ain ordenlich wesen setzen, das sy auch ainen gelerten, frumen gesellen haben, der sy treulih unnderweist und lernnt. Ich hab maister Wolfganng Zeyß auch gepetten; der wiert mit sambt och die sachen zu guetten ordenung furdern[a] verhelffen. Wolt ich och nit verhalten etc.

L. Sawrer

Vitztum pro m(anu) p(ropria).

a) „fudern".

Adresse fehlt.

20. XI 303.

Dr. Martin Sibenburger[1]) an Vadian.

Somerein bei Altenburg. (1516.) October 19.

Empfehlung eines jungen Mannes.

Se commendat ut domino et patrono suo. Observande, magnifice domine rector, cum hodie Budam ad maiestatem regiam Hungariæ[a] e Vienna descendissem, in itinere michi præsentium[b] exhibitor has inclusas

attulit litteras. Cum autem præsens negotium[b] et officium amici perficere minime potuissem, volui saltem scriptis te supplicare, magnifice, ut et michi et domino Iacobo Pisoni, præceptori regis Hungariæ, præposito Quinqueecclesiensi etc., rem gratam facere velit: eius et meo nomine instare, ut dominus Piso consequatur optata. Est adolescens magnæ et ingenuæ familiæ. Si quid est, quo V. M. complacere possum, offero me promptum[c] paratissimumque ad omnia vota V. M. Spero, V. M. causam ut propriam commendatam habebit, meque his et causam commendo[d]. Ex Sumerein prope Altenburg, die solis post Luce[e].

Doctor *Mertinus Sibenburger.*

Præsentium portitor est frater incarcerati.

Interpreteris in meliorem hæc rudia et agresta scripta celeri calamo.

Magnifico et clarissimo viro Ioachim, almi studii Viennensis monarchæ et rectori, domino suo plurimum observando.

Viennæ.

a) Durchgehends „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „promtum". — d) „commenda". — e) Es folgen noch ein paar Zeichen, von denen nicht klar ist, ob sie etwas bedeuten sollen oder nur als Schnörkel zu nehmen sind. Das erste könnte für eine „5" gelesen werden; aber was wäre damit anzufangen?

[1]) Von Dr. Martin Sibenburger — vrgl. Register II — ist nur dieser eine Brief aus der Rectoratszeit Vadians vorhanden.

21.

XI 208.

Stephan Klocker[1]) an Vadian.

(Wien 1516, vor December 10.)

Bitte um Mitteilungen zur Erledigung eines Streitfalls.

Magnifice domine rector, ex quo laudabile consistorium totum negotium[a] submisit ipsis dominis superintendentibus, quare iterum rogito, Exc. V. dignetur domino notario committere, ut eas commissiones regiminis præfatis[b] dominis assignet; et res ipsa finem habebit, cuius finis Excell.ª V. erit principium, cui etiam multum debebo in omnibus licitis et possibilibus.

Mag.cie V. deditissimus *Stephanus Klocker,*
officialis *Viennensis.*

Adresse fehlt.

a) „negocium". — b) „prefatis".

[1]) Vrgl. I Anh. 13, S. 242. — Vermutlich bezieht sich vorstehendes Stück auf das Abkommen vom 10. December 1516 über den Nachlass des Priesters und Beneficiaten Andreas Rosmüllner.

22. XI 247.

Wolfgang Reittauer[1]) an Vadian.

(1516 October bis 1517 April?)

Entschuldigung eines bei ihm wohnenden Studenten.

Gunstiger lieber herr, der gegenburtiger waccalaureus (l)[a] Leopoldus Puehler ist in meinem heuslen zu herberg. Hat ainen vettern im Lafental, pharrer zu Sannd Marein. Hat mir in bevolhen; der gestalt, wo im was manglt oder in annder weg angesuecht wurd, das ich sein furstannd unnd was im not wer, gehilflich wurd; dann er wel in gar kurtz in annder weg versehen. Demnach pit ich Euch als meinen sonder liebn herrn, dieweil rector die extraneos erfordert, wellet in von meinentwegen excusiren; dann als ich vernym, bleibt er nit lanng hie. Unnd ob er dann auf haissen seins vettern belib, wil ich allenthalbn für in sten, das er kainerlay weis ungfur ubenn noch treiben sol, sonnder seiner lernung mit vleis wartten. Wo ich Euch alsdann hinwider gedienen kan, so schafft unnd peutt. Ir wist, ich bin der Eur.

Wolfgang Reittauer.

Excellentissimo domino Ioachimo Vadiano etc., suo semper colendo.

a) „waccl." mit Abkürzungszeichen.

[1]) Von *Wolfgang Reittauer* ist nur dieser eine Brief vorhanden, der doch wohl seinem Inhalte nach in die Zeit des Rectorats zu setzen ist.

23. XI 189.

Johann Valentin Deyge[1]) an Vadian.

(1516 October bis 1517 April.)

Unterstützungsgesuch.

Tuæ Magnificentiæ, doctissime prudentissmeque vir, simulac domine plurimum observabilis, mea quam paratissima semper prẹsto sint obsequia. Deinde quod tuam Magnificentiam ego tenuissimę condicionis[a] homuncio[a] hisce meis litteris compellare audeam, in causa mihi est novercans fortuna mea, quę me (uti adsolet) non uno calamitatis genere miserrime (proh Christe immortalis!) adflixit inopiæque municipem reddidit. Nam quid ego memorem meas miserias, ægrotationes[b] ceteraque[c] ob hęc facultatum mearum dispendia? Unde factum, ut neque me neque liberos meos sub tanta temporum inclementia ac caritate omnium rerum commode alere, amicire

ac sustentare valeam, nisi opem apud doctos et pientissimos quosque quæritem[b]. In quorum numero T. M. esse cum mihi persuasum habeam, non dubitavi etiam eandem pro auxilio impartiendo convenire ac implorare. Quare, virorum optime, nunc T. Benignitatem meæ ærumnosæ[b] condicionis[d], maxime etiam ob amorem bonarum litterarum earundemque studiosorum, misereatur eique pro christiana pietate succurrere velit, suppliciter obsecro. Hoc deus, bonorum omnium largitor, T. M. retribuet (dubio procul[e]) uberrime, qui eandem semper incolumem unice sibi velit esse commendatam.

T. Magnificentiæ

promptissimus clientulus

Ioannes Valentinus Deyge.

Adresse fehlt.

a) „t" für „c". — b) In der Stammsilbe „e" für „æ". — c) „cæteraque". — d) „conditionis". — e) „procal".

[1]) Von *Johann Valentin Deyge* ist nur dieser eine Brief in der Sammlung vorhanden. Wie aus der Anrede zu schliessen, fällt er in die Rectoratszeit Vadians.

XI 18.

24.

? an Vadian.

St. Gallen. (1516 October bis 1517 April?)

Zwei Reden von Eck, die Vadian ihm geschickt hat, um sie Hermann Miles mitzuteilen, sind von den Conventualen des Klosters zu Handen genommen worden. Erhaltung der Freundschaft durch Briefwechsel.

Orationes Eckcii theologi (ut ipse scribis) acutissimi duas, anno superiori Friburge(!) contra priscam et ethnicam[a] philosophiam habitas, accepi acceptasque domino Hermanno Militi inprimis, (uti tuo significaras chirographo[b]) perlustrandas dedissem, ni cœnobii[c] divi Galli conventuales me a commissi[d] negotii[e] offitio intercepissent, qui eas recreandi animi seu novarum potius rerum percipiendarum gratia publico discumbentium cœnobio[c] inter epulas et pocula legi statuerunt easque hucusque iure (ut aiunt) uti postliminio non permiserunt atque eas ita inter arcta cœnobii[c] recondunt penetralia, ut eas non mutuo, verum dono acceptas existimare posses. Ceterum amicitiam[e], qua in humanis nihil est laudabilius, nihil commodius[d], nihil denique ad beate sancteque vivendum efficacius, ita observa, ita corrobora, ut nulla pruina, nulla grando, nullum gelu, nullæ[f] aliæ aeris inpetuosi tempestates labefactare[g] atque contundere queant[h]. Nec te decipiat sera admodum atque pigra ac iners litterarum

vicissitudo, quominus, quum tibi per publicas (quibus quotidie conficeris) occupationes liceat, lineam saltem, immo[i] literam (!) scribas, ne veterem pluribusque iam annis coalitam[k] inter nos amicitiam[e] litterarum omissione intercipere atque interrumpere videaris; quod identidem me esse facturum bona fide polliceor. Nam tantis hactenus non solitis[l] modo, verum subcisivis atque extraordinariis fui præpeditus laboribus, ut reficiendi ingenii tempus opportunum[m] vix mihi superfuerit. Tuam tamen nihilominus ad crebram litterarum vicissitudinem provocationem eatenus suscipiam, quatenus litteris ad me per tabellarium perlatis significasti, nec unquam tabellarium nactus opportunum[m] intermittam, quin ei dem litteras ad amicissimos quosque et præcipue Vadianum; quo neglectum hactenus in scribendi officio laborem et litterarum in amicos mutua rescriptione[e] officium resarciam et ingenium reddam acutius, memoriam confirmem et prius lecta recorder firmius. Vale.

Candidissimi ingenii necnon spectatę fidei viro magistro
Ioachimo Vadiano, Viennensis academiæ[n]
moderatori atque poetæ a Cæsare laureato doctissimo.

a) „ethinicam" mit durchstrichenem „h". — b) „cyrographo". — c) „cenobii, -io". — d) „comissi", -comodius". — e) „c" für „t". — f) Durchgehends „e" für „æ". — g) „labefactari". — h) „queat". — i) „immo". — k) „coalatam". — l) „stolicis". — m) „oportunum". — n) „Vienensis achademie".

Die Adresse des Briefs scheint ihn doch mit Sicherheit in die Zeit des Rectorats — October 1516 bis April 1517 — zu verweisen; jedenfalls könnte er wegen des Titels eines „poeta laureatus" nicht vor März 1514 fallen, so dass „anno superiori" im Eingang unter allen Umständen nur als Bezeichnung einer längern Vergangenheit zu verstehen ist; denn die zwei dort erwähnten Reden des Johannes Eck sind schon im Jahre 1509 in Freiburg i. Br. gehalten worden. Der Brief ist ohne Frage aus St. Gallen geschrieben. Weitere Anhaltspunkte zur Bestimmung des Schreibers bietet leider weder der vorstehende, noch ein zweiter, von ihm vorhandener Brief (s. unten n. 43).

25. XI 255.

Johann Krachenberger[1]) an Vadian.

(1516/17?)

Vergebliche Erwartung eines Besuchs von Vadian. Bitte um Rücksendung seiner Gedichte mit Anmerkungen. Zusendung von 10 Kreuzern, welche Vadian für die Ilias ausgegeben.

Domine Vadiane, frater charissime, expectavi adventum tuum in dies. Occupatus autem maioribus non venisti, ut me tuę Musę in tanta corporis imbecillitate exhilarassent[a] et ad animum revocassent. Rogo, mittas carmina mea cum zedula annotationum tuarum. Mitto tibi 10 cr(uciatos), quos pro Iliade exposuisti. Collimicium nostrum tanquam

communem amicum, immo[b] confratrem, nostro nomine saluta et tu optime vale, quanquam etiam[c] mei memor.

Ex tuo *Johanne Gracco Pyerio.*

Adresse fehlt.

a) „exhyllarassent". — b) „ymmo". — c) „eciam".

[1]) Vrgl. I Register unter „Graccus". — Von Johann Krachenberger ist in Heft I unserer Sammlung im Juli 1516 und Januar 1517 die Rede; s. I. S. 222 u. S. 245.

XII 268.

26.

Kaspar Ursinus[1]) an Vadian.

Mühldorf. (1517.) März 10.

Geburtstagsgedicht auf Erasmus. Politische Nachrichten.

Magnifice Domine, S. Misi ad Dominationem tuam superiori mense carmen natalicium[a] in Erasmum, quod te una cum litteris multa, quæ et scire et habere velim, significantibus accepisse non dubito expectoque in horas responsum. Carmen ipsum apud te unum delitescere ut optavi, ita existimo, quod emendatum potius, quam ostentatum ad te misimus. Porro inprimis caveri opto, priusquam in hominum manus veniat, ut tollantur duo versiculi post eum, qui de Capnione est. Hic te Capnion innocens videbit.

Videor enim fratres atratos notare, quibus quam minime dari abs me velim oblatrandi, immo accusandi occasionem. Tua sapientia cum acerrimo Collimitii iudicio[a] sciet, quid in hac re sit faciundum.

Ubi tuas aliorumque litteras, ad quos nuper scripsi, accepero, liberius de meis ἀτυχήμασι ad vos perscribam.

Pax inita est cum Gallo ut indecora, ita detrimentosa meo iudicio[a]. Verona post novennale bellum hostibus reddita. Galli Karolum suis in manibus habent, hoc est ad arbitrium suum. Britannus satagit suarum rerum apud Cæsarem, cui se penitus offert ac dedit. Rex Gallus cupit ad colloquium Cæsaris venire. Fortasse plus boni quam mali eveniet. Dii, quęso, omnia iniqua et acerba averruncent, ut utar in re nova verbo veteri.

Si nondum, quod petii, ad me scripsistis, oro atque obsecro, scribite et de reverendissimo Vratislaviensi: quo in loco sit et num Viennam venerit Romamque iverit, mihi significetis. Vale et me ama.

Imperti salute D. Collimitium et uxorem, D. Ladislaum et

eius Alcumenam, qua nondum potitus est Iupiter[b]; nondum enim Herculem peperit.

Saluta autem omneis academicos et Collimitianos[c].

Ex Myldorff, X Martii.

Dominus Henricus Fingk Dominationem tuam, item D. Collimitium[d] magnopere salvere iubet.

Tuus *Ursinus.*

Vivite felices[e], quibus est fortuna peracta
Iam sua, nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies[2]) . . .

Sed habe, te oro, hæc in arcano, si me amas, mi suavissime Vadiane.

Res meæ eum in locum sunt redactæ, ut περὶ δεσπότου ἐμοῦ dixerim, quod ille in amicam iecit: Nec possum tecum vivere.

Magnifico et excellentissimo domino Ioachimo Vadiano, universitatis literariæ Viennæ rectori, viro tam bono, quam erudito. Wienn.

a) „t" für „c". — b) „Juppiter". — c) „Collimittianos". — d) „Collimicium". — e) „fœlices".

1) Vrgl. I, Brief 79. — Die Adresse an den Rector Vadian lässt den Brief mit Sicherheit auf den 10. März 1517 ansetzen. — 2) Vrgl. Aen. III, 493—95; der Schluss von Vers 495 ist ausradiert.

27. XI III.

Johannes Xilotectus[1]) an Vadian.

Luzern. (1517.) April 30.

Bedauern über den unterbrochenen Briefwechsel. Empfehlung zweier Luzerner, die an die Universität Wien gehen.

S. D. Non possum non dolere, vates egregie, quum suavissimam mihi familiaritatem tuam, quam olim crebrioribus tuis fovisti litteris, tamdiu intermissam animadverto. Sed quum nullos tecum habueris Lucernanos, tabellariorum forte te copiam deseruisse respondebis. Redeunt Lucernam: reviviscat et intermissa amicitiæ consuetudo, et quod olim ad me faustum felixque[a] misisti constituendæ amicitiæ prodromion, ita exsequaris[b], ut nihil a morte periodum facere possit. Nihil enim mihi doctiorum hominum consuetudine iucundius. Fac itaque, ut, quę quondam promiseris, optatum olim effectum sortiantur. Spopondisti quidem munus quoddam chartaceum numeris contextum de situ moribusque patrię tuæ

cęteraque, si qua ex officina tua prodierint. Ea nempe adeo mihi grata sunt, ut nec auro a me avelli queant. — Veniunt ad te, Vadiane humanissime, Lucernani adolescentes duo bonę admodum indolis, qui ex Iodoco Kilchmeyer (cui alter sanguine iunctus est) cęterisque nostratibus quibusdam tantam de te famam acceperunt, ut nusquam politiores litteras quam apud Vadianum haurire posse sibi persuaserint. Rogarunt itaque, ut et ego tibi eos commendatos redderem. Tu ergo, qui bonis præcipue[c] Helvetiorum ingeniis favisti semper, hos tibi commendatos habeas, oro atque obsecro. Miram enim in altero præsertim videbis ingenii prędstantiam, qui iam per aliquod tempus apud Heinricum Glareanum Basileę Grędcis elementis vigilantissime insudavit. Te itaque cum eis talem geras, qualem te nostrates omnes ceterique[d], qui tecum fuere, passim prędicant; nec quidquam mihi gratius efficere possis. Tu quoque, quod me vis facere, iube. Vale, vates inclite. Ex Lucerna, pridie Kalendas Maiis.

Ioannes Xilotectus tuus.

Prędstantissimo viro domino Ioachimo Vadiano, poetę laureato, amico in primis colendo.

a) „fœlixque". — b) „exequaris". — c) „precipue". — d) In der Stammsilbe geschwänztes „e".

[1]) Vrgl. I, Brief 45. — Das Datum lässt sich mit Sicherheit aus Brief 94, I, S. 187, ergänzen.

XII 265.

28.

Philipp Gundel [1]) an Vadian.

(Krakau, 1517[2]) August 23.

Freundschaftliches Verhältnis zu Rudolf Agricola. Empfehlung von vier Neffen Vadians.

Salve, mi Vadiane. Venit ad me hoc vesperi Agricola noster, quem etsi ante vel tuo ductus iudicio multum amavi, amo tamen nunc vehementius, partim quod hoc et ipse meretur, partim quod imaginem quandam mei in tui observantia in eo comperio. Quem, cum hæc scriberem, paulo ante itinere et mero gravem in lectulum meum cubitum dimisi, cum prius de te pluribus commentati essemus. Quod quidem, ut, quamquam oculi graves, mens hebes, manus ad scribendum irrepente sopore gravior esset, ad te scriberem, effecit; cum id ex me præterea nemo retorsisset, præsertim tota die scholaribus forensibusque negotiis[b] lassato; quamquam id officii hisce quatuor adolescentibus, discipulis meis, immo nepotibus tuis, negandum non erat. Cum enim hi præceptore me per hoc

biennium usi essent, nunc vero Viennense gymnasium ex ipsis fontibus litterarum studia petituri adirent, statui eos tibi potissimum commendare, tum quod id, licet sæpe fecerim, tamen semper feliciter, cum maxime, quod in te avitam quandam benevolentiam agnituros mihi persuaderem. Rogo te igitur maiorem in modum, proli tuæ[a] adsis eamque avita quadam pietate prosequaris. Mereor hoc ego, Vadiane eruditissime, si non officio, certe fide et observantia in te, ut impetrem. Merentur ipsi, si non modo, digni certe olim tanto avo nepotes. Ita enim institui, ut licet exiguum sit, quod nunc in litteris polleant (ita fert præceptoris mediocritas), spes tamen sit, futuros aliquando non modo me, sed etiam te dignos; quippe qui et ingenio et probitate altero te, altero te et me exprimant. Sed hæc[a] hactenus, somno et lassitudine plenus, nutanti sopore capite, quod modo in pulvinar aliquo defodiam et cum Rudolpho nostro hoc vili[c] edormiscam. Vale. Kalendas octavas Septembres, vesperi horam circiter undecimam, cum finit litteris (?[c]). Tuus *Gundelius.*

Ioachimo Vadiano, vati a Cæsare laureato, præceptori suo. Viennæ.

a) „e" für „æ". — b) „t" für „c". — c) „villi". — d) Die zwei letzten Worte unsicher.

1) Vrgl. I, Brief 17. — Das Jahr 1517 ergibt sich doch wohl daraus, dass Gundel im October 1516 noch in Passau war, Vadian aber im Juli 1518 Wien verliess. — Vrgl. auch I, Brief 120.

29. XI 28.

Tranquillus Parthenius[1]) an Vadian.

(Ingolstadt. Ende 1517 oder Anfang 1518?)

Klage über seine unerträgliche Lage. Dank für die bei Vadian gefundene Teilnahme. Bitte, ihm eine Stelle beim Bischof von Wien zu verschaffen. Übersendung einer kleinen Elegie.

Quamquam scio, me refricare vulnus, quotienscunque de meis miseriis aut cogito aut scribo, tamen, quod nullam medicinam tanti vulneris reperiam, facere non possum, quin meus animus tot circumplexus calamitatibus altius ingemiscat et ipse scribendo meæ virus acerbitatis expromam. Sed obiiciet mihi tua Dominatio imbecillitatem animi, quod immoderatius eos casus feram, quibus lege naturæ subiecti sumus. Diu equidem tuli æquo ac forti animo, sufferre[a] autem nequeo; neque ita subita me clades et inopinatus furor afflixit (id enim temeritati fortunæ ascribebam), quam quum cogitem, nunc eo me locorum esse, ubi nec quis-

piam magnitudine mearum miseriarum tangitur neque locus virtuti datur. Quæ igitur spes mihi est habenda, quomodo leniendus est dolor, plane non video. Ad patriamne, quę remotissima est et in hostium faucibus, an ad fratres amicosve confugiam, quibus nihil est de mea vita exploratum? Unicum profecto auxilium in tua Dominatione mihi relictum est. Quod quidem non postulo ex ipsius fortunis; alioquin me notabiliter puderet, pręsertim quum considerem, quanta humanitate, quanta benivolentia, obscura adhuc hominis condicione[b], me tua Dominatio complexa sit ac nihil prętermisit, quod et meo honori et commodo interesse putaret. Quamobrem quantum debeam tuæ Dominationi, exprimere non ausim, ne blandiendo videar aliquem favorem apud tuam Dominationem captare; sed vel ipsam posteritatem (ut facile confido), nedum homines ætatis nostræ intellecturos et tuæ Dominationis amplissimam in me voluntatem et meam in tuam Dominationem apertam gratitudinem. Etsi vero tuæ Dominationi sum obligatissimus, multo magis tamen me sibi obnoxium fore intelligat, si in re mea vel mediocrem diligentiam adhibuerit. Hoc est in causa. Quum nescio quo turbine quave procella violenter actus per tot discrimina rerum tandem inops consilii et auxilii huc appulerim tuæque Dominationis beneficio hunc locum nactus sim, ubi perbenigne a venerabili magistro Ioanne Kilmair teneor, nullum tamen fructum ex meis laboribus capere potui; et quum fuisset mihi animus interpretandi[c] aut oratorias institutiones Quintiliani aut divinas Ciceronis orationes, omnino sententiam mutavi. Namque me faciliores exponentem auctores suspicabantur quidam (hi quales sint, quilibet coniicere[d] potest), me aut Getice aut Caldee loqui, — opinor, quum conspexerunt me cum monachis Caldeis in platea locutum; in difficilioribus profecto non modo atticissare, sed etiam punicissare me dicerent. Ceterum[e] quod in amplissimis curiis principum ab adolescentia non in ultima fortuna versatus sum, optimum esse reor, si apud aliquem dominum possem habere locum. Sed circumspicienti mihi nullus hic talis occurrit præter reverendissimum dominum episcopum Viennensem, apud quem tua Dominatio et pręstantissimus dominus Collimitius[f] magnę estis æstimationis[g]. Quare, si quid tua Dominatio in re huiusmodi possit efficere (efficiet autem, quantum voluerit), vehementer oro, velit animum intendere, ne suum Tranquillum in extrema calamitate deserat. Iam diu scripsissem aliquid ad dominum Collimitium[f] in testimonium meæ observantiæ erga

suam Excellentiam[h]; sed luctuosa ad talem virum scribere non decebat, iucunda qui poteram in maxima animi consternatione? — Hoc elegidium vero coacta natura vix excussi[i]; quod, ut ingenue fatear, no*n* implet aures meas. Illud autem una cum mea salute iudicio atque consilio tuæ Dominationis subiicio. De his plenius coram tua Dominatione acturus eram, nisi me capitis dolor prohibuisset. Quid decreverit tua Dominatio, significet mihi, et suum Tranquillum solito prosequatur amore, rogo. Ego, quamprimum hac molestia liberabor, ad tuam Dominationem accurram[k], pulveris Euboici felix[l], quæ[m] vivat in annos.

Tranquillus Parthenius.

Ad elegantissimum poetam et medicum D. Vadianum XI 27.
Tranquillus Parthenius.

Quem decor et probitas, præstantia, gloria, virtus
Et genus exornat, o Vadiane, tuum,
Non ego iam blandis tua pectora culta Camenis[n],
Non animi referam munera rara tui.
Unica facundi tua gratia me tenet oris
Attonitum miris sollicitatque modis,
Non modo Tranquilli qua tu cor molle fatigas
Et trahis addictum sub tua iura caput;
Saxa sed et gelidos adamantas et ardua montis
Culmina Riphæi Sarmatiamque trucem
Flexissetque lupos, Hircanias denique tigres[o]
Et quæ sub gelido terra Trione riget.
Nostra igitur quoniam si versas pectora vates,
In causa est probitas, gloria, musa, lepos.

a) „suffere". — b) „t" für „c". — c) Geschwänztes „e" in der dritten Silbe. — d) „connicere". — e) „cæterum". — f) „Colimitius, -m". — g) „extimationis". — h) „Exellentiam". — i) Vor „excussi" ein durchgestrichenes „expressi". — k) „accuram". — l) „fœlix". — m) „que". — n) „e" geschwänzt. — o) „tygres".

l) Von *Tranquillus Parthenius* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Er nennt sich in seinen Versen zur ersten Auflage des Pomponius Mela vom Mai 1518 „Ragusinus". — Auf was für Anhaltspunkte hin der vorstehende Brief im Schweizerischen Museum, Jahrg. 1790, S. 499, ins Jahr 1518 versetzt und vermutet wird, dass er in Brünn geschrieben worden, ist uns unbekannt. Im Hinblick auf Brief I, 107 würden wir ihn vielmehr in die Zeit kurz vor oder noch weit eher in die Zeit kurz nach der Unterbringung des Tranquillus in Ingolstadt versetzen und annehmen, dass er von hier aus gegen Ende 1517 oder Anfang 1518 nach Wien geschrieben worden sei. Über den Johann Kilmair, bei dem Parthenius untergebracht war, vermochten wir leider nichts ausfindig zu machen; eine Persönlichkeit dieses Namens in Ingolstadt nachzuweisen, sind wir daher nicht in der Lage.

XI 48.

30.

Rudolf Agricola[1]) an Vadian.

Krakau. (1518.) Januar 4.

Übersendung zweier Rebhühner und eines Waldhahns. Verschiedenes.

Salutem. Hic tibi, Vadiane, duas ex Lituania perdices et gallum silvestrem[a]) mitto. Fruere feliciter[b]), vescere ex septentrione avibus ultimis; propediem alia suscipies. Occupatus sum; multa tibi scriberem. Rex venit ex Moschovia. Adsunt, quibus opus est blandiri. Gaude interim mecum, qui meus es: Agricola bene agit; quod tibi gratum erit. Comedat tecum Ioannes Dubsky; magni et non obscuri est apud nos nominis. Meum fautorem Collimitium, cuius præco[c]) sum, salvum esse dicito, et tuum et meum Aicher, Volfgangum et omnes nostros. Vale, ut velim, felicissime et iterum vale. 4 Ianuarii, Cracovię.

Dantiscus regem comitatus venit, qui te salv*um vult*[d]).

Rudolfus Agricola.

Frater tuus Benedictus vivit, et vivit quidem sępe hilariter mecum.

Scribe de Hadelio[e]), quæ mira Cracovię ultra omnes doctos Viennę, quod vel mihi displicet, dicantur. Quonam Livium (?) auditorio et frequenti profiteatur, rogant me homines. Nec tanta aliquem vestrum gratia profiteri dicunt literas, nec verbum dicere possum. Omnia scribe, quibus tamen sublesta fides est, nec eis creditur. Quos nosti[f]) . . .

Excellentissimo domino doctori Vadiano, poetę laureato, fautori et amico vero et observando. Viennę.

a) „sylvestrem". — b) In der Stammsilbe geschwänztes „e". — c) „preco". — d) Durch Abreissen des Sigels beschädigte Stelle. — e) Eher „Hadilio". — f) Der Schluss des Briefes ist abgeschnitten.

[1]) Vrgl. I, Brief 10. — Der Brief darf wohl mit Sicherheit auf den 4. Januar 1518 angesetzt werden, um welche Zeit auch Dantiscus in Krakau war; vrgl. Brief 116 (I, S. 211). Ebenso ist Benedict von Watt kurz vorher (October 1517) in Krakau nachweisbar; vrgl. Brief 104 (I, S. 199).

XI 13.

31.

Bartholomeus Fontius[1]) an Vadian.

Buda. 1518. Märs 12.

Bitte um ein Hexastichon oder Oktastichon auf einen besonders traurigen Todesfall von Mutter und Tochter.

Iesus[a]) Maria.

Bartholomeus F(ontius) P. Ioachimo[b]) suo salutem.

Dedi proxime ad te literas, doctor amantissime, quas an ceperis,

ignoro[2]). Nunc hisce te humanissime obtestor, quatenus quantocius sequentem materiam hexasticho[c] seu octasticho[c] includas. Procedebant proxime duo lamentanda funera: mater cum filia grandiori, quæ[d] quottidie virum seu sponsum expectaret. Iam crepundia vestesque pro hymenæo[e] celebrando sarciebantur. Eo loco, quo filia in lucem prodierat, mortem oppetiit[f]). Duabus sandapilis feruntur, uno imponuntur tumulo. Crede, Vadiane amantissime, non te in hac re fatigarem, qui tamen pro amico, ut homo ingenuus es, fatigari potes minime, ni tot lacrimæ[d] pariter de tam miserando funere effusæ fuissent. Tu tamen aggera (prout nosti), quantum potes. Quod dum (rupta mora) perfeceris, magistro Wolfgango Pidinger, qui nactus nuncium mihi mittet[g]). Unum obmisi. Vaticinata[h] mater, mortem filię suam paulo post secuturam[i]), etsi ambę ægrotarent[d] pariter, ordinatque mater ad funus indusium filię. Sic tandem mortuam eadem lice subsequitur filia. Vale, mei memor, Vadiane suavissime. Datæ Budæ[d], duodecima Martii[k], anno domini MDXVIII.

Tuus ut suus.

Egregio ac excellenti artium et medicinæ doctori Ioachimo Vadiano, domino ac amico suo. Vienne.

a) „Ihus". — b) „Ioahimo". — c) „hexastico, octastico". — d) „e" für „æ". — e) „himeneo". — f) „oppeciit". — g) Hier ist doch offenbar „dare velis" oder etwas Aehnliches ausgefallen. — h) „Faticinata". — i) „sequturam". — k) „Marcii".

[1]) Vrgl. Brief n. 118. — [2]) Ohne Zweifel Brief n. 125. Bartholomeus Fontius war damals Bibliothekar des Königs Matthias von Ungarn.

32.

XI 116.

Melchior von Watt[1]) an Vadian.

(Krakau. 1518. April 15. bis Juli 16.)

Geldangelegenheiten. Ankauf des Commentars des Albertus zum Aristoteles. Project einer Reise nach Frankfurt.

Melchior.

Precor, domine doctor, velis esse sollicitus[a] in rebus meis, quod in tuis facere non desisto. Ego, quia aliquot me annis Viennæ mansurum tuo etiam[b] consilio credo, nihil aliud peto, quam quod istam pecuniam a Georgio Kobler accipias[c] et ante omnia; non tamen intermissis istis, de quibus tibi scripsi. Albertum in philosophiam omnem (?) Aristotelis mihi emas. Ego dabo operam, ut labores tuos non frustra prosternas. Timeo, ne fratres vel patruelis me contineant. Ille petit, ut Francfordiam secum petam. Quæ[d] res si procederet, precor, ut per te mea pe-

cunia mei absolvantur Alanci. Fratri (?) aliquando alias sua pecunia re stituetur. Vale.

Domino doctori Vadiano, fratri.

a) „solicitus". — b) „c" für „t". — c) „acipias". — d) „que".

1) Vrgl. I, Register. — Der Brief scheint am ehesten in die Zeit zwischen Brief 1 (I, S. 214) und 127 (II, S. 193) zu gehören.

33.

Johannes Hinwiler[1]) an Vadian.

Wien. 1518. Juli 16.

Bitte, den Vater zur Auszahlung von 100 Gulden zu veranlassen, welche der Schreiber des Briefs für einen in Wien abgeschlagenen Arm zu erlegen hat.

Salus, præceptor colende[a]). Euwer wolmügen unnd gesunth (! hab ich vernummen; das mir dan ein grosse freud ist. Lieber herr doc tor, euch ist on zwiffel wol khundt mein begärenn, so ich in minem schri benn ettlichenn zuo Elgöw thann hab; in welchem ich hab fürgeleg unnd anziegt, wie ich einem zuo Wien hab einem ein arm abgeschlagenn für welchenn[b]) schaden ich meuss erlegenn triessig unnd hundert gulden welche dann min vatter für ist khumenn. Hatt er sich doch in sinen wor tenn gouttwillig erziegt, söllchs zuo gäbenn, unnd ouch in sinem schribenn so er mir unnd euch hinab than hatt; unnd so euwr Excellentz im mit euwer hanndgeschrifft söllchs schribe, well ers in alle ill on hinderlasse hundert gulden schickenn. Noun ist mein unndertänigs ernstlichs gebit an euwr Excellentz, das ir mir so vill zuo nutz unnd dienstbarkeyt hetti thann unnd söllchs hettid affirmiert by im, dar mitt unnd ich die lütt möch zuofridenn stellenn unnd bezalenn. Ich hab geschribenn, wie ir unnd ande doctores für mich siennd in bürgschafft gestannden. Hatt er mir geschri benn: wen ir im söllchs affirmeirn, well euch unnd die ander nütt lassen stan, sunder gliech das gelt schickenn unnd söllche freundschafft um euch verdienenn. Darumb thound mir die freundschafft, wie ir mir da alwägenn thann habt, unnd redenn selbs mitt im, dar mitt unnd er mir di hundert gulden, siche das mög![c]) bezalenn; dan wan ir nour ein worte sa gennd, ist es schon richtig. Will ich söllchs unnd ander freundschafft, s mir von euwr Excellentz bewisenn ist, mitt minem unndertänigen, gutt willigen dienst, wo ich dar zuo gnougsam bin, flissiklichenn zuo aller ziet trülich verdiennen. Lässdt euch die sach bevolenn sin. Der Opfne khan euch wol alle mienung sagenn. Nütt mer, dann gott verlich euch

was euch wol unnd nutz sieg. Sagt mir euwerm vatter unnd moutter und schwöster viel dienst unnd freundschafft. Datum zuo Wien, am frietag nach Margareth, 1518[d] jar.

Hanns von Hinwil, vester obedientissimus.

Schribt by disem botten wider hinab, da er zeucht illentz wider gan Wien.

Doctissimo et humanissimo viro, artium et medicinæ[e] doctori Ioachimo Vadiano, Helvetio, præceptori suo apprime colendo. S. Gallenn.

a) „colennde". — b) „welchem". — c) „gulden siche das mög", ohne Unterscheidungszeichen. — d) „1158", doch offenbar für „1518" verschrieben. — e) Das „e" Stammsilbe geschwänzt und auslautend „e" für „æ".

[1]) Vrgl. I, Brief 47.

XII 266.

34.

Georg Binder[1]) an Vadian.

Erzherzog Ferdinand wird in Wien erwartet. Vadians sigel hat sich vorgefunden.

(Wien. 1518. Juli 26.)

Quid frater tuus Viennę agat, nescio; nisi quod incolumis est. Reliqua ex magistro Volfgango[2]) audies.

Animum meum nosti; ideo confidentius ad te scribo; quare stilo incompto non deterrearis.

Ferdinandum mox venturum expectamus. Cras processionem habebimus ad Scotos[3]), quod prospere littora Germaniæ appulerit; itaque ignes in tota urbe facti sunt congratulatorii. — Sigillum tuum, clarissime doctor, forte fortuna ad manus meas pervenit, quod tutissime servare me non diffidas, donec Viennam revertaris.

Clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, artium et saluberrimę medicinę doctori dignissimo, domino et amico suo colendissimo.

[1]) Vrgl. Brief 129. — [2]) Heiligmaier(-Böhm); vgl. II, Brief 140. — [3]) Die Schottenkirche zu Wien. — Die obigen Aufzeichnungen sind zweifelsohne eine Nachschrift zu dem Briefe Georg Binders vom 26. Juli 1518 — II, Brief 129 — und bieten auch die dort fehlende Adresse.

XI 236.

35.

Matthias Paulinus[1]) an Vadian.

Feldkirch. (1518. Juli bis October?)

S.

Aedibus in patriis modo si Vadiane moraris,
Fac cito, qua vivas condicione[a]), sciam.

Nam Feldkirchi non certo auctore[b] relatum est,
Mœnia[c] te Galli nunc habitare tui;
Id quod sollicitus per Musas scire laboro,
Propter amicitiam, qua tibi iungor ego.
Te quoque Fabritius, Phœbeę gloria turbę,
Cernere amat, summo iunctus amore tibi,
Iunctus amore mihi, quod me spectarit Apollo,
Dexter et Aonidum quod feror esse cliens.
Ocius[d] ergo tui cupido rescribe sodali.
Sub quo nunc cęlo sis, Vadiane, rogo.
Tempus erit felix[e], quod non procul arbitror esse,
Quo dextram dextrę iungere forte licet.
Hinc pede festino contendam lętior illac,
Qua levat in cęlum pulchra Vienna caput;
Cæsaris auspicio[a] fore quod confido benigni.
Męcenas Musis fors erit ille meis.
Augustum semper comitatur fidus Achates
Putschius, oranti ferre paratus opem.

Datum Feldkirchi.

Tuus *Paulinus* deditissimus.

D. Ioachimo Vadiano, poetę et oratori nobilissimo domino et patrono suo. In her Linhart von Wattz hauß ze S. Gallen.

a) „t" für „c". — b) „autore". — c) Geschwänztes „e" für „œ". — d) „Ocyus". — e) „fœlix".

[1]) Von *Matthias Paulinus* aus Bludenz, welcher neben verschiedenen andern Freunden der ersten Auflage des Pomponius Mela von Vadian einige Verse vorgesetzt hat, ist nur dieses eine Briefchen in gebundener Form vorhanden. Es wird am besten in die Zeit der Rückkehr Vadians von Wien im Sommer 1518 gesetzt. An den vorübergehenden Aufenthalt Vadians in St. Gallen im Jahre 1509 — s. ob. Nachtrag n. 1 — ist doch nicht wohl zu denken.

I 246.

36.

Johannes Rebmann[1]) an Vadian.

(1518. Juli bis October?)

Bitte um Rückzahlung eines Goldguldens, der Vadian zum Ankauf von Büchern gegeben wurde.

Humillimam[a] subiectionem salutemque plurimam.

Egregie[b] domine doctor, üch ist wol ze wissen, wie das Iacobus und Iohannes Rebman von Wesen üch zů Wien haben 1 gulden

an gold geben, das ir in bûcher dar umb soltent gekoufft haben, als ir dann gen Villach zochendt. Das dann nitt geschach, etlicher ursach halb, und ir uns denn gulden schuldig sint beliben; wie wol ir mir zû Wesen üer handgeschrifft gabent vor vergangnen jaren, die selbigen üerem vatter erzaygen. Das ich dann wol zum[c] tritten mal hab gethon. Alweg mir zû antwurt ist worden ze warten üer zûkunfft von Wien, ob ir etwaß schuldig syent, das selbig selbs ze bezalen; und mir biß har nüt von üerem vatter ist worden. Darum ist min ernschlich byt, den selbigen gulden disem botten ze gen, zeyger diß brieffes mitt sampt üer handgeschrifft, die dann ir mir gabent, do ir zû dem letschten wider gen Wien zochent, mitt bywäsen magistri Gregorii Buntzlis. Facite, ut confido; ego nimis pauper. Valete.

Iohannes Rebmann,

capellanus in Wesen, vester totus.

Egregio domino doctori Ioachim Vadiano in Sancto Gallo, suo familiarissimo. Watt.

a) „Hunilimam". — b) „egrie". — c) „züm".

l) Von *Johannes Rebmann* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Der Brief wird wohl am richtigsten in die Zeit nach der Rückkehr Vadians von Wien im Sommer 1518 gesetzt.

37. XI 114.

Melchior von Watt[1]) an Vadian.

Wien. (1518.) September 13.

Persönliche Nachrichten von sich und den Freunden.

S. Si sanum esse tibi scripsero, iam rem omnem paucis tenere te existimo; quod idem de reliquis amicis tuis credere potes. Philippus Gundelius interim officio belle fungitur, qui, quemadmodum nosti, tui studiosissimus est, homo certe dignus, cui, ut facis, multum faveas. Quod reliquum esset, non dubitas. Boemus tuus non minus res tuas quam te diligenter observat, quas, quia propediem ob exercendam praxim, qua se nummos nacturum sperat, patriam petet, bono cuidam viro commendabit. Si venies tu, custode subinde opus amplius non erit; si minus, rem omnem scribam. Puto tua negotia[a] admittunt[b], Conradum ut mihi salutes, tum et dominum Hectora, patruelem nostrum, qui multo amore me prosequebatur; nescio tamen, an simulato. Plures plura sentient[c]. Si contentio[d] foret, persuadeo, eum mihi aut saltem[e] coacte, quod equidem nollem, profuturum. Cum a quibusdam audies, Gracovianos contra

Hadelium scripsisse, oppresso tamen titulo eorum, assentias[a] et tuo fecisse non ambigas. Agricola, qui sæpius[f] ad me litteras dat, tuæ salutis crebrius anxium esse se ostendit. Vinum Dantisci, optumi fautoris tui, pluris quam eruditio[c] eius mihi nocuit. Precor, ut delectationem meam in legendis operibus tuis, adiectis Silvarum[g] libris, augmentes. Vale. Viennę Pannonię, Idibus Septembris.

Melchior Vadianus.

Doctissimo et humanissimo viro, artium[h] et medicinæ doctori, oratori et poetæ lauro donato elegantissimo Ioachimo Vadiano, fratri charissimo. *Ad* manus proprias.

a) „c" für „t". — b) „admittut". — c) „sencient". — d) „-cio" für „-tio". — e) „saltim". — f) „sepius". — g) „sylvarum". — h) „arcium".

[1]) Vrgl. I, Brief 119, und II, Register. — Der Brief darf schon deswegen mit voller Sicherheit in das Jahr 1518 versetzt werden, weil Melchior von Watt nur dieses Jahr im September in Wien war. Der Inhalt stimmt auch sehr gut zu dem Datum des 13. September 1518.

II 360.

38.

Doctor Joachim Eckolt[1]) an Vadian.

1518. October 4.

Gratulation zur Erlangung eines anständigen Gehalts. Empfehlung eines Apothekers.

S. P. dicit. Quod honestam in singulos annos pensionem domi tuę consecutus sis, mirum, quam fuerim gratulatus tum tibi, cui omnia ex voto successerint, tum patriæ[a] tuę, quæ te tanto viro splendide sit exornata. Sed non dicam plura, ne adulari videar; quamquam qui possem adulari in re omnibus notissima? — Apothecarius meus, egregie Ioachime, illuc potissimum concessit, ut tuum erga ipsum animum latius exploret, nisi enim tu ipse (quod non credo; quid enim sordidius?) velis manu operari. Dispeream, si accomodatiorem artificem possis invenire, qui abunde novit, quicquid negotio[b] suo intererit. Fac periculum et comperies omnia quam verissima. De fide, probitate, diligentia hominis non est, quod dubites; est enim, ut semel dicam, optimus. Nec te moveat, quod ego, quem tantopere commendo, non reservem michi. Audisse enim poteris, quomodo aliquot mystici[c] Lindagienses[d] (?), quibus nichil insulsius, Stephani apothecam, quominus occludat (ut advenientibus nobis polliciti sunt), nituntur defendere; et id genus multa alia. Et quia propediem me alio forsan traducam, ubi commodius vivam, quare tibi præsentium[a] latorem commendo ut qui maxime. Ceterum tuas ad me literas si dederis,

ltum me tibi devincies. Nichil enim optarem magis, quam ut hiis veluti spiciis[e] amicitia[f] inter nos oboriretur perpetua. Vale feliciter et de rem statu tuarum me nonnichil certiorem efficias.

Ipsa die Francisci, anno 1518.

Tuus *Ioachimus Eckolt,* doctor.

Insigni viro Ioachimo Vadiano, medico, poetæ, oratori clarissimo, utcumque amico.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „mistici". — d) „Linda:". — e) „t" für „c". — f) „amitia".

[f]) Von Doctor *Joachim Eckolt* ist in unserer Sammlung nur dieser eine Brief vorhanden, den Mittelholzer in das Jahr 1528 eingereiht hat. Es *kann* auch in der Tat die Jahrzahl so gelesen werden, aber zum mindesten ebenso gut 1518, wozu Inhalt und Adresse ungleich besser passen. Wenn wir „Linda:" richtig ergänzt haben, wäre der Brief aus Lindau geschrieben worden.

39. XI 117.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Zürich. (1518.) October 15.

Freundschaftsbeteurungen und Complimente über die Poetik des Vadian. Übersendung der Schrift des Erasmus: Lob der Ehe und der Medicin.

S. Non possum respondere ad ea, quæ proximis litteris ad me perscripsisti, ob celerem tabellarii abitionem, quem a casu nactus sum. Hoc tamen apud me continere nequeo, quam me tua delectet amicitia[a]), nempe ita, ut id verbis exprimere omnino non valeam. Peto, ut perpetuo durare sinas. Per transennam aspexi Poeticam tuam. Quid sentiam, non dico, ne adulationis me arguas vel saltem amoris cæcitate dicas seductum. Grebelius eandem secum asportavit. Quare ego rogo, efficias, ut quamprimum liceat, aliam mittas, quo habeam, quod desideravi[b]) diutius. Vitam Nicolai misisti non importune. Morbus meus nihil mutatur; nescio quid faciendum. Mitto Matrimonii Encomium et Medicinæ. Videbis utrobique, quod te maximopere delectabit. Ita vehemens illud est, ut moverit Brunonem Amorbachium illum ad uxorem ducendam, qui non admodum eam rem curavit. Quid tibi faciet? Hoc vero tam blanditur, ut haud dubie tibi sis persuasurus, quia medicus es, non hominem, sed deum esse. Libuit ita iocari tecum; attamen iocus talis est, ut postquam rem perspexeris, animum inducas, nihil minus esse quam iocum. Vale meque ama mutuiter. Salutaris ab uxore mea plurimum, non minus a Felici[c]) filio. Tiguri, tertio Idus Octobris.

Myconius tuus.

Viro absolutissimo D. Ioachimo Vadiano, medico et poetæ laureato, amicissimo suo. Apud *Sanctum* Gallum.

a) „amicicia". — b) „desyderavi". — c) „Fœlici".

[1]) Vrgl. I, Brief 105. — Da die „Poetica" des Vadian, sowie das Encomium Matrimonii et Medicinæ des Erasmus im Sommer 1518 erschienen sind, ist das unvollständige Datum dieses Briefes mit Sicherheit durch diese Jahrzahl zu ergänzen.

XI 290.

40.

Johann Jakob a Liliis[1]) an Vadian.

Paris. (1518.) October 26.

Freude über Vadians Heimkehr. Entschuldigung lässiger Correspondenz. Ankunft der Tochter des englischen Königs als Verlobte des Dauphin in Paris. Bedauern über die Nachricht von Vadians Rückkehr nach Wien. Dank für die Scholien zu Mela. Entschuldigung, dass er dem Vadian einen versprochenen Schweizerdegen noch nicht geschickt hat.

Binis nuper literis eodem tempore, optime ac iucundissime præceptor, coniunctissimorum tuorum Hulderici[a]) Zvinglii atque Ioannis Xilotecti de reditu tuo in patriam, ubi te pro rerum ac temporum opportunitate[b]) sedem ac domuitionem capturum, certior factus, quod tibi felix[c]) faustumque esse etiam atque etiam precor, patriæ utique decori ac laudi, mihi magno gaudio et iam pridem desideratum atque adeo a diis immortalibus voto expetitum, quo paratius præsens præsentis[d]) tua humanitate frui daretur; quod facillime, si, quo gratius nihil accideret mihi, ratio iniri posset, ut id modo e re tua quoque esset, ut ad nos Lucernam commigrares, ubi tibi (ut par est) omni opera, studio et labore pro maximis in me meritis et beneficiis[e]) pro virili mea satisfaciam[e]); idemque et patrem meum et Xilotectum, qui omnia tua causa[f]) volunt, reliquosque, qui olim tibi discipuli fuerunt et qui alioqui fama ac splendore nominis tui tibi conciliati, facturos non dubito. Ceterum[g]): quod minus frequenter, ex quo Vienna profectus sum, ad te literas dederim, licet semel vel iterum sic[h]) quoque dederim, non oscitantiæ aut intermissioni amoris meæ et observantiæ in te, quæ semper suo officio[e]) functa, sed subrustico potius pudori et verecundiæ, attamen iusto, nisi mea imbecillitas, ex quo sub te Viennæ literis operam navavi, tibi cognita familiariterque nota foret, qui me sæpius conantem scribere exterruit, acceptum referas sciasque, etiamnum vix animum cepisse[c]) pudoremque et metum terga vertere coegisse, potiorem respectum debiti et officii[e]) erga te. — Novi quid ad te scriberem; sed nihil est hoc temporis, quod adeo te percipere seu me

scribere referat, nisi quod filio primigenito, Delphinum quem vocant, stabiliendæ pacis et concordiæ gratia filia Anglorum regis, magnificentissima ob id legatione missa, in matrimonium desponsata advenit ad 13^m Kalendas Novembris Parisios. — Grebellius Tigurinus tuus meque de omni statu et condicione^e) tua certiorem fecit dixitque te Viennam repetisse, quod non usquequoque læto^k) animo accipio, timens atque suspiciens, ne te pristina inter literatos atque scolasticos conversatio et consuetudo rudi ac ignavo populo magis delectet atque alliciat; quo te tuam prudentiam tamen consulere vellem, ne studiosissimorum et observantissimorum tui spem atque expectationem frustreris nomenque misopatridis subeas. Attulit idem Gerbellius (!) scholia in Melam tuam, quæ festo, plausu atque solistimo quodam tripudio eo quidem iucundius atque optatius, quo magis desiderata, accepimus; nam pridem rumor increbruit, te nonnullorum virulentiam atque cæcas adulationes compressurum et profligaturum. Perstes modo easque, quo cœpisti, pede; nam quem alium patriæ vindicem tot tantisque fluctibus opponamus, video neminem. Hoc polliceri habeo: quanto maiori labore et periculo hanc victoriam constaturam, tanto maiori cum laude et gloria te omnium spem expectationemque explere immortalitatique tuæ providere et consulere. — Habebam in animo aliquo xeniolo amorem et observantiam in te meam testificandam, licet non dubitem alioqui quoque satis testatam. Et quia olim Vienna proficiscens gladiolum Helveticum dono missurum me pollicitum esse memoria tenui, operæ pretium duxi, et quia domi patrium non misi, — quod non factum hactenus, eo quod neminem, qui id ad te ferret[l]), aliisque de causis, quas coram quandoque ex me (Diis approbantibus) percipies facile —, mihi ratio constat, Gallicum seu Hispanicum deauratum, ut iam usus illustrioribus ferendi irroboravit, ad te mittendum; quod, cum nuntius ille Tigurinus, qui Grebell(ium) adduxit, se commode ferre non posse et quod te quoque imminentem hiemem[l]) peregre consumpturum certius eram, distuli ad Kalendas Ianuarias, proprium et nihil aliud agentem tabellarium habiturus. At vererer, ne Minervæ suem, ut tibi homini facile literatissimo gladium offero, nisi promisso standum esse ducerem, quod^m), si quid literarum muneris darem, noctuas Athenas ferrem. Et si forte nec hoc dignitati tuæ competat, tamen munerum animum introspiciendum. Reliquum, ut mihi quicquam, nisi si quid meo opera et labore opus habueris, rescribere petam, tantum abest, ut abunde bene actum

mecum existimem, si animum ad hasce meas nugas — iusto forte prolixioreis — perstringendas tanta temporis iactura demittas; nisi, ut supra, quid tibi prodesse aut commodare possem, quo velim, tibi persuadeas etiam, me amori observantiæque meæ in te consulere, qui omneis rerum atque temporum occasiones te demerendi atque sui probandi gratiamque quoquomodo referendi capturus est. Reliquum omnibus discipulis tuis, meis commilitonibus, salutem meis verbis dicas, præcipue Rodolpho Agricolæ[1] meo, si quo gentium eum convenies, vel per literas commendes, adeo ut quam maxime rogo oroque. Vale perpetuo felix[c] meque, quo nec tui amantior nec observantior quisquam est, ama. Raptim ob festinatam nuncii abitionem. Parisiis, 7° Kalendas Octobrias[2] (!).

Tuus ab animo *Ioannes Iacobus a Liliis,* Lucernus.

Boni consules non literas, ut par esset, sed literam[n]. At ita necessitas, cui ne Dii adversari et repugnare possunt, tulit, maluique rudeis et impolitas literas, quam negligentiæ atque ingratitudinis suspicionem[q] præstare[i], cum hoc mihi, illud fortunæ imputandum erit.

Clarissimo ac sæculi nostri decori poetæ ac oratori Ioachimo Vadiano, præceptori suo. Gen Sant Gallen[o].

a) „Hulderi". — b) „opportunitato". — c) „œ" für „e". — d) „presens presentis". Entweder ist das erste „presens" für „presenti" verschrieben oder ganz zu streichen. — e) „t" für „c". — f) „caussa". — g) „Cæterum". — h) „sio". — i) „e" für „æ". — k) „habebam" oder ein ähnliches Verbum finitum einzusetzen. — l) „hyemem". — m) „quod" scheint aus „at" berichtigt. — n) „litaram". — o) Von anderer Hand.

1) Vrgl. Register I. — Von *Johann Jakob a* (oder „de") *Liliis* — Zurgilgen — aus Luzern sind zwei aus Paris geschriebene Briefe vorhanden. — 2) Da *Konrad Grebel* erst im October 1518 (vrgl. Brief 135 und 136) in Paris eintraf und im Texte von der Ankunft der englischen Prinzessin am 20. October in Paris die Rede ist, muss im Datum notwendig „Octobris" für „Novembris" verschrieben sein.

41.

Hieronymus Viromandus[1]) an Vadian.

Innsbruck. (1518?) October 31.

Versicherung seiner Ergebenheit und Lob des Andreas Eck, der Vadian bei ihm, dem Bischof von Brixen und Anderen erhoben hat.

Andreas Eckius, humanissime Vadiane, mores tuos candidissimos, eruditionem penitissimam, ingenium prope divinum, qua est ipse dexteritate et in te (ut par est), nempe præceptorem, ac omnes literatos studio, mirum quam graphice effigiavit effinxitque. Quo et libentissim audito, Vadiane doctissime, adeo in te amando colendoque exarsi, u statim adrepto calamo brevibus hisce versiculis et animum una Andre

nostri et studium in te meum aperire decreverim. Salve igitur, vir doctissime atque integerrime, Vadiane, et salve ex Viromando iam tuo planeque tibi Eckii nostri opera meritisque tuis addictissimo, qui tam honorifice de te apud illustrissimum dominum meum D. episcopum Brixinensem ac omneis alios homines locutus est plenoque adeo ore, ut piaculum committerem nulla umquam expiandum victima, si hunc in te animum Andreæ nostri dissimularem aut meum ex eius de te eximia prædicatione non aperirem. Quod si me meaque, quæ sunt quam tenuissima, nosse cupis, habes Eckium, qui facile norit nullius artis cupressum simulare, quando tot in te tantaque effinxit nobis tanto artificio mirificus artifex. Utinamque non ut de te citra veritatem, quæ est eius modestia, ita de me ultra merita, quæ est eius humanitas, exprimat! Vale, mi Vadiane, et me ama, qui inter primas a me necessitudines amaris atque etiam coleris. Ynnsprugk, pridie Kalendas Novembris.

Tui studiosissimus *Hieronymus Viromandus.*

D. Ioachimo Vadiano, viro undequaque doctissimo, politioris literature instauratori.

Sanctigalli.

a) Durchgehends „e" für „æ".

f) Von *Hieronymus Viromandus*, über den wir nichts Näheres beizubringen vermochten, ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden. Der Adresse und dem Inhalte nach scheint er noch in die ausgesprochenste Humanistenzeit Vadians zu gehören, also spätestens in die Zeit unmittelbar nach der ersten oder zweiten Rückkehr von Wien. Da er offenbar bald nach dem Besuche des Andreas Eck in Innsbruck geschrieben wurde — statim adrepto calamo —, im Herbst 1519 aber ein solcher Besuch kaum stattgefunden haben kann, weil A. Eck im Mai dieses Jahres von St. Gallen aus nach Wien reiste, Mitte Juni von hier aus an Vadian schreibt (vrgl. II, Brief 153) und im August 1519 in Krakau eintrifft (vrgl. II, Brief 165), im Herbst 1518 dagegen wenigstens die Möglichkeit einer Anwesenheit des A. Eck in Innsbruck offen bleibt — vielleicht ist er damals von seinem ersten Wiener Aufenthalte nach Hause gereist —, setzen wir den vorstehenden Brief, allerdings mit einem entschiedenen Fragezeichen, für einmal in dieses Jahr.

42. XI 1

Magister Paulus Stainінger[1]) an Vadian.

(Sommer 1518 oder 1519?)

Dank für wohlwollende Aufnahme in St. Gallen. Empfehlung des Überbringers.

S. P. D. Si universa tibi pro animi tui sententia obtingerent, Vadiane dilectissime, res michi foret auditu sane iucundissima, nec inmerito quidem. Tantam enim michi, cum nuper ex Italia ad Constantiam et ad paternas tuas ædes divertissem, benevolentiam ostendisti, ut qui-

busnam tuæ[a] Excellentiæ respondeam gratiasque referam[b], in præsentia[a] haud satis intelligo. Præterea[a] non ægre[a] ferat egregia tua Dominatio de litterulis meis admodum ineptis tantoque viro lectu indignis. Videor enim anser inter olores, ut est in proverbio, obstrepere. Tantam enim et ingenii tui Minervam et oris facunditatem novi, ut nulla mea sit, quę cum tua tute[c] conferri possit. At urget amor præceptoris[a]. Quapropter ignoscas, quæso[a]. Reliquum fratrem Martinum, præsentium[a] exhibitorem, tuæ[a] Excellentiæ[a] plurimum commendo.

Egregiæ[a] Excellentiæ[a] tuæ

Magister *Paulus Stainінger*,

Paretinus, obsequentissimus discipulorum.

Egregio ac excellenti viro domino Ioachimo Vadiano, doctori in Sancto Gallo, patrono præceptorique[a] suo æyo observando.

a) „e" für „æ". — b) „refferam". — c) „tutę".

[1]) Von Magister *Paulus Stainінger* ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden. Ueber die Persönlichkeit des Schreibers vermochten wir nichts beizubringen. Der Brief ist wohl nicht allzu lange nach der Rückkehr Vadians von Wien geschrieben worden und dürfte vor die Zeit der Verheiratung zu setzen sein, also in den Sommer 1518 oder 1519.

[s. 108 n. 4.

43.

? [1]) an Vadian.

Verdankung für empfangene Briefe, grosses Wohlwollen und von zarter Jugend an empfangene Wohltaten.

(Anfang 1519 ?).

Tabellarius ille tuus, imo noster, superioribus illis diebus tua ad me deferens[a] munuscula, detulit simul et suavissimas litteras omnique cum eleganti dictionum structura seu combinatione, tum etiam selectissimarum non intempestiva sententiarum gravitate undequaque[b] veluti gemmis[c] vel flosculis quibusdam abunde refertas, quæ[d] ab ipso statim (ut aiunt) limine plus mellis, quam aloes præ se ferebant necnon amicitiarum, quas ab ipsis usque crepundiis (ut inquiunt) coaluimus, fidem circumspectam miraque erga studiosos omnes charitate splendentem. Quibus quum præ nimia, rerum scholicarum præsertim, occupatione tabellariorumque non insolita negligentia hactenus (ut par erat) respondere non potuerim, nunc, tabellarium nactus opportunum[e], litteras ab amicis et nostratibus præsertim plus æquo desideranti, prout ingenii tulerit mediocritas vel intel

ligentiæ meæ præviderit pusillitas, hisce litterulis respondeo. Et omnium primum benevolentissimi tui erga me animi ago et habeo grates immortales. Atque utinam te digna mihi offeretur occasio non habendæ solum, verum etiam referendæ[f] gratiæ. Videres profecto me unum omnium beneficiorum a teneris annis in me collatorum fore gratissimum necnon quovis gratissimo gratiorem. Dein tibi fratrique tuo Melchiori de magistratibus noviter quam honorificentissime adeptis inauditaque in liberalibus artibus educatione, ut debeo, congratulor. Cetera tabellarius ille præsens tecum commentabitur et ego, quum mutuo colloquio de rebus nostratibus confabulari dabitur facultas. Vale et discipulum tuum Martinum in ætatis suæ lubrico ne titubare[g] permittas.

Egregio artium et medicine doctori Ioachimo Vadiano, poetæ a Cæsare coronato præceptorique suo plurimum et observando et colendo.

a) „defferens". — b) „unquaque". — c) „gemis". — d) Durchgehends „e" für „æ". — e) „oportunum". — f) „refferende". — g) „tutubare".

[1]) Dass der am Schlusse erwähnte „Schüler Martinus" auch der Schreiber des Briefchens gewesen, ist allerdings nicht sicher, immerhin aber die nächstliegende Annahme, und die Erwähnung der Freundschaft „von den Windeln" an macht es doch fast notwendig, in dem Briefschreiber einen St. Galler zu vermuten, obschon wir unter den bekannten st. gallischen Freunden Vadians keinen „Martinus" nachweisen können. Der Schrift nach scheint der Brief zu der ebenfalls vollständig undatierten und nicht unterschriebenen Nummer 24 der Nachträge zu gehören. Für die Datierung kommt zunächst die Adresse in Betracht; der „medicinæ doctor" verweist doch mit Bestimmtheit in die Zeit nach dem Rectorat*); und wenn, wie kaum anders möglich, die Gratulation zu den neu erlangten Ämtern sich für Joachim und Melchior Vadian auf st. gallische Ämter bezieht, nicht auf die in Wien erlangten akademischen Würden, so könnten wir bei Joachim nur an die Ernennung zum Stadtarzt denken (Aug. 1518); Melchior aber ist am 26. December 1518 von Wien in St. Gallen eingetroffen (s. u. Br. n. 45) und reiste im Spätjahre 1519 nach Rom ab (vrgl. Brief II n. 171). Er könnte also nur im Jahre 1519 ein st. gallisches Amt erhalten haben — was für eines, ist zur Zeit nicht nachweisbar — und der vorstehende Brief wäre also in jenes Jahr zu setzen und zwar vermutlich in den Anfang.

*) Vrgl. die betr. Anm. zu Brief n. 19, ob. S. 154.

44. XI 263.

Iodocus (Decius)[1]) an Vadian.

Salzwerk Wieliczka. 1519. Februar 10.

Ausdruck des höchsten Bedauerns und Ärgers, dass ihn Vadian bei seinem Besuche des Salzwerkes nicht angetroffen habe, und Einladung auf nächsten Sonntag.

S. D. Vix calamus iste meam exprimere potest acerbitatem[a]), quin etiam[b]) maledico hoc omen[c]), quo huc ductus sis. Et Rudolfus[d])[2]) sus-

picione non caret aput me. Ego ita conveneram cum tua E(xcellentia), ut non nisi vocatus venires, quam vocationem[b] in Veneris diem constitui. Hodie veniens cognovi te præcessisse constitutionem[e] meam, cum meo dolore quidem. At quid facturus sum? Iacta est alea. Vidisti et non satis vidisti, æmulis[f] meis facientibus, qui vel hanc gloriolam cupiunt: in alienam messem falcem immittere[g]. Utinam saltem hoc cogitassem et ego descensum tuum cohibuissem apud officiales nostros! Sed factum est. Postea de his latius[b]. Nec hodie vocare volui. Tu itaque mecum eris dominica die futura[2]) in cena, qua te, quem summe colo, excipiam amice, quod alias propter curas non licebat. Interim te accinge, ut denuo feria secunda huc mecum venias, et non abi[h]; nam laborabunt tunc in omnibus cavernis[i] et videbis, quod voluisti. Si me amas, facies, per Helvetiorum[b] rogatus nomen[k]. Vale. Raptissime. Ex salinis Veliciensibus, 10 Februarii 1519.

Omni desiderio dominus meus te hic expectavit, ut et ille animum[l] suum in te declarasset, cui domi propter multas curas distento non datur opportunitas[m]. Sed nescio, quis deorum seu potius[b] diabolorum hanc nobis abstulit dulcedinem. Sed in Aristotelicis[n] deliciis interim vale.

Iodocus tuus.

Domino doctori Vadiano.

a) „accerbitatem". — b) „c" für „t". — c) „omnen". — d) „Rudolffus". — e) „-cionem". — f) „emulis". — g) „imitere". — h) „abie". — i) „cavermis". — k) „non" mit übergeschriebenem Abkürzungsstrich. — l) „amnimum". — m) „oportunitas". — n) „Arestotelicis".

l) Vrgl. I, Brief 13, II, Brief 210. — Dass Vadian im Winter 1518/19 eine Reise über Leipzig, Posen (? II, 221) und Krakau nach Wien gemacht hat und in dieser Stadt etwa von Ende Februar bis Mitte April geblieben ist, geht aus folgenden Stellen seiner Briefe des deutlichsten hervor: Brief 134 und 135 von 1518, Sept. 24. und 26. (II, 201 ff.); Brief 136, Oct. 26. (II, 206 f.); Brief 140 von 1519, Januar 29. (II, 211); Brief 142 und 143, Febr. 25. und März 6 (II, 220 ff.); Brief 147, April 9. (II, 225) und Brief 149, Mai 17. (II, 227). Auf dieser Reise hat er also auch die berühmten Salzbergwerke von Wieliczka besucht, wo sich Iodocus Decius damals aufhielt, und ist in Krakau eine Zeit lang krank gelegen (II, 222). — 2) Agricola. — 3) 13. Februar.

XI 169.

45.

Andreas Eck[1]) an Vadian.

(St. Gallen. 1519.) März 6.

Erwartung der unmittelbar bevorstehenden Rückkehr Vadians nach St. Gallen.

Salvum te, excellentissime domine doctor, cum fidissimo tuo itineris portatore, tuo Mucio, exopto. Id et pii parentes tui petunt; nam genitrix, ut semper de salute tua plus quam Martha expetit, et idem ger-

mana tua Othilia; nam nuptię futurę, ut scit, suę in te unico dependent. Non te clam volo, magistrum Melchiorum in profesto divi Iohannis Evangelistæ ad nos rediisse salvum. Plebanus, sacerdotes omnes cum amicis tuis bonis identidem doctorem, cuius tempora divina barba nigra vestit, exoptant. Certat et mecum pignore Bacchico fidus tuus plebanus, te videlicet dominica Lætare[2]) apud nos esse. Deum precor, munus ille, non ego, accipiat. Non te præterit, excellentissime vir, quemadmodum M. Guolfgangus[3]) mihi aureum Rhenensem plus minus 7 cruciatos[a]) sit pro lectisterniis, puero suo a me emptis. Fac, precor, tibi det. Koblerio tu domino[b]) accommodato[c]); namque[d]) ab eo accepi. Non sum nescius, quod pro xeniolo pollicitus es Lactancii Institutiones[e]) divi, littera Aldina impressas. Fac, ut vir es, pollicitis satis fiat; obnixe precor. Novi certi apud nos nihil est te dignum. Vale itaque. Fac me, E. D. doctor, Collimicio commendes[f]). Datum pridie Nonas Marcii.

Andres Eggius, tuum suppedaneum.

Salutat te ancilla nostra, Barbara iunior, cum hoc: si subligaculum comparaveris pellitum, cito revendas hortatur; nam amplius opus minus esse gaudet; nam lanugo, credo, cum tempore hoc fervo repullulascit. Xeniolum expectat.

Expectat pro xeniolo genitrix crocum. Fac tecum asportes.

Excellentissimo D. doctori *mag*nique iudicii viro D. Ioachimo Vadiano, Helvetio, domino suo colendo.

a) „cruc.“. — b) „do.“. — c) „accomodato“. — d) „nanque“. — e) „-ciones“. — f) „comendes“.

[1]) Vrgl. II, Brief 153. — Die Erwähnung der bevorstehenden Heirat der Schwester Ottilia (vrgl. II, Brief 163) lässt annehmen, dass es sich hier um die Rückkehr von dem Wiener Aufenthalt Vadians im Frühjahr 1519 handle. Dazu stimmt auch die Erwähnung der Rückkehr Melchiors von Watt nach St. Gallen, der am gleichen Datum des 6. März 1519 noch einen Brief von St. Gallen aus an Vadian nach Wien abgehen liess; vrgl. II, Brief 143. — [2]) 14. März. — [3]) Heiligmaier.

46.

Johannes Doring[1]) an Vadian. XI 179.

Herisau. (1519?) Juli 5.

Entschuldigung, dass er an Vadian zu schreiben wage. Schenkt ihm die Briefe des Erasmus von Rotterdam.

Ioannes Doringus Vadiano suo

S. D.

Næ ego vehementer impudens, magne Vadiane, nostri sæculi Maro, qui doctum ipse indoctus meis ineruditis liberis onero et peronero

citius quam exorno. Sed certo certius habeo, quæ est ipsius humanitas, μὴ χαλεπῶς ἔχει Vadianus ille meus hanc nostram sedulitatem; etiamsi uterque utrique ex æquo ignotus, immo[a] uterque utrique notior, ut quam est[b] (?) canibus non Delia, quidem argumentum aliquando faciunt. Erasmi Roterodami epistolæ mirum quam doctæ, quam elegantes, quam acutæ denique, hoc est vere Erasmicæ. Dono quidem in præsentia Vadiano meo. Sed en δῶρα δέ τοι δώσω ξεινήϊα πολλὰ καὶ ἐσθλά, ut est in Homeri illa Batrachomyomachia[1]). Vale. Herosoii, III Nonas Iulii.

a) „imo". — b) Am Rande nachgetragen und eingeklemmt.

Doringus unice tuus.

Magno viro Ioachimo Vadiano, *omnium* literarum principi, po*etæ* laureato ac oratori fa*cun*dissimo, amico singulari.

[1]) Vrgl. I, Register. — Da sich in Vadians Bibliothek die Basler Ausgabe von „Aliquot Epistolæ Erasmi Roterodami" vom Januar 1518 vorfindet, darf wohl mit ziemlicher Sicherheit angenommen werden, dass Dörig ihm dieses, jetzt noch in der Stadtbibliothek vorhandene Exemplar geschenkt habe, und zwar doch eher im Sommer 1519, als 1518; denn die Bekanntschaft Dörigs mit Vadian scheint erst aus der Zeit zu datieren, als dieser wieder in St. Gallen lebte; Anfangs Juli 1518 aber konnte Vadian besten Falles erst seit wenigen Wochen dort angelangt sein. Dass er schon im Juni von Wien abreiste, geht doch mit Sicherheit aus Brief 127 hervor.

XI 180.

47.

Johannes Doring[1]) an Vadian.

Herisau. (1519.) Juli 21.

Übersendung eines Hochzeitgedichtes.

Doringus Vadiano suo

S. D. P.

Sive velis, sive nolis, boni facias oportet, benevolentiam, ne dicam licentiam nostram, Vadiane, Musarum meumque delicium, quod ultro nobis parteis sumpsimus gratulandi M(arthæ), novæ tuæ sponsæ, novo hymenæo; quem equidem ita te oblectare cupio, ut iam etiam magis tuus sit, quam meus, qui genuerim. Tonus a nobis nihil abludit; Dorius enim est; quandoquidem Doringus οὐ δύναται μαθεῖν, ἢν μὴ δωροδοκηστί. Vale. Herosoii, XI Calendas Augusti.

Doringi ad Vadianum Hymenæus.

Festum turba hymenæum age
Candida Pegasidum,
Diis et concelebrantibus
Coniugiale epulum

Grata voce chori strepent,
Dulcicanamque chelym[a].
Miscet pocula dein puer
Phrygius, aureolis
Fundens iam latices simul
Nectareos cyathis.
Mox per replicitos choros
Innumeris choreïs,
Mox membra ad numerum cient
Castaliæ Veneres.
Dein donet Venus aurea
Munera coniugii,
Crispasque interea comas
Cingite Pierides
Sertis iam viridantibus,
Vertice Pegasio.
Porro pectora flammulis
Incita amabilibus.
Casto prosperat alite
Delicium Bromii.
Post ad connubia inclita[b]
Aureolis soleïs
Ibunt numina Cypridis
Passibus innumeris,
Felices tamen et quibus
Candida coniugia
Obtingunt mediocribus
Muneribus Veneris.

Τέλος.

Ioachimo Vadiano tum poetæ clarissimo, tum oratori facundissimo, amico incomparabili.

a) „chelim". — b) „inclyta".

[1]) Vrgl. I, Register. — Das Datum ergibt sich mit Sicherheit aus dem Thema des Briefs.

48. XI 35.

Christoph Schappeler[1]) an Vadian.

Memmingen. (1519. Juli ?)

Besorgnisse vor der Pest.

Salutem et bene agere. Et alteras iamiam meas tuę Humanitati transmisi; tuas attamen nec cepi[a] litteras ullas, virorum amplissime, quibus vel ipsa, uti in frontem addixeris, amoris tui erga me, perinde consolationis gratissimę scintillula recalesceret. At studio, ut fertur, dispari eundem sopiri, haud extingui coniecerim. Salvam me ducere vitam, qualem et tibi tuisque, a superis optarim semper; at vero anxiam, męstam, et te sciente sudoris assuetam te pręterire nolui, quum et nostrorum condicio et rerum occupatio multiiuga non nihil fomenti itidem[b] pręstare solet. Hoc tu ipse olim e iudicio medico palam censuisti; illud vero hisce meis litteris aridis enodare petii. Nempe quatenus pestifera tela solum in nostrum paternum arcus dei expansus emisit, quin immo[c] omnem Svitię

regionem, ob peccatorum, proh dolore! dolenda merita: eatenus et in Memmingen atque totam fere provinciam, quibus anno superiore in significationem salubrem, ut ab eiusdem facie timorosi fugerent, datus est, passim evolatura formidandum est. Non enim quęrulosus scribo: suorum fratrum, nostrorum dico, vel specietenus sauciati socios se exhibuere compassionis, calore vitali suffocato, quod ipse hauserim plane; neque personarum altitonantem iustum fuisse acceptatorem, quis fidelium asseruerit unquam? Idcirco[d] et adhuc manus ipsius extensa arcum tetendit, gladium vibravit. Populus tamen eius — o utinam eius et non Pharaonis mancipium occæcatum[e]! — nec reversus est ad percutientem, immo castigantem se, Dei iustam iram verendo seque ipsum emendando. Sed quos culpa oculos claudit, pœna[f] utcunque aperit, et fatuorum damno nos, si rationis compotes, sapientes fieri convenit. Sed ecce! Vocavit nos misellos dominus misericors ad fletum, planctum et cilicium, et ecce risus, gaudium, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum et opus dei negligere salvificum, tenentes tympanum, citharam et lyram! ad sonitum organi gaudent; ventri suo, non deo servientes ad ima rapiuntur. Unde divitias bonitatis, longanimitatis et patientię eius contemnimus vesani, ignorantes, quoniam ipsius benignitas ad pœnitentiam nos adducit. Significamus autem duritiam et cor impenitens; thesaurisamus nobis iram in die irę etc. Ut quid nati, quid reparati? Perditio tua ex te, o Israel! Non volens iniquitatem deus; tu es. Omnis etenim, quę sua, nemo, quę Christi Iesu, quęrit. Statuere ferme omnes oculos suos declinare in terram. Inutiles facti sumus omnes. Non est, qui faciat bonum usque ad unum. Abundavit iniquitas, refriguit multorum charitas, exinanita fide abolita est promissio; et ut in versum dicam: Deum non timemus, patientissimum ultorem. Et rex quid tandem faciet? Malos utique male perdet. Hoc est, mi Ioachim, quo turbor, quo desudo, quo anxior, quo crucior, quo cum apostolo miser ego uror. Nisi ergo pænitentiam egerimus veram, incidemus in manus domini horrendas peribimusque omnes. Hoc visceretenus tecum lusi. Det deus optimus maximus pacem, quę exsuperat[g] omnem sensum.

Si quo pedem a loco nostro, peste ebuliente, alienare contingeret, locum nativum forsan felicem ocius accederem, quum loci mutatio, physicis[h] astruentibus atque plebeis, plurimum conducat vitam scilicet inappretiabilem, si fas est, si domino placet, ad tempusculum redimendo, atque tuo in hoc sagace atque meorum expectans utar consilio. Tu vale, decus

unicum, omnesque fauste vivamus. Ad superos manus porrigam supplices. Christophori tui memor esto.

Der schimpf will sich zů ernst schicken dringen;
Ich besorg, wir můßen üwern rayen auch springen.

Confrater tuus integer
Christophorus Sertorius, Memmingensis concionator.

Magnifico viro domino Ioachimo Vadiano, Sanctigallensi doctori ac physicog) celebratissimo, domino ac confratri suo percolendo. S. Gallen.

a) Hier, wie noch mehrfach, gänzlich unmotivierte Verwendung des geschwänzten „e". — b) „ididen". — c) „imo". — d) „Iccirco". — e) „e" für „œ". — f) Geschwänztes „e" statt „œ". — g) „exuperar". — h) „phisicis, -co". — „c" und „t" scheint Schappeler ganz willkürlich neben und für einander zu verwenden.

1) Nach der Klage am Eingang des Briefs: dass Schappeler auf wiederholte Schreiben an Vadian keine Antwort erhalten, muss dieser Brief doch n. 52 vorangesetzt werden. Vor den Juli 1519 kann er aber nicht fallen, weil die Pest erst um Pfingsten (12. Juni) in St. Gallen ausbrach. Das mündliche Versprechen, an Schappeler zu schreiben, wird ihm Vadian bei seiner zweiten Heimreise von Wien gegeben haben. Die deutschen Verse am Schlusse des Briefes sind wohl eher auf die drohende Pest, als mit Rohling (Die Reichsstadt Memmingen in der Zeit der evangelischen Volksbewegung, S. 77) auf den Beginn der reformatorischen Bewegung zu beziehen. Freilich kann es auffallen, dass Schappeler bei allfälligem Ausbruch der Pest in Memmingen nach St. Gallen überzusideln gedenkt, wo die Pest schon ausgebrochen war.

49. XI 12.

Andreas Eck[1]) an Vadian.

(Krakau. 1519. August.)

Unterbringung des Christoph von Hinwil. Unterkunft bei Rudolf Agricola. Bericht über Verhandlungen mit Hektor von Watt, über den Krieg zwischen Polen und den Tartaren und über einen Besuch Konrads von Watt in Krakau.

S. Satis feliciter, humanissime domine doctor, Cracoviam ego cum Christophoro, D. Ioannis de Hinwil fratre germano, venimus, quem mihi ut filium commendaverat, ego ut filium[a]) amo. Operam damus, ut et puero domino probo provideatur, cum quo bonis moribus assuefiat. Scribo itaque ad dominum Hectorem, si ei pro necessariis olim pecuniis opus fuerit, accommodato[b]) det. Parenti ut reddat, scribe, et eidem me commendatum habeas. Ego filium commendatissimum habui. Sum ego apud D. Rhudolfum, qui me summo prosecutus est amore. «Ne sis sollicitus», dicit, «apud me manebis». Ego, utut possum me providere, ne ei sim difficilis, volo. Ceterum[c]) plus quam sollicitus in negotio tuo erga Hectorem fui, et (ut iussisti) obnixe precatus

sum, tecum aliquantulum humanius agat. Ille (scintillam genuini odii sub pectore condit, suspicor) propositum se et, quemadmodum tecum convenisset, animum mutare minus velle aiebat. Tandem me semel et iterum ad prandium invitatus est. Ego horam lætiorem[d] expectans et quę mihi opportuna[e], ut de negotio tuo verba facerem, videbatur[f]; multa itaque collocutus: «bene», inquit, «est; ego litteris certiorem eum, quid mihi animo sit, faciam». Scripsit itaque nescio quid. — Hoc te celare non possum, quinquies mille optimorum Polonorum ab immanissimis Tartaris profligatum (!) esse quotidieque Tartarorum manum augmentari et fortiorem fieri adversus expeditionem[g] eorumdem Polonorum; nam et serenissimus rex Sigismundus se parat armis bellicis clavumque, ut est in adagio, clavo trudere conatur. Hęc omnia ex domino Rudolfo copiosius accipies et elegantius[g]. — 8 dies est, quo hęc scripsi, quando frater tuus germanus D. Conradus salvus apud nos Cracoviç fuit, quem Deus optimus maximus salvum diutissime velit, precor. Summa inter me et germanum tuum Benedictum amicitia, ut sua est humanitas, intercessit. Vale itaque, numen meum terrestre et dulce decus meum, et Andream tuum, ut integer est, integerrime ama. De nuptiis tuis et germanę tuę certiorem me facias, obnixe rogo.

Præstantissimo D. doctori Ioachimo Vadiano, poetæ[d] laureato et oratori clarissimo, apud Sanctum Gallum, domino suo observando.

a) „flium". — b) „accomodato". — c) Geschwänztes „ę". — d) „e" für „æ". — e) „oportuna". — f) „illum adii", oder etwas Ähnliches ausgefallen. — g) „c" für „t".

[1]) Vrgl. II, Brief 153. — Für das Datum vrgl. II, Brief 165.

XI 7.

50.

(1519. Juli.)

Ansichten eines Unbekannten über die Frage: ob ein Christ ohne Gefahr für sein Seelenheil bei Ausbruch der Pest sich entfernen und eine Luftveränderung vornehmen dürfe?

S. Egregie domine doctor, super quæstione[a] hac: utrum christianus ingruente peste possit absque salutis animę periculo (infectis tamen prius maximopere provisis) paululum secedere ac mutare aerem, sententia mea admodum puerilis hæc est:

Primo: Præcipue et omnium maxime curandum, ut ægrotantes optima cura provideantur tam spiritalium quam corporalium personis ac hæc idoneis.

Secundo: Quum varię sint divisiones gratiarum[b] in ædificationem

ecclesię[c] datę, quarum qui si etiam non omnium particeps existit, nichilo secius[d] tamen christianus censeri et haberi potest; ergo etc.[1])

Tertio: Etsi deus infinita sua potentia cuncta regat posueritque terminos, quos præterire nemo potest, præordinavit tamen multa conservandę vitę media, quæ negligere atque contemnere non solum tentatio[b], sed piaculum[e] esset.

Ut cum quis audiens id Math. 6: «Considerate volucres cæli[f] etc.», continuo declinaret laborem, dicens: Quid laboraremus? cum dominus iusserit nos considerare volucres cœli, quos igitur citra laborem alit, et affirmavit insuper, nos pluris esse etc. Ecce etc.[2])

Item cum quis id Iohannis 6 audiret ex Esaia: «Erunt omnes docibiles Dei», et ilico[g] scripturas, sacramenta atque externum verbum contemneret, subiudicans: adeo doceat necessum est; quid ergo etc.[3])

Hoc non consueverunt viri sancti ac timorati, ut Ezechias, 2 Reg. 19, qui cum rex Assyriorum[h] excidium minaretur urbi Iherusalem, quamquam tam faustum a domino acceperat responsum: «rex Assyriorum[h] non ingredietur urbem hanc» etc., non tamen oscitanter manibusque pressis expectavit voluntatem domini, etsi certus erat de ea, sed inito consilio cum principibus virisque fortissimis obturavit capita fontium, qui erant extra urbem, ædificavit quoque (agens industrie) omnem murum, qui fuerat dissipatus, et exstruxit[i] turres desuper et forinsecus alterum instauravitque Mello in civitate David, et fecit universi generis armaturam et clipeos[k] etc. Ecce etc.[4])

Sic etiam populus dei arma non contempsit, pro quo tamen dominus semper pugnaturus erat, Ex. 14, Iosue 23 et alibi, ut ps. 44: «In te inimicos nostros percutiemus, in nomine tuo conculcabimus insurgentes in nos; non enim in arcu meo sperabo et gladius meus non salvabit me etc.»: ecce etc. Sic etiam fidelis ægrotans utitur medicinis, Ecci. 38[5]).

Quarto: Sicut infirmorum præcipua habenda est cura, nec tamen interim negligi debet sanorum ratio, ne totum corpus periclitetur morbo tam contagioso etc.

Quinto: Quærens multorum salutem non temere se in quodlibet periculum absque necessitate ingerit, quemadmodum Christus non statim se dedit in manus odientium[b], sed quandoque se abscondit, quandoque secessit, ut etc., quia oportuerat eum prius prædicare aliis civitatibus et nondum venerat hora eius[6]).

Sic Paulus se per portam Dammasci demitti patitur[1], sic gaudet privilegiis Romanis, Act. 16 et 22, ob eam rem appellat Cæsarem, non certe, ut adeo horreret mortem, qui iam (sicut omnes fideles) mundo mortuus erat, sed ut diutius fratrum promoveret salutem, uti ad Philipp. 1 videre est, ubi Paulus dubius quasi sic inquit: «Quid eligam, sum nescius. Comprimor autem e duobus, desiderium habens, ut dissolvar et sim cum Christo longe multo melius, et quod permaneam in carne, quod magis necessarium est propter vos»; — nempe ut fratribus diutius ministraret prædicando, admonendo, exhortando, orando pro fratribus et id genus alia agendo in ædificationem ecclesię. Ecce propter fratres conducibilior erat vita, quam mors, quæ alias transitus est ad vitam; sed eligibilior[m] in hiis omnibus et similibus charitatis regula adhibenda est, et non errabitur. Amen[7]. Vale.

Iacobus[8] tuus a pedibus semper.

Unten auf der ersten Seite von Vadians Hand:

Vide de mortis contemptu cap. 5, 2 ad Corinth., quid gratia in quibusdam possit.

Auf der zweiten Seite des beigehefteten leeren Blattes von Vadians Hand:

Avarus apud Euripidem:

Aut dives opto vivere aut pauper mori.

Bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum facit.

Ceteris animantibus ipse deus arma dedit, ut cornua, ungues, morsus, aculeos, quibus vitam tuerentur. Homini consilium datum pro armis etc.

Videri possint ex tot hominum casu lętitiam capere, velut Nero partem urbis a se accensam lætus spectabat, cum omnia flammis conciderent.

Ex Suetonio.

φιλαντροπία, μυσαντροπία (!).

Non pastores gregis, sed sectarii, qui gregem inscium ov(i)um ad lanienam perducant.

Pro fuga: Salvabuntur, qui fugerint ex eis, Ezechiel 7.

Durchgestrichen: Christus fames et pestes futuras dixit, Math. 24, nimirum decretas afflictiones. At vero in fame quam sollicita sit charitas, ne proximo desit, scr*i*ptura[n] testatur Act. VII et XI, et post*u*labit in iudicio adversus eos, qui esurientem non aluerunt. Pu*t*amus autem, idem non facturum in pestilentię afflictione, qui curam (?) servationis[o] in ædificationem reliqui*t* ec(c)lesiis. Et testetur (!) scriptura .. necessitatem illam, medicum honorandum[9].

a) Wo nicht geschwänztes „e", durchwegs „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „eclesię". — d) „setius". — e) „pyaculum". — f) „cœli". — g) „illico". — h) „Assiriorum". — i) „extruxit". — k) „clippeos". — l) „pattitur". — m) „eligibilior" über der Zeile. — n) Auslautend statt „a" ein durchgestrichenes „ę". — o) Die zwei letzten Worte unsicher; am ersten ist corrigiert worden.

[1]) Am Rande: „Ro. 12, 1. Cor. 12, Eph. 4". — [2]) Am Rande: „Math. 6". — [3]) Am Rande: „Iois. 6, Esai. 54. — [4]) Am Rande: „2 Reg. 19, 2 Chro. 32". — [5]) Am Rande: „Ex. 14, Ios. 23, Ps. 44, Eccl. 38". — [6]) Am Rande: „Iois. 8, 9, 10, 11, Lucas 4, Esa. 61". — [7]) Am Rande: „Act. 9, Act. 16 et 22, Phillipp (!). 1. — [8]) Unter den sonstigen Correspondenten Vadians aus der Pestzeit findet sich kein Jacobus, dem vorstehender Brief mit Wahrscheinlichkeit zugehalten werden könnte. Am nächsten liegt die Annahme, dass Vadian bei Ausbruch der Pest im Sommer 1519 sich bei einem befreundeten Theologen dar-

über Rats erholt habe: ob er mit gutem Gewissen St. Gallen verlassen dürfe? was dann bekanntlich geschehen ist. Wie lebhaft ihn selbst die Frage beschäftigt hat, geht aus seinen eigenhändigen Zusätzen hervor. Aus Brief II, 163 und 164 ersieht man übrigens, dass Vadian krank war, als er St. Gallen verliess. Es dürfte daher in der Überschrift zu vorstehendem Briefe vielleicht geschrieben werden: „bei einem Anfall der Pest", statt „bei Ausbruch". — 9) Ecclesiasticus cap. 38, v. 1.

51. XI 176.

Johannes Doring[1]) an Vadian.

(1519?) August 10.

Ersucht Vadian, den Hippokrates einem Freunde zu leihen.

Doringus Vadiano suo
S. D.

Quid te velim, mi Vadiane iucundissime, epistola mea ruditer indicat aut ineptiter magis. Certe qui amicum iam agas, si unquam amicum agis, et Doringo tuo morem iamiam agas. Id feceris, quando homini et amico meo Hippocratem[a]) præstes, amicus et peramicus. Neque est, qui non præmium accipias, cum in his omnibus, tum in aliis maxime. Me, ut facis, ama. Vale. Herosoiæ, quarto Idus Augusti.

Doringus tui studiossissimus.

Vadiano meo.

a) „Hyppocratem".

1) Vrgl. II, Register. — Nach Brief n. 154 beschäftigte sich Dörig selbst im Juni 1519 mit Hippokrates. Es liegt daher die Vermutung nahe, dass vorstehendes Briefchen in eben diesem Jahre geschrieben sei. Dagegen scheint allerdings die Form „Herosoiæ" im Datum zu sprechen, die in den datierten Briefen Dörings erst von 1521 an statt des früheren „Herosoii" gebräuchlich wird.

52. XI 34.

Christoph Schappeler[1]) an Vadian.

Memmingen. (1519. August?)

Dank für empfangene Briefe und für die Förderung zweier nach Wien abgereister Schüler. Freude über die bevorstehende Heirat der Ottilia von Watt mit Bartholome Steck und die Verlobung Vadians. Bericht über das Auftreten des Dr. Johann Eck gegen Luther und Bodenstein.

In Christo salutem. Quas superioribus diebus ad me tradidisti litteras perhumanas, celebratissime Vadiane, cepi gratissimus. Ubi et pellegens tuam tam splendidam tamque[a]) copiosam tuę somnolentię autve potius invitę negligentię causationem et tuum in me indignum repetens[b]) sincerum affectum, non potui non tamen in te iuste non succendi; immo litteris primum visis, calore alioquin iusto sedato, gratias tuę Humanitati iucun-

dissimas sedulo referre. Tam etenim tuis nunc eisdem litteris Christo-phorum gratum, quam reddidisti prius doloris impatientem. Sed quid mi Ioachime, prçclarç inter nos gerendç amicitiç notulam prç te ferens integram, qua mutui aditus, familiaritatis, denique laborum tuorum charissimorum, non, ut ipse scribis, ineptiarum, posthabito spatii itinerarii intervallo, me aliquando participem effici contendis? Cuius equidem officii et ego, salvis viribus minusculis, neutiquam immemor ero. Quo autem officiorum iure tuç et in me et meam amitam Barbaram Cocariam vigilantiç domi habitç, immo manuductionis, ast fidissimç promotionis tirunculis meis ambobus ad palestram litterariam Viennensem[c] profectis porrectç astrictus sim, me haud prçterit. Reddam interim absens pro ea ipsa pientissimo deo, qualia valuero, vota diutina. Ne attamen, vir integerrime, quasi alienus tuam, quam a tergo tuis instruxisti[d] litteris, affinitatis, perinde optatissimç inter nos attinentiç supputationem, quam te eandem propediem consummandam[e] per nostrates nobis ambobus iunctos in çdiculis nostris hilari fronte perceperim, silentio prçterire videar, calamo[f] mihi profusiore, quantumvis arido, opus foret. Quid non optati quidve non boni dii immortales suis non munificentissime supplicibus contulere? Etenim, ut paucis ludam, ultra quam unquam optarim, vota me uberrime hoc felici auspicio fovere. Quod rerum omnium largitor optimus in ambos Otiliam ac Bartholomeum illic incepit, idem misericors ad metam[g] perficiat beatam. Sed nec bonitate (?)[h] perfusus cordis iubilo, quo itidem[i] et tecum contigisse pariformiter. O, quid ab eisdem institoribus hauserim: utpote matrimonii ius iniquum, quid scribo! inquietum iniisse perinde, o studiosorum omnium decus, te navigasse. At tibi uti nauclero et dii superique omnes — Musç surdescent —, iugi ac prospero occurrant statu adque patriç verç litus[k] te tuosque successores velo deducant erecto, fidelis imprecor. — Quç penes nos rerum ventilantur nova, Sanctigallenses non olfacere[l] haud arbitror. Et hunc passim notatum temerarium, ut fertur, altercatorem seu elocutorem[m], doctorem Ioannem Eckium, alioquin mihi probe notum, Leiptzigk nuncnunc veritatis scholasticç discutiendç in suos (sicuti scribit) æmulos[n], prçsertim Martinum Lutherum ac Andream Bodenstain, theologiç professores, causam agitantem, tuam Humanitatem latere nolui. Pharisæorum gentiliumque dii noctem somniantes faxint! Ad contentiones et vanissimas ostentationes, non doctrinç, suspicor, morumque çdificationem, hç ipsorum garrulationes vehe-

menter conferre censentur. Transeat homo antiquus viam suam. Vale tu, doctor probatissime, et tui omnes (in) ęvum, et tuum alterum confratrem Christophorum amore amplectito sincero. Memmingæ[o], e museolo nostro!

Dominos Gasparem Rainsperger, parrhetianum apud S. Laurentium, magistrum Hermannum Miles, decanum, cum ipsorum contribulibus sacris nomine meo omnes salvos habeto.

Tuus, ut optas, *Christophorus Sertorius,*
Sanctigallensis.

Amplissimo viro domino Ioachimo Vadiano, Sanctigallensi, doctori ac physico[p]) celeberrimo, domino perinde confratri suo amicissimo.

a) „tanque". — b) „reppetens". — c) „Vinen" mit Abkürzungsstrich. — d) „instruisti". — e) „consumandam". — f) „chalamo". — g) „metham". — h) „b" mit hochgeschriebenem „oie" oder „ore". — i) „ididem". — k) „littus". — l) „olefacere". — m) „eloquutorem". — n) „emulos". — o) „Memminge". — p) „phisico". — „c" und „t", sowie geschwänztes und ungeschwänztes „e" sind häufig nicht zu unterscheiden und scheinen ganz beliebig für einander gesetzt sein.

[1]) Das Datum dieses Schreibens ergibt sich mit annähernder Sicherheit aus der Erwähnung der Heiraten des Bartholome Steck mit Vadians Schwester Ottilia und Vadians selbst; vrgl. Brief n. 163, II, 240. Kaspar Rainsberger, der Pfarrer zu St. Laurenz, starb noch im gleichen Jahre an der Pest; s. Frid. Sichers Chronik, St. Gall. Mittlgn. XX. 182.

53. XI 20.

Rudolf Agricola[1]) an Vadian.

(Krakau. 1519. August/September?)

Bewerbung um die Pfründe in Jonswil.

Benedictus, frater tuus, quando de statu meo inter nos commentabamur, multa de quodam beneficio in Iunschwil narravit, quod frater matris tuę haberet et is quidem doctor Talman, multis confossus vulneribus, ęgre vitam ageret, licet viventem deum tester, non esse me alterius mortis cupitorem: is, inquam, ut Benedictus aiebat, amęnissimum locum et iucundam sedem, largis annuatim proventibus accedentibus, haberet. Proinde sis memor, et tibi et michi consule. Volo enim vicinus esse tuus, ut, si omnipotens deus prolem tibi concesserit, aliquando me et possessiones meas intervisas, atque etiam ut mutuo philosophari possimus. In hoc propositum et verba iuravi nec sententiam mutabo. Si mihi provideris, tibi et tuis consultum erit. Amo enim te, ut scis, ex corde; igitur mei coram abbate recordaberis.

Clarissimo viro Ioachimo Vadiano, poetę et medico, fautori charissimo.

[1]) Vrgl. I, Brief 10. — Die Pfründen *Anton Talmanns* scheinen nach dem Brief Melchiors von Watt vom 18. November 1519 im Herbst dieses Jahres ledig geworden sein; s. II, Brief 175, Mittlgn. XXV. 257. Man wird daher den vorstehenden Brief etwa i den August oder September 1519 setzen dürfen; vrgl. auch die stets wiederholten Bitte Agricolas um die Verwendung Vadians beim Abt von St. Gallen in den Briefen 142, 14 150 und 165 vom Februar, April, Juni und August 1519.

XI 292.

54.

Johann Jakob a Liliis[1]) an Vadian.

Paris. (1519.) October 7.

Übersendung des versprochenen Schweizerdegens.

Ioannes Iacobus a Liliis, Lucernus, Ioachimo Vadiano, præceptori suo, salutem.

Accipe hilari fronte, doctissime Vadiane, xeniolum hoc, minime tuis in me meritis paria faciens — neque hoc tantillo venor —, sed utcunque benevolentiam ac observantiam meam erga te contestans. Quid? Tamen cavilletur quispiam homini literato cum gladio — Minervæ suem! — non sine causa, ut qui iam patriæ diis auspicibus præclaro[a]) matrimonio, quo nec gratius nec lætius quicquam hoc temporis mihi accidere potuisset, devinctus et oppignoratus, non minus armis et manu, quam consilio ac prudentia adiuvare ac consulere necessum habeas. Optime vale, eximium patriæ decus, ac me, quo nec amantior nec observantior tui quisquam est, tua auctoritate commendes. Parisiis.

Festinato, Nonis Octobris.

Carissimo ac undecunque doctissimo Ioachimo Vadiano, præceptori suo, Tiguri agenti.

a) „e“ für „æ“.

[1]) Vrgl. ob. Brief 40, nach dem sich auch das Datum des vorliegenden ergänzen lässt.

XI 209.

55.

Johannes Alexander Brassicanus[1]) an Vadian.

(Vor dem 7. Februar 1520.)

Lobeserhebung in Distichen und Bitte um Antwort.

Viro undecunque docto D. Ioachimo Vadiano suo Brassicanus.

Te talem ostendunt tua candida scripta poetam,
Qualem non posset carpere Momus atrox.

Te talem historicum tua commentaria monstrant,
Ferret Aristarchi qui quoque puncta gravis.
Rhetora te talem Iseï docet oris acervus,
Nestoreos quales novimus isse favos.
Te tantum humanum docti super æthera clamant,
Quantum illi toto pectore amare queant.
Brassica ubique tuas dotes, Vadiane diserte,
Miratur. Dignas, quæso[a], repone vices.

Doctissime vir, nihil est, quod aliud petam, quam quod me literis tuis resalutes. Scripsi nuper ad te prorsa epistola. Mirifice gaudeo, si reddita, non quod docta, sed quod amicitię[b] conciliatricem volui. Vale et responde cum Fabro.

Clarissimo viro D. Ioachimo Vadiano, domino atque amico prȩcipuo. Apud S. Gallum.

a) „e" für „m". — b) „c" für „t".

1) Vrgl. II, Brief 181, aus dem sich auch das annähernde Datum ergibt unter der doch sehr wahrscheinlichen Voraussetzung, dass unter den dort erwähnten „Briefen im elegischen Versmass geschrieben" die vorstehenden Distichen gemeint seien.

56. XII 269.

Ulrich Fabri[1]) an Vadian.

Wien. (1520.) April 17.

Entschuldigung seines Schreibens und Bitte um einen Brief.

S. p. Stupore forsan insolito animum tuum, vir humanissime, meȩ afficiunt literȩ, quod hactenus nihil tale fecerim, uti iam nunc ausus sum. Tacui, fateor, quippe talem alloqui virum, nisi summa necessitate vel cogente numine, fas[a] esse duxi, præsertim hiis meis ineptiis seu garrulitate obstupera[b], perinde atque anser inter olores ipse clamitans. Melius etiam vel in universum tacere ac digitis labra constringere iamnunc videretur. At quia post hoc diuturnum silentium non usquequaque mihi ipsi obtemperare potui, quin ineptire prorsus constitui, ea potissimum causa, quo tuam provocem Minervam, si saltem infimus literarum antistitem atque antesignanum ad scribendum aliquando debet potestve inducere; mihi quidem nihil iucundius, nihil gratius, nihil denique, quod plus me delectaret, hoc tempore tuis literulis accidere posset. Plurimum igitur tuam precor Excellentiam, ne amplius me hac animi iucunditate privet. At nihil habeo, forsitan inquis. Quid? hoc ipsum mihi satis erit scribere:

nihil habeo. De aliis rebus iam non est, quod scribas, præ nimia earu[illegible] copia. Amici tui recte valent; bene nobiscum agitur Viennæ; princip[illegible] adventum omnes avide expectant. Vale, decus literarum politiorisq[illegible] studii quasi unice amator. Ex ędibus nostris Viennę. Datum 15 Kaler[illegible] das Maii.

M. *Udalricus Fabri,*
tuum deditissimum mancipium

Præstantissimo viro Ioachimo Vadiano, poetę ac oratori co[illegible]-ronato, saluberrimę prędterea medicinę doctori, amico et fau[illegible]-tori singulari.

a) „phas". Der Sinn verlangt „nefas". — b) Wohl für „obstupenda" verschrieben.

[1]) Von dem angeblich aus Torberg im Kanton Bern gebürtigen Humanisten und Mediciner *Ulrich Fabri* (s. über ihn Aschbach II, 312—315) sind zwei Briefe vorhanden. Der vorstehende wurde zuerst geschrieben und darf mit grösster Wahrscheinlichkeit in das Jahr 1520 gesetzt werden, da er offenbar nicht in den ersten Tagen nach der zweiten Abreise Vadians von Wien — April 1519 — abgegangen ist.

XI 268. 57.

Johannes von Hinwil[1]) an Vadian.

(Wien. 1520. April 21.)

Allgemeine Complimente und Entschuldigung, dass er eine aus Bürgschaft entstandene Schuld noch nicht bezahlen konnte.

Ioannes de Hinwil, Duranus, Ioachimo Vadiano, Gallensi, poetę laureato[a]) et oratori facundissimo, artium et medicinæ[b]) doctori, præceptori suo colendo, S. D.

Constat, præceptor colendissime, ut in eos non minus grati simus, quorum præceptis, consiliis et auxiliis utimur, quam in hos, a quibus prognati sumus. Sed cum tu a primis annis in id tuum animum applicaveris, ut ceteris, quos tum pares habebas, cum moribus, tum etiam, quod præcipuum inter mortales ducitur, doctrina antecelleres, quod cum felici[c]) omine adeo plene assecutus es, ut omnes tua doctrina adeo præcellas, ut non solum parem non habeas, verum etiam cum ipsis diis cum ingenii tui subtilitate disceptare videaris, quod talem te virum reddidit, ut non exstet[d]), qui non aliquid laudis tuę perceperit. Quæ fama cum et meas (ut omnium) aures attigerit, subito, nullo prius habito consilio, ex Alpinis rupibus me surripui et te in longinquis regionibus degentem accessi, ubi te præceptore illud Sallustianum[e]) dictum: *Omnes homines, qui sese student*

ceteris[c] *præstare animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant*[d]), vigili studio pro parte adimplere proposui. In qua re tu mihi fidi præceptoris officium[f] exhibuisti et adhuc exhibes, præsertim cum tuam humanitatem multis sæpe quæstionibus ad fastidium usque, frequenti sciscitatione aures tuas obtunderim. Tu tamen, ut soles, semper copiosius ultra quam petitum respondisti. Egisti quoque erga me, quæ non præceptoris, sed parentis sunt, ut cum quippiam nummorum tibi suppeditaret, eosdem mihi partire et in mutuum dare numquam recusasti, et demum, quod maximum est, pro debitis meis contra creditorem sponte fideiussorem te esse promisisti et in promisso adhuc manes. Pro quibus singulis nec tibi neque tuis a me aut a meis satisfieri haud potest, cum tibi inprimis pro præceptis et documentis, quibus me fidelissime, ut omnibus assuetus es, instruxisti, minimum promererig) non possim, tum etiam pro debito, quod tibi ex mutuo dato teneor (tamen brevi una cum cetero[c]) solvam), recompensatio aliquantula vix fieri potest; demum pro fideiussione, qua meo nomine teneris, talionem reddere haud queo. Attamen qualem in te geram animum, optime noscis. Cum eum tibi tuisque benefaventem numquam occultaverim, sed aperta fronte ostenderim, possim forsan ingratus abs te censeri aut tanta rusticitate obsitus videri, ut benefacta agnoscere non velim. Quod minime tibi de me persuadere debes propterea, quod minus te frequento et accedo; sed causa est, quod pecuniam[h]), quam tibi pro certo dare promisi, minus præstaverim(l); non tamen mea culpa; quoniam summam, quam mercator mihi ex iussu patris præstare debuerat, nondum dedit. Qua de re timore et quadam insigni verecundia captus te, nisi præsentes habeam nummos, accedere non audeo. Scias tamen, me in ea re quottidie occupatum esse et summa diligentia in id intentum, ut, quam brevissime potero, te ceterosque contentos reddam. Quam ob rem, præceptor colende, ne id, quod ex timore et nimia verecundia contingit, in aliam partem suscipere aut ex aliis, id tibi persuadere volentes, non admittere velis, plurimum rogo, et me Ioannem non alium absentem, præsentem alium esse æstima; sed talem, qui tibi non fucata amici*tia* præ oculis[i]) appareat (ut quidam in consuetudine habent), et qui simplici sinceritate integram suam amicitiam ubicumque firme in te ponit. Tandem firmiter id de me tibi pers*ua*deas volo, me omnia, quæ probi ac grati sunt[k]) discipuli, semper erga te, præceptorem meum, facturum. Vale et Ioannem tuum a pristino amore non exclude. In his ineptiis meis Ari-

starchum adhibe. Iterum vale. Datum in profesto dedicationis Prædicat*orum*.

Ioannes de Hinwil, tibi deditissimus.

Præstanti viro Ioachimo Vadiano, artium et medicinæ doctori, præceptori suo apprime colendo hę litteræ præstentur.

a) „lauraato". — b) Durchgehends „e" für „æ", soweit nicht „ę". — c) Geschwänztes „e" in der Stammsilbe. — d) „extet". — e) „Salustinanum". — f) „t" für „c". — g) „promeri". — h) „peccuniam". — i) „occulis". — k) „suntt".

1) Vrgl. I, Brief 47. — Unter der „dedicatio Prædicatorum" ist wohl ohne Zweifel die Kirchweih der Dominicaner zu Wien — der Sonntag Misericordia Domini oder zweite Sonntag nach Ostern — zu verstehen (s. Grotefend, Zeitrechnung des Deutschen Mittelalters etc. I, 158). Das Datum des vorstehenden Briefs kann daher auf den 7. Mai 1519 angesetzt werden. Da wäre es aber doch im höchsten Grade auffallend, dass in ihm der kurz vorher erfolgten Abreise Vadians von Wien mit keinem Worte und nicht mit der leisesten Anspielung gedacht wird. Wir bringen ihn daher lieber in Verbindung mit dem Briefe Hinwilers vom 29. Juli 1520 — II, Brief 204 — und setzen ihn auf den 21. April 1520 an. — 2) Sallustius, De Catil. coniur. c. 1.

XI 115.

58.

Melchior von Watt[1]) an Vadian.

(Rom. 1520. Januar 27. bis Mai 21.)

Bitte um Verwendung zu seinen Gunsten in Constanz.

Ecce charissime frater, dum occludo has litteras priores, tuo nunc nomine signatas, vocat me dominus doctor Caspar, et, quemadmodum inter procuratores in processu huius meæ expeditionis[a]) reservati tui (?) Anthoniique Talman, avunculi Neroniani, (tu audis) nullam mentionem fecerit, declarat et mandat, ut ad te scribam, ut, si forte ex aliquo privato negotio[a]) aut propter me ipsum Constantiam[a]) adire statueris, eos ipsos procuratores meos, quos dominus doctor mihi ascripsit et mandatum in scriptis pontificis monet, adire dignareris sive litteris obsecrareris quam citissime, quo, quicquid id oneris[b]) esset, propter te totiusque[a]) familiæ[c]) nomine libenter et citra nausiam[d]) suscipere eorum clarissimæ Dominationes velint; futurum quoque forsan, ut meam gratitudinem meorumque, ut optime noscis, quandoque sentiant[e]). Adde, quod viro tibi doctissimo nec etiam[a]) absurdum foret, ad episcopum quicquam scribere interim, dum ad vicarium suum Raphaelemque Regium vel versu vel prosa ludere, pro[f]) litterarum tenore. Quodcunque præterquam in summo (?), dummodo (?) cum cura 20, sine cura 15 marcas argenti non transcendat, vacaverit, scribe vel patri loquere, precor, sine dilatione[a]), pro iure suo accipiat, ducibus te et procuratoribus. Si sit exponendum quicquam, exponatur;

redibit enim hoc; — si minus, bene erit. Augebit itaque hoc cum aliis occasionem petendi Constantiam. Mone omnino patrem, quod ad procuratores scribat tecum. Volunt, ut scis, homines rogari. Vale. — Procuratores sunt Ioannes Pletz, decanus Constantiensis[a], Ludovicus Köll, canonicus apud S. Ioannem, quo mea bulla tendit, ut ita loquar, ad capituli propositique, qui meus dominus doctor Caspar est, collationem[a], dominus Ludovicus Contratte et doctor Matheus Rotenberg, consanguineus[g] domini doctoris Casparis. Quæres[d] tu ultra, quales sint etc. Va*le* iterum et domino doctori Caspari meo nomine gratus sis. Homo est, quod in prioribus litteris omisi, lectissimus et musices studiosissimus.

M(elchior) Vadianus, tuus frater.

Doctori Ioachimo Vadiano, charissimo fratri, in manus.

a) „c" für „t". — b) „honeris". — c) „e" für „æ". — d) „nausim". — e) „sensiant". — f) Trotz anlautender Majuskel mit den zwei folgenden Worten doch eher zum vorhergehenden, als zum nachfolgenden Satz zu ziehen. — g) „consanineus".

[1]) Vrgl. I, Register. — Der Dank am Anfang von Brief 193 für einen Besuch Vadians in Constanz lässt den vorstehenden Brief in die Zeit zwischen Brief 180 und 193 setzen, wenn wir nicht geradezu einen Nachtrag zu Brief 180 in ihm zu sehen haben.

59. XI 178.

Johannes Doring[1]) an Vadian.

Herisau. (1520.) Juni 5.

Bitte um Empfehlung einer Schrift.

Doringus Vadiano

S. D.

Sive istuc nimium est, optime Vadiane, sive arrogantius: certe perquam velim, et tuum calculum accedere meis hisce de variis commentatiunculis; sic enim lectori sane placere, si alias condicione[a] parum commendantur; ut satis fuerit etiam, ubi seorsim Cratandro saltem commendes. Vale. Herosoii, Nonis Iunii.

Doringus unice tuus.

Vadiano, et poetæ et oratori longe facundissimo, amico incomparabili.

a) „conditione".

[1]) Vrgl. II, Register. — Die „commentatiuncula", die dem Basler Buchdrucker Kratander empfohlen werden sollten, sind vermutlich die Schrift Dörigs, die nach n. 222 im October 1520 noch als „fetura infecta" bei ihm lag und überhaupt schwerlich zum Druck gekommen ist.

XI 218.

60.

Johannes Singrenius[1]) an Vadian.

Wien. (1520.) Juni 17.

Bitte, die zweite Auflage des Pomponius wieder bei ihm drucken zu lassen. Bisher vereitelte Übersendung des Solinus. Mahnung an eine Schuld. Todesfälle an der Pest.

S. P. Freuntlichen grueß. Lieber her doctor, ewer und ewer hausfrawen gesundt hort ich alzeit gern. Wist, lieber her doctor, das ich verloren hab meinen sun den Ioannes, dem Got gnad, und vil anstoß gehabt hab das jar herumb. Got wel alle ding zum pesten schicken. Item ich hab verstanden und habt mir geschriben, das der Lucas sol trucken den Pomponium. Wer mein pit und beger an euch, das ich den trucken mocht; wan als ir wist, das ich von erst vil müe und arbait hab gehabt und ain andern den weg gemacht. Ir mogt noch zu[a]) Wienn guet lewt haben, die auff die correctur schawtten, und dem Lucasen darvon schreiben, das ir mir von erst verhaissen habt, ich sol in widerumb trucken. Darumb pit euch freuntlich: wellet fleiß ankeren. — Des Solinus halben solt ir wissen, das ich euch den langst hiet gern geschickt; und von der zeit, das ausgetruckt ist worden, hat alben der von Hinwol(!) gesagt, er wöl in nemen und einslagen, und ist piß auff die stundt nie geschehen. Auch hab ich den Kobler petten, hat gesagt, er mug nit füren zu[a]) röß. Und also han ich für und für; wan ich mocht schicken, so wolt ich euch von stundan schicken. Mein her doctor: des gelt halben, des ir mir per resto noch pleibt, dorfft ich woll, als ich euch vormols geschriben hab. Ich hab mich in grosse schuld gestossen; den werzeug kaufft Wintterburgs seliger umb 700 fl. Waiß nit, wan ich wirt bezallen mugen. Got der her geb glück! Ich fürcht nur ain sterben; wan es gen seltzam kranchait umb. Ewer lantzman der pfarrer von Sandt Quirein ist gestorben dominica trinitatis; der Sweitzer korher gestorben 6. Junii; der Resch korher gestorben in Maio; der doctor Petter Tanhawser, der Lensch korher; her Cristan in der cantrey ist am 12 tag Junii gesundt und todt gewesen in ainer stundt. Got wol uns all behuetten. Nit mer. Gruest mir ewer unbekante hausfrawen und schreibt mir schier wider.

Ioannes Singrenius, impressor Viennensis.

Dem hochgelertten herrn herrn doctor Ioachim von Watt zu[a]) Sandt Gallen sol der brieff in sein handt. 17. Iunii.

a) „zw".

1) Vrgl. Register I. — 2) Vielmehr April; vrgl. I, Brief 187, II, 274. Das Datum lässt sich nach den Briefen II, n. 172 u. 204 mit Sicherheit durch das Jahr 1520 ergänzen.

61.

XI 199.

Johannes Appenzeller[1]) an Vadian.

(Wien. 1520.) Juni 19.

Lob Vadians als Gelehrten und Lehrers. Neuigkeiten aus Wien. Entschuldigung seiner rohen Latinität.

Salvus sis, mi colendissime pręceptor. Non potui equidem, vir prę-stantissime, qui plus quam duos iam annos aliena sub ferula litteris incubui, te virum omni doctrinarum genere absolutissimum humidis lapsantibusque verbulis non accedere, licet amor innatus id quam sæpissime[a]) vel admonere vel extorquere videbatur, plus tamen tuę innitens humanitati, quam meę tenerę iuventutis experientię; cum enim cogito atque animulo meo impensius revolvo, te fida ac sedula omnigenarum artium eruditione nullo non die discipulos tuos inexpertos ac subrusticos instruxisse, et ubertatem sapientiamque virtutum et tuam admirabilem eloquentiam, qua mirifice exundas, quam familiariter eis communicasse, cuius rei gravis tua laudatissimarum artium instructio ac laudabilis vitę innocentis gubernatio, quę discipulis admodum officiose exhibuisti, et humanitati tuę incredibilem apud omnes homines existimationem concitant et testes sunt quam locupletissimi. Nam quam multos spectatæ[a]) virtutis discipulos recensere possem, qui ex tuo litterario ludo, tanquam ex equo Troiano exsiluerunt[b]), quorum eloquentia cum præexcellenti tua facundia, quę vel mediocriter doctis divulgatissima est, longe in posterum prospiciat! Quare, excellentissime vir ac præceptor[a]) humanissime, ne tuæ[a]) auctoritatis[c]) excellentia omnia, quę extremo quodammodo[d]) mihi labore communicasti[d]), sine incremento esse existimet aut penitus operam simul atque industriam perdidisse exanclasseque intelligat, ne vel ego pro summo[d]) beneficio[d]) summum[e]) ingratitudini maleficium remetiar: hanc arduam sublimemque scribendi provinciam subivi, quę expedita indigeret latinitate, ut qui gratissimos tuos mihi labores atque studium indefessum, quod meo honori nunquam defuit, præstantioribus[a]) officiis superare non possum, paribus saltem æquare[a]) mihi perquam gratum esset. Sed ne stridula atque subagresti voce plus ęquo prolixior sim aut tuæ[a]) nativæ[a]) benignitati, qua plurimum polles, molestiam afferre videar arundine inculta, finem imponam. Hoc tamen minus forte

humanitati tuæ[a] gratum silentio haud præterire possum, quod quidam cathedralis ecclesiæ[a] S. Stephani canonicus, N. Schwitzer nomine, ex humanis cessit, cuius anima deo vivat. Insuper magister N. Heutli, qui loco veri cancellarii vicariam operam gymnasio Viennensi administravit, et magister N. Zeus, viri de duodecimvirorum collegio, in canonicorum album suscepti sunt. Præterea Vulcani festa die 13. Iunii in honorem et adventum incliti Romanorum regis quam honorifice splendissimeque celebrata sunt. Sed quid hęc tibi et alia commemoro, quorum forte ignarus non es? Quare, amplissime vir ac colendissime præceptor[a], tuam eximiam bonitatem enixius rogo, ut hanc agrestem, insulsam et incoctam scedulam, quę cruda latinitate dispalatim congesta est, animo tuo mitissimo sumas; mea enim Minerva non in Hymetto[f] monte, sed in crasso aere depasta est. Et si quid minus bene elaboratum extricatumque esset, quod benignas tuas aures offenderet, surdo aure et dissimulanter præterlabere sinas eoque animo, quo ego scripsi, rem libres, supplex[g] rogo, obsecroque commendatum[d] me habeas. Vale et Arganthoniacos vivas feliciter annos. Datum 19 die Iunii. *Ioannes Appenzeller*,
tuus discipulus.

Ioannes de Hinwil, homo nobilis prosapię, et Ambrosius Eigen, magnę spei adolescens, tibi bene precantur.

Eruditissimo viro Ioachimo Vadiano, sacrę medicinę doctori, pręceptori ac patrono suo singulari.

a) „e“ für „æ“. — b) „exilierunt“. — c) „autoritatis“. — d) Ein „m“ statt zwei. — e) „t“ für „c“. — f) „Hymeto“. — g) „suplex“.

l) Von *Johannes Appenzeller* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Zu dem Datum vergleiche den vorhergehenden Brief, in dem ebenfalls der Tod des Chorherrn Schweizer erwähnt ist.

II 238b.

62.

Johannes Ager[1]) an Vadian.

Zürich. 1520. Juni 19.

Befriedigung über die Bemühungen des Cardinals Schinner für Vadians Bruder. Zusammenkunft des Kaisers mit dem König von England. Rückkehr des Kaisers in die Niederlande und sein Begehren an die Tagsatzung, Boten dahin zu schicken.

Egregie domine doctor. Accepi literas Dominationis[a] vestræ[b], ex quibus intelligo, promotiones[a] reverendissimi domini cardinalis Sedunensis fratri vestro in curia plurimum profuisse[2]); quod lubenter audio, quia omnem diligentiam cum sua Dominatione[a] intuitu Dominationis[a] vestræ ad-

hibui, ut res ad optata perveniret. Ulterius Dominationi[a] vestræ præterire nolo, ut indubie nunc etiam[a] fama apud nos volat, quod sacratissima Cæsarea et Catholica Maiestas vicesima sexta mensis Maii præteriti in Angliam, in quodam portu Santwickh vocatus (!), cum omni sua comitiva applicuit[c], ubi a serenissimo rege Angliæ et uxore sua, etiam omnibus proceribus et provincialibus[d] et incolis terræ Angliæ honorificentissime exceptus fuit et triduo cum sua Maiestate Anglica in civitate Cantuariensi morata fuit; ubi magnæ solemnitates[e], lætitiæ, gaudia et festa celebrata inter eos fuere. Et tandem iterum sua Maiestas Catholica cum sua comitiva vicesima nona mensis præteriti ex Anglia discessit et prima Iunii huius cum omnibus suis classibus, quæ in magna copia fuerunt, salvis omnibus ad proprias hereditarias provincias[f] in Selanndria in quodam portu et civitate nominata Flussingen traiecit et applicuit[c] et per proximum cum omnibus suis comitivis versus Gandaganem ad comitatum Flandriam (se) recepit, ubi a fratre suo et domina serenissima Margaretha et a proceribus et nobilibus et incolis provinciarum inferiarum, qui eo in loco suam Maiestatem exspectarunt[g], sine dubio cum magnis triumphis et honoribus, ut mos eorum est, exceptus etiam fuit. De quibus omnibus certissimas literas et postas a sua Maiestate accepi, et vera et non ficta sunt, quæ firmiter credere debetis. Et commendo me Dominationi[a] vestræ. Ex Turego, XIX mensis Iunii, anno etc. XX[o] [3].

Iohannes Ager,
secretarius Cæsareus.

Maiestas Catholica in ista dieta requisivit Helvetios, ut suos oratores ad partes inferiores ad suam Maiestatem mitterent. An in id consentient vel ne, scire non possum, quia reportabant ad suos superiores; sed illa adhuc occulta sunt.

Egregio ac præstanti viro domino Ioachino Vadiano, artium et medicinæ doctori etc., domino suo plurimum observando.

a) „c" für „t". — b) Durchgehends „e" für „æ". — c) „aplicuit". — d) „profunc-". — e) „solempnitates". — f) „prof-". — g) „expectarunt".

[1]) Vrgl. II, Brief 190. — [2]) Vrgl. II, Brief 193. — [3]) Das Datum wurde bei Zusammenstellung der Briefe irrtümlich „XXV" gelesen und der Brief zum Jahre 1525 eingereiht.

XI 293.

63.

Ulrich Fabri[1]) an Vadian.

Wien. (1520.) Juli 30.

Klage, dass ihm keine Briefe von Vadian zukommen, und Bitte um solche.

Ioachimo Vadiano, doctori et poetę laureato S. P.

Possem, et iure, ni fallor, vir humanissime, super promissis aliquando novam agendi vel iuridice actionem constituere[a]). Pollicita etenim fuerat Excellentia tua, me fore unum, quamquam absentem, ex amicis, et infimum; nec quid aliud desiderabam[b]) eo tempore. Sed pro dolor! spe inani fretus; at iamiam ad Eurotam interim sedisse seu, ut fertur adagio, super chœnice me sentio. Hactenus, quo animi ardore literulas tuę Pręstantię expectaverim, non est, quod dicam. Alios vidi manu tua conscriptas literas recitare; ego Tantalus siccis assidebam labris. Illi nova in vulgus iactabant; ego rana Seriphia[c]) prorsus ob*mu*tui. Ceteri[d]) gloriabantur, nec immerito quidem, sese t*alem* habere amicum, qui, cum absens corpore, literis tamen suis ac animo semper pręsens foret. Precor idcirco, pręstantissime doctor, tua Excellentia mihi vel tria duntaxat elementa, si literę nimis sunt, non dedignetur scribere. Quod si nulla se ingerit materia[e]), at illud ipsum satis erit: quia nihil habeo, scribere. At hæc[f]) forsitan tempori potius, quam negligentię — Dii boni, quam facilis est linguę lapsus: oblivioni dicere volui — attribuenda sunt. Sincere[g]) et singulari quadam fiducia scripsi. Ita hæc[f]) tua Humanitas suscipiat, rogo precorque. Ex Vienna, tertio[h]) Kalendas[i]) Augusti.

M. Udalricus Fabri, Rhætus[k]).

Pręstantissimo viro Ioachimo Vadiano, poetę ac oratori laureato necnon saluberrimę medicinę doctori, amico in ęvum colendo.

a) „consitutere". — b) „desyderabam". — c) „Seryphia". — d) Geschwänztes „e" in der Stammsilbe. — e) „ma" mit übergeschriebenem Abkürzungszeichen für „ur"! — f) „hec". — g) „syncere". — h) „tercio". — i) „Calendas". — k) „Rhetus".

[1]) Vrgl. ob. Brief 56.

XI 75.

64.

Ambrosius Eigen[1]) an Vadian.

(Wien. 1520. Juli.)

Entschuldigungen, Wünsche und Dank. Übersendung des Solinus durch Johannes Hinwiler.

S. Quid mearum fortunarum felicitatisque[a]), patrone excellentissime, ad te transmittam, scio profecto nichil. Nichil? dices. Re vera ni-

chil. Est enim is meus iam in te animus, ut qui mussari etiam[b], quicquid malę fortunę esset (quod ipsum hac tempestate longe semotissimum esse diis est, quod acceptum referam)[c], mallet[d], quam te vel tantillum animo commovier (hoc enim michi tam abest, ut non modo non ominer, verum libere pollicear, quicquid michi itidem et tibi ęgrius futurum), præsertim eo tempore, quo quicquid michi de te animus idem felicissimum[a] felicissime[a] michi persuadet. Hinc est, quod me idem tuum quid agat levetque, animo coniicias, malo, quam quod longa litterę assentatione[b] tibi insinuatum ipse velim, ac totus me hercle obmutescerem, nisi ex officio vel hoc præstare impellerer, ut tibi tuęque[e] torali, auspicatissimo insuper huic connubio, congratuler et assentiam[b], cui, quicquid saluberrimum est, quosque divos elargitos nichil diffido, deosque spero idem ipsum conservaturos. Reliquum est, ut grates tibi ingentes agam habeamque, quoad vixero. Nam promotiones tuas fidelissimas non solum apud præceptorem meum magistrum Georgium Rithamer (qui admodum doctus atque peritus existit ac arcem eruditionis[b] tenet), verum etiam[b] apud alios tibi amoris vinculo coniunctos sensi. Attamen mutua extaliabo[f] talione, cum idonea (vita comite) oblata fuerit facultas. Postremo ego quidem Solinum tibi misissem, nisi Iohannes de Hinwil, commilito meus, eum tibi quottidie missurum (nam te istius desiderio teneri a nonnullis intellexi) dixisset. Immo si Melę tibi opus fuerit (sicuti et a Cristanno Fonwiller percepi), eum apud genitricem meam una cum Ptolomei (!) tabulis invenies. Meum siquidem munusculum ingenii non adeo ad unguem ac amussatimque expolitum, etsi errata amisi vetusque lardum et rancidulum meę sapiunt epistolę[g], ignosce. Vale et nomine meo multam salutem tuis parentibus dicas ac pręcipue Otilię, sorori tuę, et Bartholomeo, eius viro. Etiam Ioannes de Hinwil, Ioannes Appenzeller et Cristannus Fonwiler Dominationem[b] tuam plurimum salutant. Iterum vale felix et fauste etc.

Ambrosius Eigen.

Accuratissimo saluberrimę medicinę doctori Ioachimo Vadiano, domino suo observandissimo.

Zů Sant Gallen.

a) „œ" in der Stammsilbe. — b) „c" für „t". — c) „refferam". — d) „malet". — e) „tueque". — f) „extalliabo". — g) „epistole".

1) Von *Ambrosius Eigen* (vrgl. Register II unter Aigen) sind vier Briefe vorhanden, davon zwei undatiert. — 2) Das ungefähre Datum ergibt sich aus Brief 203, II, 294 f.

XI 112.

65.

Joachim Vadian an Georg von Watt[1]).

(1520, nach August 18?)

Nachrichten über Erasmus Welter, der wegen Krankheit nicht zu einer neulichen Hochzeit gekommen ist, welcher auch Vadian wegen seines Missverhältnisses zu Hektor von Watt fern blieb.

Erasmus Welter ille, qui tuam humanitatem tantopere apud omnes prædicat, adversa valetudine præpeditus nuptiis proximis interesse non potuit; alioqui vel tui gratia unius venturus erat. Ita mihi retulit suus ex fratre nepos, qui patrui nomine adfuit. Precatur vero te quam maxime, venire ad Erasmum velis, si tantum negotiis[a] tuis suffurari poteris; sin minus, eum tantum de abitione tua certiorem facias, ut litteræ[b], quas ad fratrem in Prussiam daturus est, te utpote nuncio maxime idoneo eædem tuto perferantur ad eundem. Incredibile est, quantum tibi tuisque velit; quocirca consulto ages, si tanti viri precibus non defueris. Habui in commisso, ut certiorem te facerem; id tui gratia libens feci. Adiissem te, nisi a morosissimo Hectoris animo abhorrerem; nunquam credidissem summam erga se humanitatem meam adeo futili causa abiici potuisse. Verum æquo fero animo; tantum precor, ne nostra te simultas moveat. Valeant, qui inter nos dissidium nolunt. Tu bene vale.

Ioachimus tuus, doctor etc.

Georgio von Watt.

a) „c" für „t". — b) „litteras".

[1]) Vetter Vadians, der sich in Posen aufgehalten zu haben scheint. — Die Anhaltspunkte zur ungefähren Datierung dieses Stückes sind sehr unsicher. Missverhältnisse Vadians zu seinem Vetter Hektor, dem Bruder Georgs, sind aus unsern Briefen ersichtlich im Spätjahr 1519 (s. II, Brief 171), und was die im Texte erwähnte Hochzeit anbelangt, so ist man geneigt, an die Samstags den 18. August 1520 in Krakau vollzogene Trauung Hektors von Watt mit einer 15jährigen Tochter des Ulrich Hos aus Pforzheim zu denken (s. II, Brief 210 am Ende und Brief 213). Dem steht indes entgegen, dass Vadian doch viel eher von Wien aus, als von St. Gallen aus im Ernste daran denken konnte, zu einer Hochzeit nach Krakau zu reisen. Nach dieser Erwägung läge es näher, den vorstehenden Brief in die Wiener Zeit Vadians zu setzen. Dabei mag ferner in Betracht kommen, dass auch Melchior von Watt in seinem Briefe vom 16. Juli 1518 (II, Brief 127) aus Krakau von einer Hochzeit spricht, für die er beträchtliche Auslagen gehabt hat. — Erasmus Welter scheint dem angesehenen Geschlechte der Welter oder Wälter von Blidegg angehört zu haben.

66. XI 86.

Dominicus Burgauer[1]) an Vadian.

Freiburg i. Br. (1520.) August 30.

Lobeserhebungen und Danksagungen.

Doctissimo viro Ioachimo Vadiano, doctori et physico[a]) apud Sanctogallenses[b]), domino et prȩceptori suo, Dominicus Burgower S. P. D.

Cum ad doctrinam ipse tuam respicio ac multitudinem rerum bene gestarum, quibus te homines vincendo deo immortali[c]) ęquiparas, splendidos quidem tuos actus maximi duco (at me non dignum, ut minimo scribendi labore mei gratia te[d]) subiungas, existimo), qui eo semper usus sis invictissimo labore, cuius virtute sapientię[e]) virtuosissimus merito appellaris doctoresque omnes (in) Italia, Germania ac universum ferme orbem virtutis nomine subegeris solusque post omnes certamen Erasmo indicis. Tu vero superior prȩstantię[e]) habitu ad affectorum scopulos non contunderis. Elephas enim culicem non curat, nec vero tam difficile[f]) quidquam est vel arduum, quod non sagax ingenii tui opus expugnet. Virtus enim nihil in unum habet. Porro maximę nunc gratiarum[e]) actiones[e]) tum propter beneficia, tum rusticationem[e]) nuper mihi exhibitam, prosequendi utilissima, referendę essent, cum mihi aliquis aut occasionis aut doctrinarum (?) locus adesset. Nihilominus ingentes remunerationes[e]), provincias tui (?) gratia[e]) iam non, sed in posterum prȩstandas promitto. Re autem pauca exhibeo; alterum grati quidem animi, alterum vero inopi etiam (?) ascribendum. Illas gratissimas benevolentię[e]) gratias[e]) tibi intuito[g]) (?), quasi fortasse animo tuo minora videbuntur, meis tamen viribus maiora fuisse existimabis. Insuper proximis literis tuis me adhortatus es, ut non modo selecta logices[h]) principia hauriam, sed etiam[e]) me alienissimum huiusmodi sycophantiis[e]) reddam, quę non solum mentem, sed et totum hominem depravant[i]). Curabo igitur auctorum classicorum ληκύθους καὶ σχήματα (?) exfugere, ut nec te consilii, nec me pæniteat obsequii[k]). Vale. Ego doctorem Zasium sum allocutus[l]), qui mihi tui causa maximam benevolentiam[e]) et tibi amicitiam[e]) verbis exhibuit et in posterum tibi scripturus. Ceterum hic adest Ieronimus Pludentinus, olim Wienę[m]) tuus discipulus, qui salutes tibi suo nomine dicere iussit. Vale iterum. Friburgensi oppido. Datum 30 die Augusti.

Dominicus Burgower, tuus discipulus deditissimus.

Latinę doctissimo viro Ioachimo Vadiano, doctori ac apud Sanctogallenses[n] physico[a], domino ac prȩceptori suo observandissimo.

a) „phisico". — b) „Sanctogalleses". — c) „imortali". — d) Über „subiungas" nachgetragen. — e) „c" für „t". — f) „dificile". — g) Irrtümlicher activer Imperativ von „intueri"? — h) „loices". — i) Folgt „non obnoxius sim"; offenbar aus der Construction gefallen. — k) „obsequi". — l) „aloqutus". — m) „Wienę". — n) „Sanctogallensses".

[1]) Von *Dominicus Burgauer* sind 4 unvollständig datierte Briefe vorhanden, 2 aus Freiburg i. Br. und 2 aus Basel. Da nach gefl. Mitteilung des Herrn Dr. Pfaff in Freiburg i. Br. „Dominicus Burgower de S. Gallo, diocesis Constanciensis, clericus", am 27. Juli 1520 an der dortigen Universität immatriculiert wurde, fallen auch seine zwei aus dieser Stadt datierten Briefe wohl in das Jahr 1520.

XI 87.

67.

Dominicus Burgauer[1]) an Vadian.

Freiburg i. Br. (1520.) September 13.

Studienbericht und Danksagungen. Lobgedicht auf Vadian.

Vadiano poetę laureato[a] Dominicus Burgowe(r) salutem cum obsequio.

Cum essem occupatus Friburgo (!), mi Vadiane doctissime, propterea, quod gradum (ut vocant) baccalareatus[b] assumere[c] conabar, ut eodem quam maxime fratri obsequio me conciliarem, accepi tuas literas interim plenissimas suavitatis mellitissimeque exaratas, ex quibus intellexi[d] tuam in præbendis[e] institutis rationem[f] haud vulgarem; et in administrandis regię vię præscriptis virtutem omni genere prudentiamque[f] tuam singularem exposuerunt (adeo, ut vere cum Homero dicam ἀγαθὰ φρονεῶν περὶ μὲν ᾽σσι νοὸν βροτῶν, καὶ ὡς θεῷ ἐριδαινέμεν οἷος[2]). Es enim in hac epistola Ἑρμείας[g] εὔσκοπος[h] θεοειδὴς pulcherrima, ἐπίστροφος[i] ἦν ἀνθρώπων[2]) singulari tua facundia peritissimus) et præterea non ignotam in benevolentia[f] et, ut verius dicam, pietate suavitatem tuam adiunxerunt. Præterea erga me sincerę doctrinę fontem scatentem et præcepta θεαὶ ἀμβρόσια καὶ χρύσεια[k] aperuerunt, quæ[e] omnia mihi iucunda (et hoc extremum) et grata fuerunt, ut nichil gratius[f] mihi accidere potuisset, partim quod me hinc inde palantem ac cæcutientem[e] ad verum lumen, ad veram vitę rationem direxerunt, partim quod ego non suspicans incautior[f] fuissem, nisi a te doctissimo viro admonitus fuissem. Sic enim me mones, ut filium; faves, ut tibi; sic hortaris, ut proprium et amicissimum. Quis igitur adeo duri cervicis homo tuę optimę admonitioni[f] non aquiesceret? Ego vero, quantum potero etiam[f] summis[c] viribus, numquam a tuis consiliis discrepam (!)

nec committam[l], ut ullum factum meum iure reprehendere possis. Persuasisti enim olim, ut manibus diurnis nocturnisque versarer exemplaria Græca[e], nempe iam ad Græcarum[e] literarum castra manum adieci, quibus, quantulumcumque possum, strenue militabo. Habeo enim præ manibus Homerum, illum (ut vocant) oceanum scientiarum[f], qui expedite et docte nobis interpretatur ab eo, qui conductus ex ærario[e] huius universitatis; quem Homerum pro virili meo posse (deo favente) inbibam, ut nec me temporis neque laboris pæniteat[e], faciamque cætera[e], quæ[e] tuis literis animadverti, tanto studio, tanta diligentia tantoque sudore et labore, ut nihil a te iure mihi vitio[f] dari possit.

Ego, mi Vadiane doctissime, tuum amorem erga me ante aliquot annos clare perspexi, quem, inquam, amorem numquam satis extollere possum. Laudo enim magnopere et magni facio[f] tuam mansuetudinem[m], qua tu, homo doctissimus, qui totam sine dubio encyclopædiam[n] exhausit, ne dicam illustravit, mihi homuncioni abcdario et plane inerudito scribere non erubuisti. Tanti, inquam, tua scripta (ita me dii ament) facio, ut nihil delectabilius, nihil præstantius[f], nihil optatius[f] mihi in vita ducam. Quare tuę fortunę, honori ac dignitati ita faveo, ut omne meum studium, officium, operam, laborem, diligentiam et si quæ[e] huiusmodi mihi sunt, ad amplitudinem[m] tuam benevolentissimo animo spoponderim. Hæc[e] et plura illustriora ad exprimendum erga te amorem meum scriberem, nisi illud dictum Plinianum ammoneret[c], cum inquit: Amantis est, ipsum dilectum non onerare multis laudibus. Vale, decus literarum et præsidium rerum mearum. Vale iterum. Ex Friburgensi studio, datum Idibus Septembris. *Dominicus Burgower,* tuus discipulus obsequentissimus.

Eiusdem ad eundem schedion:

Iupiter omnipotens, æquam[e] qui semper ad partem
Deflectit animum cunctaque iusta cupit
Sidera, felici[o] coniunxit omine nobis:
Accideret fructus, tempora felicia[o].
Tempora namque dedit nobis vernantia[f] claris
Ingeniisque virum, nunc dedit ille choros[p],
Qui priscos poterint facile convincere doctos
Ingenio claros, docta Minerva! viros.
Inter quos præstans[e] graditur comitatus a Musis,
Robore quoque valens, viribus, eloquio,

Vadianus iste doctus, quacumque arte poeta,
Quem modo felicem[o] dicere non vereor.
Is equidem generis clari modo stemmata[c] ducit,
Eximia facta pulchraque signa gerit.
Nobiles quid refero, veterum modo gesta parentum:
Nobilitas cum te, virtus ornata viget,
Gloria, fama, decus in te ceu fonte scatente.
Quæ[e] superant veterum candida facta virum,
Talia nec cecinit quisquam in ampla tellure[q]
Orpheus nec Smyrnæus[r], Cynthius[s] ipse cedit.
Et doctę cantare sinunt Parnasso[t] monte sorores,
Propositoque suo docta Minerva cadit.
Quidquid enim virtutis habet Germania tota,
Vindicas[u] Ausoniam, Græcia[e] quidquid habet.
Sume bonis avibus, peto, hæc[e] mea crimina de me,
Ut lyra[v] felici[o] tacta sit ista manu.
Hæc[e] quavis arbusta sonent humilesque mizites,
Nec tamen hæc[e] vultu despice parva tuo.
Nam animus gratus dedit hæcque[e] maiora, si posset,
Conferret[w]; tempus hoc dare iamque negat.
Det Iovis sancta parens longam traducere vitam,
Protendant(?)[x] longa stamina cœlicoli.
Terra tuam celebrem tulerit Helvetia[f] famam,
Te superis faxit pignora chara deis.

Hoc schedion et carmen extemporaneum[y], quæso[e], boni consule et ubi vitium[f] commiserim, fac ut corrigatur[z], emendetur. Anceps enim fui, quem pedem constitueret Vadianus. Quare proxime me fac certiorem[f]. Item materiam, quemadmodum conveniebat, fusius dilatare intendebam, sed chartæ brevitas passa non est quoque et temporis! Item Zasius doctor, tuus amicus, bene valet; sed ob ætatem[e] paulisper delirat, ut senum est.

Græce et latine doctissimo domino Ioachimo Vadiano,
doctori ac poetę laureato, suo domino ac præceptori optimo.

a) „lauriato". — b) „bacularіatus". — c) Ein „m" statt zwei. — d) „intelexi". — e) „e" für „æ". — f) „c" für „t". — g) „Ἑρμεῖς". — h) Darüber „doctissimus". — i) „ἐπίστοφος". — k) „χρεισύσα". — l) „commitam". — m) „mansuedudinem", ampli-". — n) „enseciclopediam". — o) „fœlici, -ia, -em". — p) Aus „chorum" corrigiert. — q) Aus „telure" berichtigt. — r) „Smirneus". — s) „Cintheus". — t) „Parnaso". — u) „Vendicas". — v) „lira". — w) An der ersten Silbe corrigiert, daher nicht völlig sicher. Vorher „dederit" gestrichen. — x) Uncorrigierte Verschreibung. — y) „extemporanium". — z) „corigatur".

1) Vrgl. den vorhergehenden Brief. — 2) Vergl. Odyssee I, 79 u. 177.

68. XI 175.

Johannes Doring[1]) an Vadian.

Herisau. (1520?) November 4.

Doring gedenkt eine Schrift Παρρησία auszuarbeiten.

Doringus Vadiano suo.

Sæculum est, Vadiane iucundissime, quo te non interpello vel mutis literis, ut alias, quoad futurus sum ἐπιχθόνιος, Vadiani mei memoria in me nunquam sepelietur. Apud me constitui Παῤῥησίαν ludere, porro verius fortassis quam acrius, ut id etiam tu interim gustabis. Equidem tuo palato lubens credo, quando hæc minus etiam mihi faciunt satis. Ex chartulis unis aut alteris id rei ipsissimus[a]) exculpo. Vale. Herosoiæ, pridie Nonas Novembris, actutum.

Doringus, tui studiosissimus.

Ioachimo Vadiano, poetæ omnium longe facundissimo, amico incomparabili.

a) „ipsissime".

[1]) Vrgl. II, Register. — Dieses Briefchen muss vor n. 286 vom 8. November 1521 geschrieben sein, nach welcher die Schrift παῤῥησία wieder vernichtet wurde. Da ihm offenbar eine längere Pause in den Doring'schen Briefsendungen an Vadian vorangieng, wird es wohl am besten auf den 4. November 1520 angesetzt.

69. XI 99.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

(Zürich. 1520. November 19. bis December 8.)

Übersendung von Gedichten. Empfehlung günstiger Aufnahme zweier Abgesandten der französischen Partei. Tod des Andreas Zwingli. Reiseprojecte nach Einsideln und Italien. Entschuldigung.

Salve. En tibi epistolas duas, duo epigrammata Grebelii tui; tu boni consule. Si quid, ut non dubito, non bene scripsi aut temere scripsi, dele, repone, quod videbitur; et si liturę multæ non emendabunt tamen, fac una litura unâ omnia deleat, et meo favore maxime; præsertim carmina, quę, qualia sint, cum nondum a Zinlio examinata sint, ignoro. Prioris editionis[a]) epigramma meum saltem, ne iterum imprimatur, oro. Incurvicervici[b]) pecoris vestri, qui πρόβατα χρυσόμαλλα, id est oves aureę lanę deglubit, vere capitaneus et capitosus consanguineus meus ad vos inequitant, si non quidam inasinant etiam. Excipite reverenter, religiose[c]), pie tantos viros, Gallenses viri. Excipite, inquam, Gallenses eos, qui veniunt, quum veniant ter Galli, quod pæne[d]) nomini vestro simile

est, moribus absimile. Ter Galli sunt, ne suspendam: factione, morbo, fastu; nescio an etiam aureis ovis acceptis. Sic hoc; nunc aliud. — Zinlio frater obiit, ille adolescens magnę spei. Dii mortuo bene esse iubeant; tu consolare, ut fieri solet, parochum. Pestis hunc eripuit tantum, non etiam alios; nisi non audierim, quod nemo taceret, si ita contigisset, ut plures obiissent. Ego propero ad Eremum divę Virginis, votum soluturus. Mox deinde, cum revertar, Italiam visam, sive Bononiam sive Pisas; visam, si Deo optimo maximo visum est. Equus mihi adest, qui ferat, qui nutriat. Rex nullus erit, sed rege maior, pontifex. O alumnum, o patronum, o nunc iocos, heu olim serio seria! Lege adolescentis huius tam senis Dialogum; ego enim legi, qui sum parum, domine, papæ[d]. Si me amas, lege tu quoque; legant alii quoque combibones, qui verum audire possunt, quod ego ita libenter audio, ut non sim auditurus olim. Si fata enim non invidebunt, ita me geram, ne quis possit dicere: dives iniquus aut divitis filius[e] (?). Si ita cadet, ut Helvetii insanientes exercitum conscripturi sint, cura, ut inter tuos imperator fias vel saltem centurio ingredere Italiam et senties, cum veneris, Iovem Philium ingens apud me numen esse. Hospes ero, qualem decet esse homulum talem erga tantum hominem. Venias modo; experieris, probabis. Indignaris, quod hæc scribam tam non attingentia vel cælum vel terram, tam vana. Ego vero nugor libenter, ne libenter querulus sim. Sed ecce sum querulus. Evacuare me nolui. Valui prius non peius quam nunc. Hoc timeo, ne perpetuo valetudinarius[f], ne perpetuo miser futurus sim, per querelas dum queror; nam cum non querar, quid feres? Feres tamen puto indignius, quod non potero queri. Quando autem non potero? Tunc, cum surdo non per epistolium non semel vale, ter vale dices.

Chartas Murerię per deos omnes rogati mittite. Parentes tuos, tuos fratres, sorores, omnem familiam, dominum Benedictum parochum, D. Sebastianum, SOROREM et breviter omnes convivas nomine salvebis meo. Vale, o mea vita.

Si me Binderus toto vel viseret anno
Et semel, et si sic cogeret ullus amor,
Tu quoque ab hoc vel Ave vel Χαῖρε Pelasgicum haberes.
Non venit, at prohibet cura venire frequens.
Non venit, at labor est tot fundere verba vel illi,
Garrulitate genus qui muliebre domet.

Non dicit Salve; vulgare est dicere. Corvus
Novit idem quando, pluraque si cupiat.
Tu tamen interea, donec feret ille salutem,
Si mihi salvus eris, non tibi eris medicus.

Item.

Qui „Vadiane Vale", renuit mihi dicere „Salve",
Si valeo sana mente, valere iubet.

Item.

Binderius: te, dicit, amo; si dicit vera, necemur;
Me deamat, dico; mentior, emoriar.

Item.

Si vacat et fas est, si iura humana deumque
Sacra sinunt, Parcę si fera fata ferunt,
Binderius veterem quo possit adire sodalem,
Huius magna hæc res dicimur et satis est.
Ast ego sic mecum hoc prudenter colligo: nostra
Si non sumpsisset, non suus essem et ego.

Item.

Binderius nobis animam titulumque coemptum
Debet, quod possit ferre Lyri pipium,
Hibrida[h] ut hic servus possit simul esse magister,
Ut queat infelix[i] arma docere virum.
Sed non agnoscit; quare huic, Vadiane, precemur,
Quid? rogitas: doceat semper ut ARma virum.

Item.

Quod nostras raro subeat Binderus in ædes,
Hospitis hoc cauti forsitan esse putas,
Vel quod sic teneant immensa negotia[k]. Nos hoc
Iuramus vitium nominis esse mali.

Item.

Vis animi summam, vis nostram noscere mentem,
Binderio super hoc pectora quid statuant?
Si mea non reddet mox, vel si reddet mea nunquam:
Persolvet vel si[l], non iterum faciet.

Ex tempore scripti versus non possunt esse boni, cuius etiam mature conscripta carmina mala sunt. Qualis vir, talis oratio. Oratio veritatis simplex, non meditata esse debet.

D. Ioachimo Vadiano, poetæ, oratori, medico ter claro, affini cum primis sibi charo.

a) Geschwänztes „e". — b) Willkürliche Adjectivbildung „incurvuscervicus"? — c) „relligioæ". — d) „e" für „æ". — e) Unsichere, nachgetragene Abkürzung. — f) „cœlum". — g) „valetudinaris". — h) „Hiberda". — Die vorhergehenden Worte „Lyri pipium" sind uns völlig unverständlich. Wäre etwa „pipulum" für „pipum" zu lesen? — i) „infœlix". — k) „negocia". — l) Interpunction des Originals.

1) Vrgl. I, Register. — Das annähernde Datum ergibt sich aus der Erwähnung des Todes von Andreas Zwingli († 19. November 1520) und dem Datum von Brief Nr. 224, der ohne Zweifel nach dem vorstehenden geschrieben wurde.

70.

Johann Anton Modestus[1]) an Vadian.

Brod. (1520.)

Entschuldigung seines Schweigens. Übersendung einer Rede, die höchst nachlässig gedruckt worden ist, und Versicherung, dass deswegen kein Missverhältnis zwischen dem Schreiber und Vadian entstehen solle.

Io(annes) Ant(onius) Modestus Ioachino Vadiano suo S. P. D.

Non eram impræsentia quidpiam[a]) litterarum ad te daturus, tum qui in his temporum angustiis versabar, ut nihil fere eorum, quæ te non ignorare cupiebam et mea etiam maxime interfuisset, scribere poteram cum qui brevi quendam alium huc venturum sperabam, cui ad te verbosiores potuissem litteras dare. Verum subrubuissem, si apedibus meis huc iterum revertens ne litteram quidem tibi, quem unice diligo et a quo me plurimi fieri sentio, a me reddidisset. Quapropter parum tecum per litteras loqui, quam penitus subticere, satius duxi. Accepi meæ orationis exemplaria, quæ maxima negligentia excussa fuisse cognovi. Multa sunt quorum me pudet pigetque. Quem accusem, quem damnem, in quem harum ineptiarum culpam putem reiciendam, non sat scio nec, si scirem, dicerem. Dabimus operam posthac, ut de nobis ipsis, si quid in tali re fuerit admissum, magis conqueramur quam de aliis. Quis enim ignorat, unum quemque aliena commoda cæcutientibus oculis præterire, sua vero lynceis despicere? Et quo magis ego hoc verum esse novi, eo minus [illegible]. Nolim tamen, credas, me ob hanc causam iniquo in te esse animo. Non enim ego sum is, qui amici iacturam minimam putem. Persuade tibi, velim, te mihi semper gratum charumque extitisse; posthac vero charissimum atque gratissimum fore. Fecisses mihi gratissimum, si carmi

illa, ut mihi fueras pollicitus, esses auspicatus. Quæso præterea, reddas illud orationis meæ exemplar; nihil profecto est, quid hoc tempore mihi gratius possis præstare. Contra ni reddideris, me insignem abs te iniuriam accepisse existimabo. Vale. Ex Broda.

Ioachimo Vadiano, philosophiæ et humanarum artium professori, amicorum optimo.

a) „quicpiam".

1) Von dem Italiener *Johann Anton Modestus* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Seine „Oratio ad Carolum V. contra Lutherum", von welcher im obigen Texte offenbar die Rede ist, erschien 1520 zu Rom in Quart; in dieses Jahr wird also auch der vorliegende Brief zu setzen sein.

XI 90.

71.

Dominicus Burgauer[1]) an Vadian.

Basel. (1521?) Januar 31.

Dank für die Erlaubnis, an Vadian zu schreiben, und für Vadians Anerbieten, ihm zu antworten. Ursachen seiner Übersidelung von Freiburg nach Basel.

Doctissimo viro Ioachimo Vadiano Dominicus Burgower S. P. D.

Nichil mihi iucundius a te potuit iniungi, mi Vadiane doctissime, quam recessu, crebras ut ad te darem literas, me adhortatus es. Quo autem animo id feceris, facillime augurari possum. Possum, inquam, et augurium non fallit. Non meas derideres ineptias[a]), sed ut expeditior[a]) usu fierem, te fecisse scio. Est enim in te tam egregium μουσεῖον, tanto flagras animo erga studiosos, ut quosque ad vilissimi hominis commodum[b]) te labores subire crediderim. Præterea[c]) me ignavum pecus non tanti feci, ut a tam egregio viro literas reciperem mellitissimas; tu vero, quanto doctior, tanto sapientior[a]) et humilior te ultro mihi responsurum obtulisti. Deinde ut ἀγώνισμα totius[a]) sapientię[a]) obtineres, quo et λειτουργέω(ν) satisfaceres; ut ardentior[a]) in studia fierem, mihi calcar addidisti[d]). Quem enim non epistolę tanti herois exhilararent[e])? quem non prorsus ingenti suffunderent[f]) gaudio? quę non tam continuę, non tam frugiferę[g]) quam iucundissimę. Mox cum talia mecum volverem animo in te benevolentissimo, mei officii et pietatis esse duxi, ut epistolium utcunque rude et impolitum frigideque exaratum ad te mitterem, non ad ostentationem[a]), quia mihi curta supellex; sed ut meam in te charitatem, benevolentiam[a]) ostenderem officiosissime[h]). Tantum enim tibi debeo et debere intelligo[i]), ut

[illegible] omnia tui gratia[a] me facilem promitterem. Si corporis [illegible] saltem affectum acceptes. Porro ut tandem ad sco[illegible] venam: ego me Basileam contuli propterea[l], quod [illegible] paulisper apud Friburgenses[n] se spargere [illegible] enim illa multorum capitum (ut Horatiano[a] utar ver[illegible] debacchari[o] incepit adeo, ut nec hospes ab hospite, ut [illegible] dicam, tutus sit. Quare me consultius[a] agere et pruden[illegible] iudicio fallaci[p] et tenui, sed tamen in hac parte non peni[illegible] me putavi, si me e fluctibus maris ad portum subriperem. Ac[illegible] futura et imminens[q] illa clades inter Helvetios[a] et Svevos [illegible] quæ[c] me in prædicto loco non sinit esse, illa, inquam, occulto [illegible] modo; quæ[c] cum eruperit, virus præsentius[a] evomit. [illegible] potius[a] matura fuga mihi consulere[s], quam cum damno istic [illegible] et recedere. Itaque in patriam terram me converti, quæ[c] me [illegible] et dulcedine ducit, ducit et non iniuria. Quis enim non mavelit [illegible] quam alienigena[u]? Ulisses enim, totius[a] sapientię exem[illegible] in aspera Ithaca cum labore vivere, quam cum nympha[v] [illegible] ubertissima cum voluptate deliciari. Huc ut te non ambagibus [illegible] a materia remotis: oppidi huius gymnasii[w] palæstram[c] per[illegible] parum (ut eorum pace dixerim) placuit, quod frigidius bonę [illegible] tractarentur, quam existimabam. Tamen utcunque res se habet, [illegible] impendam etiam[a] reluctante occasione, ut non mihi defuisse vi[illegible] Hæc[c] sunt, quæ[c] tibi scribere volui, non quod tuas laudes brevi [illegible] percensere intenderim, quas nec doctissimus oratione quidem [illegible] efficere[y] poterit. Superest igitur, ut te rogem, ut me uti discipulum [illegible] Ego vero te tanquam præceptorem, cui tantum debeo, quantum [illegible] cuique nemini, venerari non desinam. Vale, Helvetiorum[a] decus [illegible] meum, vale iterum. Ex Basilea, pridie Kalendas[z] Fe[illegible] Si tibi cordi est, visere Erasmum illum, invenies eum præsentem

Dominicus Burgower.

Iupiter omnipotens tribuat tibi, chare poeta,
Virtutes animi, munera chara tibi.
Det deus cuncta, precor, quæ[c] terra salubri
Gignuntur placido cunctaque[aa] clara polo.

Vale.

Græce et latine doctissimo viro Ioachimo Vadiano, doctori atque poetę laureato, suo præceptori optimo.

a) „c“ für „t“. — b) „comodum“. — c) „e“ für „æ“. — d) „adidisti“. — e) „exhilerarent“. — f) „sufinderent“. — g) „frugiffere“. — h) „oficiosissime“. — i) „inteligo“. — k) „Sirtes“. — l) „proterea“. — m) „discensionum“. — n) „Friburgeses“. — o) „debachari“. — p) „falaci“. — q) „iminens“. — r) „oculto gesu“. — s) „consullere“. — t) „aridet“. — u) „aliegena“. — v) „nimpha“. — w) „gimasii“. — x) „perconctatus“. — y) „eficere“. — z) „calendas“ — aa) „cuctaque“.

1) Vrgl. oben, Brief 66. — Wenn *Dominicus Burgauer* im August und September 1520 von Freiburg aus an Vadian geschrieben hat — siehe oben Brief 66 und 67 —, so muss vorstehender Brief wohl in den Januar 1521 gesetzt werden, obschon sein Eingang zu der Annahme verleiten könnte, dass die Correspondenz mit Vadian durch dieses Schreiben erst eingeleitet worden wäre. — 2) Horatius Carm. II, 13, 34.

72. XI 172.

Melchior von Watt[1]) an Vadian.

(Rom. 1521.) Februar 16.

Urteile und Schriften über Luther. Hektor und Konrad von Watt. Politisches und Tod von Melchior Vogelweider. Verhältnis zu Kaspar Wirth. Das Canonicat zu Constanz.

S. Pridie Nonas Februarii binas tuas litteras accepi, quas tu Nonis Octobribus XX. anni scripseras. Legi eas libenter, qui tuæ[a]) facundiæ præcipuus effectus est, tum quod parentem nostrum revalescere indicabant, cum etiam, quod Lutheri laudem continebant, cui eo propemodum animo, quo tu, faveo. Ut tuam amicitiam[b]) is sollicitaverit ac, quem id apparens malum exitum habiturum sit, ostendentem coniecturam tuam, domino doctori legendum dedi. Tristatur ipse, quotiens clericos quis male valere velit. Putat autem, ita demum iis male accidere posse, cum, suppresso iure, scilicet ecclesiasticis usuris, tanquam mercatoribus quandoque mare, iter præcludatur. Unde vel hoc unicum summe (?) sibi placuisse dubitare non possum, quo tu, quantum tuæ vires admissuræ[c]) sint, sacrosanctæ Romanæ sedis dignitatem etiam in minimo minui nolles. Veteres hic Carthusani æstimant, eum, Lutherum intelligo, Antichristi præcursorem esse, ac summopere suam cum poetis familiaritatem condemnant. Si quidem id tempus hodie valui, quo istius veritas, convertentur ad fabulas. Comprobat*um* (?) sit, aiunt. Hectori, quemadmodum in eisdem litteris significas iam uxorato, cum N. Poendler, qui Iodoco Decio Romam et Apuliam comes datus est, salutem optabo. Subiungis ultimo de Conrado, affini nostro. Amo eum et suos, quibus me, precor, commendes[d]). Scripsit ad me amicissime. Respondebo ego, cum primum nuncium nactus fuero, et tibi contra Lutherum edita mittam, quæcunque reperio; et cetera, quæ postulasti, vel tua causa faciam.

Accepi alias, quas tu cum XV Kalendas Ianuarii[e] scripseris 21[f] anni, tamen ad me post XVI Kalendas Februarii eiusdem venerunt, quibus Buccium exercitum Tiguri[g] conscripsisse ac Melchiorem Vogelwaider vita functum scribis. Alterum: ut ob vestram condicionem ac calamitatum molestiam æquiori animo tuli, ita minime ferre possum, si quid adversi Helvetiis ex tot Italicis versutiis[b] accideret Nemo est, qui nobis e principibus bene velit. Inter cetera grata mihi esse non summe (?) potuit ea tua de me opinio. Vereor[h] tamen, ne res angusta domi tantum lappis suis hortum istum humilem vitiet[i], ut floribus ferendis fecundior[k] locus non sit. Incognitis nemo invidet et ita plerumque non obstante aliorum invidia ad res maximas perveniunt.

Si bene sentio — nam[l] tuarum litterarum copiam gratam michi hodie revolvere non possum —, antea ad me datis litteris scripseras, quandam te inter dominum doctorem et me simultatem esse cum parente olfecisse. Potuistis, si ad te tot pervenerint litteræ meæ, quot scripseram, omnem rem cognitam habere. Ego plura cognosco et plerumque plura, quam me prudentem esse sinant. Insanum enim quandoque, ut ita dicam, viri instabilitas facit. Est avarus male[m]; tamen condicione liberalem omni se exhibet. Potes tu imaginari, cum irascatur, primum me esse, qui oneri sibi sim. Quod malum senex avarissimus, consiliarius suus, movet, qui non semel tacite (?) eum admonuit, ut potius[b] equorum[n] curandorum satis molesto studio alacrem, quam litterarum quantumvis exiguo otio[b] me desidem fieri patiatur[n].

Scribam copiose apud dominum substitutum, qui Thermas Novas consulet. Succedam ei forsan, ut deus voluerit. Vix michi unus sufficio in tanta hominum perfidia. Dominus[p] precari vult et sua molestia, ut eum non precer, abstrahit. Canonicatus Constantiensis eum hodie perturbat et quædam parrochialis ecclesia, quam contra marchiones Brandenburgenses non bono iure defendere obnixus fuit. D. Ludovicus Köl ad doctorem scripserat, canonicum Constantiensem Sancti Iohannis ultra duos a data dies vivere non posse. Impetravi ego facta supplicatione, quo tutior[q] fierem. Quamobrem suis litteris hodie respondere re incognita non possum. Vale et omnibus me commenda.

Datum XIIII[r] Kalendas Martii[b].

M(elchior) d(e) Wat, frater.

Quietus esse non possum; non quia quietus non sim, sed quia futu-

ræ quieti non facilem aditum sciam. Non dubito, quin tempore vel te unico adiutore, si non quid grande, at[a] saltem statui meo non usque adeo absonum obtineam.

Ostende, te precor, priorissæ, et si quid in negotiis[b] domini possis, certum eum reddat, roga.

Ioachimo Vadiano, medicinæ doctori, *fratri* charissimo, ad manus proprias. — Gen Sant Gallen herr doctor Jochim von Watt.

a) Durchgehends „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „ad admissuræ". — d) „comendes". — e) „februarii" durchgestrichen mit Verweisungszeichen auf eine Marginalie. Das Zeichen findet sich auch am Rande; allein die dazu gehörige Berichtigung ist ausgefallen durch Beschädigung gerade dieser Stelle bei Eröffnung des Sigels; doch ist noch ein anlautendes und auslautendes „j" zu erkennen und daher ohne Zweifel „januarij" zu ergänzen. — f) „elapsi" durchgestrichen und durch das übergeschriebene „21" ersetzt. g) „Tyguri". — h) „verior". — i) „viciet". — k) „fœcundior". — l) „man". — m) „mala". — n) Geschwänztes „e". — o) „paciatur". — p) „d" mit Abkürzungszeichen für „us"; kann hier doch nicht mit „deus" aufgelöst werden. — q) „tucior". — r) Aus „XVI" berichtigt. — s) „att".

[1]) Vrgl. I, Register und Brief 119, dessen Anmerkung dahin zu berichtigen ist, dass von Melchior von Watt 8 vollständig datierte und 5 bezw. 6 unvollständig oder gar nicht datierte Briefe vorhanden sind. Schon die Erwähnung der von Vadian empfangenen Briefe und nicht weniger die Bemerkung über die Wiedergenesung des in diesen Tagen verstorbenen Vaters (s. Brief 251) und über den ins Bad reisenden Substituten (Georg Pirger oder Perger; vrgl. II, 362, Brief 259) verweisen den vorstehenden Brief mit aller Sicherheit auf den 16. Februar 1521.

73. XI 171.

Melchior von Watt[1]) an Vadian.

a.

(Rom. 1521. April 22.)

Instruction für die Verwendung Vadians beim päpstlichen Legaten.

Erit eo citius providendum, quo Lutherana factio magis accrescit.

Ordinatio reservationis, impetrationis summario.

Expone domino legato inprimis, quemadmodum unus ego sim, quem ex omni familia nostra velletis sacerdotem fieri.

Deinde, quam rem gratam vobis sua reverendissima D(ominatio) eo ipso faceret.

Tertio[a] persuade, ut facile admittenda[b] sit reservationis concessio etiam eo, quod ad unicum beneficium et ad unius prælati[c] collationem, tum quod in nullius præiudicium censeatur fieri, cum neque[d] per legatum neque[d] pontificem reservationes huiusmodi ad eandem collationem datæ credantur.

4°. Quod abbas id non illibenter visurus sit vel ob hoc solum, quod noster consanguineus[e] sit, unde derogationem[a] de quibuscumque beneficiis ad suam collationem pertinentibus per se conferendis datæ concessionis sive a Leone (si sit ab eo), sive aliis suis prædecessoribus facile admissurus sit, quamque hoc non multum ad propositum faciat.

5°. Quemadmodum inde oriundus sim et tu et consanguinei[e] reliqui, nepotes et patrueles, petant, ut ibidem quaque occasione oblata residerem ac me eam ob rem Romam miseritis.

Ultimo: Quod idoneus cognoscar ad tenendum beneficium etiam curatis (?) et quemadmodum per multos annos sub te præceptore in universitate Wiennensi militaverim bonæ vitæ etc., ut in similibus fieri solet, et, si videbitur, de beneficio meo mentionem facies, ut exiguum sit.

Mallem, ut priorem modum in literis sequereris, id est, ut literæ ab eo ad pontificem et cardinalem Sanctorum Quatuor, patruum suum, impetrarentur commendaticiæ; nam si impetraretur reservatio a legato, dubito, ut etiam post confirmationem[a] a pontifice maximo literæ, id est bulla expedita, nullius esset momenti, quia neminem apud eum scio, qui eius rei, quemadmodum Romæ abbreviatores, notitiam[f] habeant. In addendis et detrahendis clausulis annus vix[g] exstitit[h].

Sume exordium a consumptione gratiæ meæ prioris et ab obitu patris, unde vobis in animo sit, mihi maturius providere. Potes quoque de cardinale Sedunensi quicquam adiicere; sed is non bene habet apud pontificem. Si ego fuero aliquot annis Romæ, non ambige, quin in aliis te vicissim adiuturus sim. Vale.

a) „c" für „t". — b) „admitenda". — c) Durchgehends „e" für „æ". — d) „necque". — e) „consaguineus, -ei". — f) „noticiam". — g) „vis". — h) „extitit".

II 183. b.

(Rom. 1521.) April 24.

Die Angelegenheit der Pfründe. Literarisches. Tod des Abts von St. Gallen.

Animadverti interim, frater, Helvetios[a] sententiam[a] de conferendis beneficiis immutasse; quamobrem non dubito, quin propositum meum reprobes. Vide, ut, cum ius huiusmodi literæ[b] ex ea causa dare non possint, si vel pro minima parte quempiam Helvetiis[a] commendaturæ sint, forsan magis quam hoc metu labores propulsati non subeantur. Perpensa, precor, singula. Ego, cum Henricus et Hercules Göldi venient, videbo, ut ipse pro ea re laborem. Dominum Casparem[c] non libens

de ea re sine maiore occasione compello. Vide omnino, ut hos 15 fl. annualiter (?) habeam; nisi enim fallor, postea melius rebus meis consuletur. Scripsi in literis meis tibi ineptius, quod tu non curabis. Est enim hęc curialium facundia, quam ego eo citius[a] addisco, quo ignaviæ meliora principia habeo. Scripsi de Iacobo Lapide, qui contra Erasmum in defensionem veteris tralationis[a] Novi Testamenti annotationes edidit. In aliis literis, credo, scripsi Veteris Testamenti, cum voluerim tralationis[a] dicere. Opus est, ut Syllanus quidem hic asserit, elegans tamen, licet nuper Romam venerit, ante annos impressum aliquot. Vidisti tu forsan. Poeticam tuam exemplorum defectu non invenio. Mela[d] in pretio est et non exiguo. Laudaris passim a doctis. Dominus Caspar tibi scribet. Rescribe, ut soles, amice me semper commendando. Dominum Hermannum Militem vellem rebus frui optatis. — Ecce superveniunt aliæ literæ tuæ, in quibus significas privati nihil. Non usque adeo ægre ferrem abbatis nostri mortem, si Calianum Khöffli fortuna suggesserit. Scripsi, antequam hæc finivissem, pro domino Caspare literas ad senatum nostrum. Age, si quid tua auctoritate in ea re valebis, non ultimus sis. Loquere cum scriba eorum iurato, qui fortassis[e] omnibus aliis clarius negotium[a] intellegit, ut rem iuvet sua perspicacia (!), quæ iam omni iure adiuta est. Vale et ad me tuam mitte Poeticam. XXIIII Aprilis.

Ioachimo Vadiano, fratri charissimo, ad manus proprias.

a) „c“ für „t“ in der Endung — b) Durchgehends „e“ für „æ“. — c) „Casperem“. — d) „Mella“. — e) Eher als „fortasse“.

[1]) Vrgl. I, Brief 119. — Von diesen zwei Stücken ist ohne Zweifel das erste eine Beilage, das zweite ein Nachtrag zu dem Briefe *Melchiors von Watt* vom 22. April 1521, Brief n. 258.

74. II 293.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

St. Gallen. 1521. April 28.

Nachrichten über Familien-Angelegenheiten. Andeutungen über Verhandlungen mit dem Capitel zu Constanz.

D. Ioachimo Vadiano, undecunque doctissimo, B(enedictus) Burg(ower) s(alutem) exoptat.

Celeberrime vir. Putaveram vos una ceteris Constantiam petisse iuxta conspirationem factam. Obviavit nuncius[a], afferens e Tiguro[b] litteras vobis obsignatas. Dubius ego bono zelo easdem aperui, in eventum, si litteris insertum fuisset, quod in commodum nostrum vergeret,

conpertum habere peterem. Concepi ægritudinem[c] uxoris soceri, quæ[c] me hercule multum perturbavit. Sed divina maiestas eam refoveat sua clementia etc. Consultum videtur quibusdam, onus procurationis suscipere vos debere erga dominos Confoęderatores, qui[d] intercedant ad venerabile capitulum Constantiense, ut ius suum sortiat[e] effectum. Minantur extrema; sed ego his ab exsecutione[f] deterreri nolo. Precor socero ac protoscriba[g] diem conventionis Constantiam deputare velitis et latore præsentiarum[e] seu quantocius poteritis certiorem reddere; nam periculum est in mora, prout coniectura undecunque indicat, — videretur mihi consulte actum ad feriam secundam proximam Vocem Iucunditatis[h] —, et alia expedire eius intuitu velitis, quæ honori et commodo suis videntur opportuna. Collegium nostrorum sacerdotum et sacrificulorum te redituru propediem sperat una Conrado, meo fratrissimo fratre, quem meo nomine salvere iubeas decies, millies; at dicas, me ægreferre[c] suam in me taciturnitatem emittendo litteras. Ac socerum[i], virum integerrimum ac meum observantissimum, (cum) coniuge et tota familia valere exopto. Ex S. Gallo, dominica Cantate, raptissime, anno 21.

B(enedictus) Burgower, Luthero sincerissime condolens de iniqua etc.

Der helffer lasst euwer frow Martha grûtzen und fragt euch nichts nach, und her Adam enbeut euch sine canones. Richtind die oren wider über sich und sigend nit mer frigidi. Und her Ûlrich ladt euch den beren zú stechen ob sinem alten win, ob er usß gang, mit sampt dem Conrado und dem Muß. Er weist wol, was ich meyn.

Vale iterum, vale. Reporta litteras commendatitias[d] a Confederatoribus Constantiam, und uf mentag uber acht tag dunckt es mich gut sin a dato.

Egregio domino doctori Ioachimo Vadiano, Tigurib), poetæc) et oratori doctissimo, domino et amico observando.

a) „nuncius". — b) „Tyguro, -i". — c) „e" für „æ". — d) Oder „quo". — e) „c" für „t". — f) „exequcione". — g) „prothoscriba". — h) „Iocunditatis". — i) „socrum".

[1]) Vrgl. I, Brief 22. — Vadian folgte offenbar der am 25. April 1521 von Konrad Grebel an ihn gerichteten dringenden Einladung, wegen schwerer Erkrankung der Mutter möglichst rasch nach Zürich zu kommen (Brief 260), wohin seine Gattin wohl schon vorausgegangen war (vrgl. Brief 254). Für die Zeit der Abwesenheit scheint Vadian den Benedict Burgauer mit Besorgung seiner Angelegenheiten in St. Gallen betraut zu haben. Vor dem 28. Mai muss er wieder zu Hause gewesen sein, und auf den 1. Juni brachte sein Schwager Konrad Grebel die Gattin wieder nach St. Gallen (s. Brief 262).

75. XI 22.

Stephan Rosinus[1]) an Vadian.

Worms. 1521. Mai 7.

Massregeln zur Einsetzung des Kaspar Wirth in das Constanzer Canonicat.

Clarissime domine doctor, domine honorande post commendationes (?)[a]. Ex debito sinceræ[b] amicitiæ, quæ domino Caspari Wirt præposito, Episcopaliscellæ canonico etc., et michi longo tempore intercessit, non potui prætermittere, quin has meas litteras ad eam dirigerem, per quas etiam D(ominationis) V(estræ) officium in defensione iuris clarissimi domini doctoris Casparis super canonicatu et præbenda Constantiensi invocarem. Misi enim præterito mense bullas et monitorium apostolicum penale et breve contra intrusum in dicto canonicatu et ad capitulum de evacuanda possessione huiusmodi, et casu, quo intrusus possessionem evacuare recusaret, licentiam recipiendi illam etiam de facto, cum decreto, quod per huiusmodi possessionis vindicationem, etiam contradicente intruso, nullum spolium admitteretur. Intelligo autem, quod exsecutio[c] per Constantiæ moram agentes commode[d] fieri non potest, causantibus minis, quæ a quibusdam nobilibus ad suggestionem[e] vicarii Constantiensis intrusi in dicto canonicatu nomine cuiusdam Itali suscitatæ sunt et sic continuo labitur tempus et dantur indutiæ parti adversæ ad gerendam (?) defensionem et causa redditur domini Casparis difficilior pro tanto. Scribo sorori domini Casparis, virgini (?), etiam, ut casu, quo usque hodie exsecutio[c] facta non esset, sine mora aliquem notarium inter Helvetios conducat et illum cum iuribus ad capitulum Constantiense mittat et exsecutionem[c] faciat et simul possessionem capiat, nullius habito respectu. Et si aliquam difficultatem ratione Cæsaris aut principum hic timeret aut dubitaret[f], adversarium velle se eorum favore tueri, michi celerius, quo possit, qui hic in dieta in hospitio Cigni pro episcopo Pataviensi ad finem dietæ expectabo, significare velit, ut opportune in omnibus practicis adversarii occurrere valeam, in quo D. V. faciet[g] debitum pro suo optimo animo[h] etiam in omnes[i] occasiones per me promerendum (?), cui me plurimum commendo[k].

Datum Wormatie, die VII Maii 1521.

D. V. deditus *Stephanus Ros(inus)*, præpositus in Hanbach.

Clarissimo et excellentissimo artium et medicinæ doctori domino *Ioa*chino Vadiano, apud Sanctum Gallum vitam agenti, domino et amico honorando. Sant Gallen.

[illegible] Abkürzungsstrich. — b) Durchgehends „e“ für „æ“. — c) „exequutio, -nem [illegible]“ — f) Folgt „se“, das nachher an richtiger Stelle wiederholt wi[illegible] Abkürzungsstrich. — i) „omes“. — k) „comendo“.

[illegible] unbekannten *Stephan Rosinus* — vrgl. Register II und [illegible] dieser eine Brief vorhanden, dessen Datum durch die Erwäh[illegible] Worms gegeben ist.

76.

Wolfgang Schatzmann[1]) an Vadian.

Sempach. (1521.) Mai 12.

[illegible] über den Tod des Vaters. Überschwemmung in Wien. Heftiger [illegible] Geistlichen und Weltlichen in Sempach über Luther. Geburt eines Bruders. [illegible] ein Gedicht für sich, seinen Bruder Sebastian und für Johannes

Egregio ac excellenti viro domino Ioachimo Vadiano, do[illegible] luculentissimo, plurimam dicit salutem. Tuæ nuper litt[illegible] doctor, ad me pervenere, quæ quidem mihi et lætitiam [illegible] ingentes, attulerunt: tuo enim mærore contristatus, præ[illegible] honesti tui obitum parentis intellexeram, cuius animam frater Bastianus et ego sine intermissione[d]) inter sacrificandum habemus c[illegible] profecto di(li)gentissime. Sed præclare amice, considerer[illegible] Alcestis[e]) Admeti[f]) regis uxor fuisset, ei denique naturæ debitum [illegible] persolvisset. Nam sapientis est, quæ nec arte nec prudentia ne[illegible] [illegible]entia[c]) præcaveri possunt (quæ omnia in te scatent), patienti f[illegible] Alterum est, de quo tua Præstantia[c]) prorsus nichil meminit. [illegible] certe. Amplissimus apud nos vulgi spargitur sermo, tertiam[c]) [illegible]atis Wiensis (!) partem fore obrutam ac submersam aquis Danu[illegible] plus quam triginta hominum milia in ea; et ille perhibetur fore situs, [illegible] tetendit ab ecclesia Beatæ Mariæ in litore[g]) usque ad Cœli Por[illegible] Ast qui ita immensum doctissimorum virorum exercitum sub tua po[illegible]tate regebas (tanquam Achilles inter Græcos) et illorum nullus ev[illegible] hastæ Neptuni, agitationes[c]) ut saltem veritatis parum aliquis ad tuam [illegible]entiam[c]) perscriberet. Tu vero me his de rebus redde, doctor insignis, [illegible]tum. Quod enim pollentem eruditionem Martini Lutheri admirabi[illegible] eiusque doctrinam, qui ad te scripsit, mihi aperis[h]), sane quidem intell[illegible] Hoc vero te prætereundum fore, nequaquam puto; sed id, doctor clar[illegible]me, [illegible]) te scire desidero, an fides vel incredulitas prædicti Martini o[illegible] bus attribuenda sit. A me præcipue et a pluribus nescitur. Nam quoti[illegible]cumque[i]) aliqua inter nos unctos pariter et sæculares oritur confabula

ex parte prædicti Lutheri, tunc extemplo in ambiguas dividimur partes: una doctrinam suam refutat et subsannat, altera vero conservat et iustificat, et tanta inter nos consurgit controversia, non secus ac si, puto, infernalis princeps omnes tres furias emisisset cum fœda[k] discordia. Hoc mihi ipsi (ut mea simplicissima fert opinio) parum salutis animæ nec bonæ pacis auferre[l] nobis arbitratur[m]. Nichil autem ad me, sed ad doctos et tibi similes. Ultimum nunc, doctor spectabilis[n], admiratione[c] digna perceptio[o] nec distincta restat. Paucis finem imponam. Largus et astripotens deus annosum parentem nec dignatus est claudere extrema, quin prius puerum cum noverca Margaretha pareret; et peperit quindecimo Kalendas[p] Aprilis nobis duobus fratribus canescentibus fratrem Ieorium, qui legitimo toro[q] antiquam genealogiam fere orbatam sobole potest reservare. De supradictis illis rebus, doctor suavissime, mihi ocius rescribi obsecro. Qui citharam[r] Orphei quottidie tangis ac unquam ludere concito poeticali furore desinis, fratrem Sebastianum necnon tuum Wolfgannum, tibi obsequiosissimos, visita carmine quodam exiguo ac dominum meum gratissimum Iohannem Fer, spectabilem genere ac potentia[c], qui te ipsum propter tuam excellentem doctrinam maxime diligit, qui et canonicus Beronensis et plebanus oppidi[s] Sendpach exstat, cuius progenies inclita et potentissima nobis amplissima bona fecerunt ac indies faciunt, que nos promerere minime possumus. Tu vero parvo carmine rependeres, de quo latissima nova puræ veritatis acquirere potuisses. Valeat tua dulcissima[t] Dilectio. Parentis ac tui et tuorum inter celebrandum nunquam[u] obliviscar; tu vero petitionis[c] tui Wolfganni recordare. Valeat iterum tua acceptabilis charitas, qua ab ephebis[v] annis erga me usus fuisti. Datum ex oppido[s] Sendpach, quarto Idus Maii[w].

Wolfgannus Schatzman Gallensis et præmissarius oppidi[s] Sendpach.

Laurifero poetæ doctorique egregio Ioachimo Vadiano, consanguineo suo colendissimo[x]. In Sancto Gallo.

a) Durchgehends „e“ für „æ“. — b) „iocundissime“. — c) In der Endung „c“ für „t“. — d) „intermissione“. — e) „Alcestes“. — f) „Atmeti“. — g) „littore“. — h) „apperis“. — i) „quociens-“. — k) „feda“. — l) „auffere“. — m) „arbitatur“. — n) „specta stabilis“. — o) „perceptione“. — p) „Kallendas“. — q) „thoro“. — r) „citheram“. — s) „opidi, -o“. — t) „ducissima“. — u) „nuncquam“. — v) „ephbis“. — w) „May“. — x) „collendissimo“.

l) Vrgl. I, Brief 3. — Das Datum lässt sich schon daraus mit Sicherheit ergänzen, dass der Schreiber den Empfänger über den Hinschied seines Vaters tröstet.

77.

Dominicus Burgauer[1]) an Vadian.

Basel. (1521?) Mai 15.

Bitte um Rat und Anleitung zum Studium.

Insigni philosopho Ioachimo Vadiano, præceptori suo, D
minicus Burgowe(r). S. P.

Cum nuper te adhortarer, mi Vadiane doctissime, ut tu, qui p
ceptis institutisque virtutis egregie[a]) excellis, quibus equidem me et ve
et scientiis[b]) summa auctoritate augere potes, ut et archetypo[c]) aut
aut æmulationis[d]) præscribendo facultate tua ad meam utilitatem[e]) ad
geres, quam quidem ad rem dogmatibus tuis mihi (ut patet) maxim
adiumentum afferes, non modo literarum omnium rudi, sed etiam[c]) vi
tum ignavo. Quamobrem institue[f]) huiusmodi discendi iudicandique[g])
nere normam, fontem, a quibus verus virtutis rivulus scateat. Nam m
sunt præcepta et præsertim, ut Isocrates paraenesi[h]) suo ad Den
nicum scribit: ἀναγινώσκειν· ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπα
μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνου
οὕτω χρὴ καὶ[i]) τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πα
χόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Μόλις γὰρ (ἄν) τις ἐκ ταύτης ἐπιμελείας
της φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν[2]). Igitur quid potissimum ac utili
mum deceat definire[k]), cuiusmodi studiorum cupidus esse debeam, pe
tandem, me participem tui consilii facere; quæ me desiderare oport
quæque opera vitare aut tandem quibus hominibus conversari dec
[illegible]. Vale.

De statu cum vis scire Basileę: aiunt illum Heinricum G
[illegible] reversurum[l]) ad eos ibique locum ordinarii lectoris tenere,
[illegible] circiter pentecostes[m]) festum rediturum. Ceterum ad
[illegible] conaturus legere Græcum Homerum post festum Io
[illegible] et interim, quid de libro vestro faciendum erit, renunci
[illegible] magistro Ieronimo, qui cum cognomine Artolbius nuncupa
[illegible] de meo statu: ego me (in) studiosorum album scripsi; non a
[illegible] sed persuasione unius magistri. Ideo rogo te tamquam patrem: e
fratrem intercessor esse non dedigneris, aut in impensis, tributis[o]) (
aliis eis connivere. Reliquum iam nocte dieque deo favente conor ten

equidem meis labellis Græcam[g] linguam addiscere. Vale iterum. Ex Basilea, Idibus Maii.

Dominicus Burgower, semper tuus discipulus obsequentissimus.

Egregio philosopho Ioachimo Vadiano, Græcę ac Latinę doctissimo domino ac præceptori suo observandissimo.

a) „egreie". — b) „c" für „t". — c) „arhetipo". — d) Durchgehends „e" für „æ", soweit nicht „ę". e) „utillitatem". — f) „instue" mit übergeschriebenem „ti" über der zweiten Silbe. — g) Über der dritten Silbe ein überflüssiger Abkürzungsstrich. — h) „paranesi". — i) „xe". — k) „difinire". — l) Oder „revecturum"? — m) „pentricostes". — n) „Ioanis". — o) „tribudis".

[1]) Vrgl. I oben, Brief 66. — Das Datum ist nach Brief 71 ergänzt. — [2]) Obiges Citat bildet den Schluss der angeführten Schrift des Isokrates.

78.

XI 101.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. (1521. Mai 28. bis Juli 14.)

Entschuldigung, dass ein Hemd und ein Stück Leinwand nicht nach St. Gallen gebracht worden sind. Krankheit des Vaters. Bevorstehende Abreise nach Basel. Verhältnis zu der Schwester. Befinden der Mutter. Krieg zwischen Frankreich und dem Kaiser.

Salve, mi Vadiane. Qui sororis litteras matri reddidit, tunicam cum lineo panno illi empto vehere recusavit, et hæc est causa, cur tibi tunica, illi vero panno carendum sit. Pollicentur vobis parentes benevolentiam promptissimam atque adeo, ut, si opera eorum opus sit vobis, vel abuti instituatis, monent. Quomodo[a] ergo poterit hoc horum negligentiæ ascribi, quod illius vestri tabellarii impedivit recusatio? De patre sic habe: octo dies domi renum morbo affectus male delituit. Calculum habet, et sua et doctoris opinione magnum. Hunc franget ille et pillulis (ni fallor) et balneo. Equidem spero mox melius habiturum tum eius, tum meo (nisi quid inter os et offam) maximo commodo. Quæris[b], qui ita? Quia ille convalescet, calculo exonerabitur. En commodum! Deinde quia licebit restituto sanitati genitore nobis ad Basileam secedere; et licebit scilicet cum vita mea, hoc est, quemadmodum tu docebas hic, cum affectibus meis, qui me tum depereunt (!)[c] perditissime, cum sequentur ἀμεταστρεπτί (irreversim et an alß hinder sich sen; hoc est eius verbum[2]). En usuum, en bonarum felicitatum[d] oceanum, en ex stultissimo dementatissimum, ne dicam interim paucis insertis litteris alium. Sat habes; scis, quem velim. Iecit aleam arrepta libertate Huttenus. Ego captus ac amore arrepto universam ludam iaciamque aleam. Quod monuisti de P. accipienda, exsequar[e] ultro; quod non consuluisti de illa, identidem (ni

mendacior Cretensibus sim) audenter, hilariter, sedulo, maturrime effectum curabimus. Porro quod in his audentior futurus sim, hinc fit. Forte querebar (ut soleo scilicet), me perpetuam vitæ tragœdiam expleturum. Quam illam putarem ergo et, ne se celarem nonnas, Grebelia[a]) rogabat et vix tandem per cineres defunctę sororis, alumnę eius olim et nonnę, urgens dictaque tanquam Cereris mysteria nulli mortalium evulgaturam promittens, ut hunc tragicum Silenum non Alcibiadis, sed Grebelii aperirem, persuasit, exoravit. Aperui ergo et eius assensu periculum faciam, an nunquam non Fortuna adversatura sit. De matre belle habet, domum gubernat, dormit, surgit, rixatur, ientatur, vitilitigat[f]), prandet, iurgatur, coenat nec desinit esse molesta, cursitat, coquit, recoquit, parat, colligit, accumulat[g]), laborat, fatigatur atque tantum non recidivat. De me quid vis, ut cornicer? Nihil; satis superque vel istis saburratus. At hoc nequaquam poteram prætermittere[b]): litteras in Helvetiam allatas, ex quis constet, Gallum, qui adversus Cęsarem Hispanosque militaribus copiis exierit, postquam commissis utrinque exercitibus et consertis manibus sudatum sit, octo milia[h]) Caporum desiderare[i]). Dii bene velint Carolo, si historiam retuli, male Gallo, cuius hoc est eritque cum voto meo, tum merito eius (quod aiunt): Gallus insilit. His vale cum sorore, tuis omnibus salvere iussis meoque meorumque nomine, meque sic esse vestrum credite, ut non possem magis. Vale fortunatissime. Tiguri.

Conradus Grebelius.

Quia equum ille non potuit onerare, curabimus, ut advehantur ista alias, nisi tu prius aliquem huc concessurum invenias, qui operam nostram præveniat[b]).

Salutem volo plurimam faceto
Illi, illi parocho meo usque dicas,
Non quod sic mereatur improborum
Alpha, nec tibi sic vacet mihive
Salutem toties[k]) renunciare.
Sed ne forsitan (ut mihi minatust,
Nuper cum tibi reddidi sororem)
Excommunicet et severa papæ
In nos fulmina mittat, incitati
Non dicta officiosius salute.

De Helvetiis.

Nuper, qui potuit iugo domari
Non ullo, Helvetius tyrannicida:
Liber desierit (rogas) quid esse?
Nimirum quia Gallus imperator
Plus iusto solet esse liberalis.

D. Ioachimo Vadiano, poetæ, oratori, medico, ter docto, ter claro, ter charo, affinium colendissimo. Gen S. Gallen.

a) „Quo" mit Abkürzungsstrich. — b) „e" für „æ". — c) Für „deperdunt" verschrieben? — d) „fœlicitatem". — e) „exequar". — f) „vitiligat". — g) „accummulat". — h) „millia". — i) „desyderare". — k) „tocies".

1) Vrgl. I, Register. — 2) Die eingeklammerte Stelle ist am Rande nachgetragen. — 3) Bezieht sich offenbar auf die Schwester Barbara; vrgl. II, Brief 264, S. 368. — Die Erwähnung der „neulichen" Rückkehr der Schwester nach St. Gallen in dem angehängten Hendekasyllabon und die Hoffnung auf baldige Abreise nach Basel lassen diesen Brief wohl mit Sicherheit zwischen die Briefe Grebels vom 28. Mai und 14. Juli 1521 (II 366 und 368) setzen. Auch die im Brief erwähnten Kriegsereignisse scheinen diese Datierung zuzulassen.

79. XII 272.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. (1521.) Juli 22.

Ursachen der Verzögerung seiner Abreise. Klagen aller Art.

Salve, mi carissime Vadiane. Literas tuas nisi plenis gaudiis excepi, peream male. Sollicitus es, qua ratione sic cuncter abire, et ut perscribam omnem causam, anxie expostulas. Sic ergo habe: unum parentem meum me detinere, sive id dii volunt servatores, sive vult malus meus genius. Quid collocutum mutuo, quid velitatum inter nos sit de profectione ista, si referre possem absque lacrymis[a]), si commode et eloquenter, illinc saxeus, hinc plane etiam Cicero essem. Et abiit illa, a qua omnis mea salus pendet, Basileam[b]) in stipendio meo; quam nisi sequor statim, misere occidam. Amamus ardenter, immo perimus vicissim. Disgregari durum, miserum, calamitosum est. Domi esse perpetuo, et si amor me non occuparet, crux et supplicium est; ubi ego, si cunctatione parentis distinebor, per duos menses iam de eligendis potius Tomis cogitavi. Equus aderit, si præter arbitrium parentis evasero; pontificia iuvabit pecunia; non deerit divinum auxilium. Irum futurum me finge; non poterit sævius in me agere fortuna. Nimirum tamen in eam conditionem delatus beatior ero spe illa, scilicet humanæ mentis. Erynni (!) vacuus deo quoque optimo maximo vicinior exstitero[c]), utpote inanem Venerem

ne cogitaturus quidem, opes magno animo neglecturus. Casus acerbos ęquius longe laturus, ambitioni laqueum mandaturus vivam.

Nunc cum totis diebus varie adficiar, noctu etiam divexor et tam nulla quiete sustentor, ut propemodum nesciam, an prius in insaniam hęc mæstitia[d] se variatura sit, quam ego animam hanc exhalem, aut an prius occubiturus sim, quam ratione multis malis malis obtusa humana sapere cessem. Parentum, familię odium, ira, cunctatio, amor, manuum simul et pedum frequens et ille ad articularem accedens morbus, denique illud meum tragicum malum cum sexcentis aliis adeo exercent aspere, ut quid agam acturusve sim vel quem me putem, ubi sim, ne Pythio Apolline quidem docente sat intelligere possem. At hęc alias, quia tantum non universam noctem pervigilarim et somnus oculos defatiget. Innumera sunt, quę recensiturus eram, si per somnum si per ærumnas[e], si per multitudinem liceret. In proximas literas chiliades verborum effundam; nunc parce simul et misere, quia brevior sum atque quia calamitosior. Valent domi omnes et vobis bene precantur. Vale, ex Tiguro, divę M(arię) Magdalenę.

D. Gulielmo reverendo[f] non integrum fuit rescribere, negotiis[g] remorato; gavisus est tuis chartis præter modum. Tradit se tibi[h]; respondebit otio[g] redditus atque interim, ut nomine suo hęc adderem meis nugis, impetravit.

C G T H

Min gantze welt, Græce ὁλόκοσμος, me urit. Ach liden!

D. Ioachimo Vadiano, viro undecunque doctissimo ac *incredibiliter* charo (?)

Gen S. Gallen.

a) „lachrymis". — b) „Basileam". — c) „ext-". — d) „moestitia". — e) „e" für „æ". — f) „rno" mit Abkürzungsstrich. — g) „c" für „t". — h) Verweisung auf eine verklebte Randnotiz: Ita . . . co . . . na . . . sp . . .

[1]) Vrgl. I, Register, und für die Datierung den vor- und nachstehenden Brief.

XI 2. 80.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. 1521. August 4.

Klagen über die Verzögerung der Abreise von Zürich.

Salve, mi Vadiane. Cunctationis paternæ causas rogas. Ego nullas subtexo, qui non alias quam vitæ meæ Diras putem. Tiguri sic hæreo, ut non credam fata me posse, si velint maxime, avellere. Quam ob rem sic mecum statuo: detineat parens, detineant alia me; ego quam Ti

gurinus sponte exsul[a] esse malo. At nunc ob immensum referendi tædium, si verbum hiscere insuper audebo, dii a nobis deęque omnes atrocissimum supplicium sumant. Quin et alia differimus in aliud tempus? Nam ita quędam meum cor urunt, ut, quę multis verborum fasciculis comprehensurus fueram, ne paucissimis attingam, faciunt (!). Modo te norim, ignosces affectibus meis; omnis enim rei singularem historiam[b] ex meis chartis per oratores, ubi hinc ad vos redierint, audies. Vale. Quicquid hic est hominum, vobis universis bene precatur. Tiguri, 4 Augusti 1521.

Guilielmi literas accipe nunc tandem; prius mittere non licebat per nuncios[2]).

(K. Grebel.)

Adresse fehlt.

a) „exul". — b) „hystoriam".

[1]) Vrgl. I, Register. — [2]) Bezieht sich ohne Zweifel auf den Brief des «Guilielmus de Valconibus» vom 31. Juli 1521 (Brief II, 270), in den obige Zeilen vermutlich eingeschlossen waren, was das Fehlen der Adresse erklären würde.

81. XI 225.

Kaspar Wanner[1]) an Bartholome Steck.

Nördlingen. (1521.) August 19.

Bitte, ihm eine schriftliche Antwort von Vadian zu überbringen.

Mein willig dienst unnd als gutz. Lieber her Bartellmen, ich fieg euch zu wissenn, das mein vetter, maister Hanns Mair, hat bey Hannsen Rinnell[a], zunfftmaister, ein brieff geschickt an her Iocham Water, statdockter zu Sannt Gallenn. Darauff ist mein gietig bit, ir welt so gutwillig sein unnd welt meinem vetter ein schrifftlich antwurt von dem docktor bringen, wan ir yetz in marckt gin Leypsig wellen ziehenn. Ob aber euch der weg nit zu Nordlingen durch trieg, so schickn mir denn brieff bey ainer gewissn botschaft zu. Damit spar euch got frysch unnd gesund. Gebenn zu Nordlingen, am nainzehendn tag des Augstmonnats.

Casper Wanner.

Dem ersamen unnd weissen Bartlimenn Steck, burger zu Sant Gallen, sol der brieff.

a) Oder ist „Rinvell" zu lesen?

[1]) Von *Kaspar Wanner* in Nördlingen liegt nur dieser eine Brief vor. Zu dessen Datierung vergl. den Brief seines Verwandten Johannes Mayr vom 20. August 1521, II, Brief 274.

II 313.

82.

Adrian Hospinianus[1]) an Vadian.

Kloster Weingarten. 1521. September 24.

Übersendung zweier von ihm copierten Tafeln des Ptolemæus. Bitte um eine Empfehlung an Myconius für einen Schüler.

S. P. D. Non immemor prȩceptis (!) Aristotelicis[a]), poeta insignis, qui dum præ omnibus prȩcipit prȩceptores vice parentum esse colendos iisque obsequendum; quod et hactenus in te adimplere studui, qui enim, dum me olim rogaras, quum tecum eram, quod tibi Ptolemæi[b]) tabulus depingerem, discipulus ego tanto prȩceptori negare nihil ausus, pollicebar pollicitaque, ut spero, adimpleta. Summo enim labore eas excudi. Invenies aut illas forte paternis nostris in laribus, si modo tibi non missæ sunt, aut te Tiguri exspectabunt[c]) apud germanum nostrum Leonardum, qu modo vitam agit cum singulari Helvetiorum decore Zinglio, aut apud Conradum tuum Grebelium, cui sororium agis. Nempe eas tibi mittendas tuoque nomine in patria reliqui, quo parens noster aut germani tibi illas mitti curarent. Insuper est, quod rogo: cernis discipulum nostrum omnibus modis diligentissimum coram, qui tanquam a prȩceptore ad Myconium[d]) litteras petierat, quibus ei commendaretur; non quod solum petat militare sub palæstra[e]) eius litteratoria, immo et una cohabitare in ædibus. Quo igitur petitioni illius satisfacerem (nulla enim mihi adeo familiaritas est cum Myconio[d]), quo possim fidere, quod litterȩ nostræ quid apud eundem valeant), rogatum te habere velim, quo huic nostro discipulo dares litteras commendaticias, quo a Myconio[d]) susciperetur in ædes proprias. Videbit quidem adolescentem non modo diligentem verum etiam studiosissimum. Eius autem rei gratia te conveniet forte frater huius nostri discipuli, olim gratiosi nostri apud S. Gallum cancellarius, quem tu forte etquoque notum habes. Vale atque[f]) me voti compotem redde; summis precibus[g]) oro atque commendo[h]). Iterum vale ad Nestoreos usque annos. In cœnobio Wingarten, anno 1521, octavo Kalendas Octobres.

M. Hadrianus Hospinianus de Stammhaim, votis tuis propensissimus ac tuus a pedibus.

Egregio[i]) Apollineȩque[k]) artis doctori ac poetæ et oratori laureato Ioachimo Vadiano, domino ac prȩceptori suo in perpetuum colendo, apud S. Gallum, hȩ[l]) litterȩ dentur.

a) „Arestotelicis". — b) „Ptolomei". — c) „expectabunt". — d) „Miconium, -io". — e) „palestra". — f) „etque". — g) „precipus". — h) „comendo". — i) „Eggregio". — k) „Appollineęque". — l) „heę".

[1]) Von *Hadrian Hospinian* — *Wirth* — von Stammheim findet sich nur dieser eine Brief in unserer Sammlung. Die Jahrzahl des Datums wurde vom ersten Ordner der Briefsammlung irrtümlich „1527" gelesen und der Brief deswegen an falscher Stelle eingerückt.

83. XI 98.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

(Zürich. 1521. Ende October oder erste Hälfte December, a. bis 18?)

Rückkehr nach Zürich. Bitte um medicinischen Rat. Druck einer Katechesis und des Pomponius bei Kratander. Übersendung eines Tertullian.

Salve, mi Vadiane. Tigurum rursus veni a parentibus vocatus, ut laver. Ego consilio tuo id faciam. Si me amas, rescribe huic ad nos reversuro. Nosti Grebelium, cuius sit valetudinis, et perspexisti intus, puto; quare quo modo mihi balneandum sit, fac præscribas. Peritia tua in rebus medicis ea est, ut scias, mei cognitio tam explorata, ut possis, amicitia et affinitas, huc adde necessitatem, ut debeas, immo contendas consulere. Literas tuas postremas, quas nescio cui ad me dederis, non vidi. Basileam enim visere pergebat ille, cum iam adventassem et advenisse eidem haud constaret. Sic ex Valentino Scudo, qui hominem hospitaliter per Tigurum tractaverat, intellexi. Priores Cratandro reduci abiturus atque annotationes etiam dedi. Non credis, quam elegantibus formulis, quanta diligentia excudi ceperit iamdudum Catechesis; sed seposita, quia tu maturare non potueris. Totum autem Pomponium cum christiana nativitate officina Cratandria, a te genitum nuper, protrudet. Sic eius officinę herus promisit. Tertullianum ego tibi emptum illigatum misero, mox ut huc advectus fuerit[2]). Sororem meam tuosque omnes (nunquam male volo parocho, παντολάβῳ dicturus eram) salvebis. Bene precantur[b]) vobis Grebelii omnes. Vale fælicissime[a]). *Conradus Grebelius* tuus.

Civitate Tiguri donatum me tandem credo,
Nugarum genus omne candidarum
Seu sit ridiculumve seriumve.
Quam primum mihi per tabellionum
Non sic sic properantium licebit
Copiam, auriculas para ferentes.

D. Vadiano.

a) „fœl-". — b) „precarunt".

[1]) Vrgl. I, Register. — Vorstehender Brief ist offenbar derjenige, den *Konrad Grebel* laut dem Eingang von Brief 285 durch den Kaufmann Enderlin an Vadian geschickt hat.

Er muss also vor jenem geschrieben worden sein, unmittelbar nach der Rückkehr Grebels von Basel nach Zürich. Dann muss aber auch entweder der noch von Basel aus geschriebene Brief 290 vom 2. December falsch datiert sein oder dann Brief 285. Im erstern Falle müsste etwa angenommen werden, dass der flüchtige Grebel „Decembris" für „Septembris" verschrieben hätte; im zweiten Falle müssten der vorstehende Brief und Brief 285 zwischen den 2. und 18. December angesetzt werden. Wie leichtfertig K. Grebel mit der Datierung umspringt, zeigt z. B. Brief 250; auch im Datum des Briefs 295 wurde zuerst „Nov." statt „Decembris" geschrieben. — 2) Vrgl. Brief 293.

XI 248.

84.

Johann Reusch[1]) an Vadian.

(Leipzig. Ende 1521 oder Anfang 1522.)

Nachrichten über die Universität Leipzig.

Θεός.

Salve, vir doctissime. Non est, quod verear me abs te impudentię accusari, cuius humanitas in Melinis commentariis sane explorata est mihi. Cum ergo iuvenes aliquot Lypsiaci stilum ad te suum adornarent concinnarentque, nolui ego inter postremos haberi. Scribo ergo, etsi nihil sit, quod tua æstimatione[a]) dignum scribam: gymnasio nostro bene succedere, — vigent enim bonæ nobiscum litterę omnes, Latinę, Græcę, Hebraicę — suasque dotes uberrime profudisse: philosophiam, divinarum humanarumque rerum agnitionem. Adde, quod copiæcornu res medicorum tam lætas[a]) hic alit fovetque, ut vel tibi, qui multos iam annos in eo mari navigaveris, suis experimentis sunt (!) satisfacturi. Iurisperitos et theologos mora est ordine omnes percensere; tam enim celebres sunt, ut per se quisque Roscium se fateatur esse. Quæ[a]) ideo ad te perscribo, quod certis indicibus sciam, nostrę reipublicę litterarię te bene velle inque eam esse animo optimo; meque hoc facilius pro amico agnosces, qui tantum ludo nostro patrocinium apud te fero, quantum et tu agnovisti, cum ante triennium per Lipsiam iter ad fratrem, credo, faceres. Sed hiis bene vale mihique responde. Tunc enim amicitię[b]) locum me obtinuisse credam, cum tua scripta ad meas manus per tabellas (!) advenerint.

Magister *Ioannes Reuschius Fontanus, Eschenbachensis.*

Helvetios plerosque mecum fovi hodieque foveo, qui te salvere iubent.

Doctissimo viro Ioachimo Vadiano, poetę, oratori et medico in Helvetiis, apud Sanctum Gallum, suo . . .

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t".

1) In dem Schreiber *Johann Reusch* haben wir wohl den am 27. März 1543 gestorbenen Leipziger Mediciner dieses Namens zu erblicken. Von ihm ist nur dieser eine Brief

vorhanden. Da nach unserer Annahme Vadian im Winter 1518/19 über Leipzig nach Krakau gereist ist (s. ob. Brief 44) und dieser Brief drei Jahre später geschrieben wurde, muss er auf Ende 1521 oder spätestens Anfang 1522 fallen.

85. XI 42.

Georg Binder[1]) an Vadian.

(Zürich. 1522. Januar.)

Bitte um freundschaftlichen Verkehr und um ein Exemplar der neuen Ausgabe des Pomponius. Nachricht über Konrad Grebel. Bedauern über die französische Gesinnung der St. Galler.

S. P. D. Sæculum est, Vadiane doctissime, quo te nec vidi neque, quomodo valeas, audire unquam potui. Itaque non possum non scribere, cum quod tabellionem tam oportunum nactus sum, qui, quia te quoque novit, literulas nostras tibi commodissime præsentare potest, tum quod desiderio tuarum literarum elegantissimarum ita distineor, ut qui maxime. Age igitur, te Vadianum adhuc esse sentiam. Nam ego tui amantissimus esse nunquam cesso, et fac, quæso[a]), mei saltem per vacationes[b]) memineris (si potes) scribendo, aut (si scribendi copia non est) per internuncios salutando, ut, ubi aut quomodo vivas, sciam, et utrum liberis tantum gignendis, quantum libris, nomen tuum augescat. Prodit nunc secundum Pomponius tuus, cuius mihi copiam facere velis, per amicitiam nostram oro obsecroque; quem tametsi pecuniis (opibus tamen non affluo) comparare possum, tamen abs te donatum tamquam Μνημόσυνον Vadiani præceptoris, immo[c]) patris mei amantissimi, habere exopto. Uxorem tuam meis verbis salutato. Literas Dorotheæ sororculæ meis non conligavi, ne perderentur. Conradus domi non erat neque, ubi inveniendus esset, scibam (!); alioqui ad te scripsisset. De rebus bellicis tute plus audis quam nos. Invitus audio, Gallenses gallizare. Legent zů samen, was ir dem kind wellint in binden; linwat zů eim wösper hemptly, hahaha! Unnd wer můß die kertzen tragen an der touffy? Ad hoc res Helvetiorum redit, ut etiam in periculo periculosissimo periculose rideamus. Literas has igni manda otius[d]), ne quis lupus aut Gallus inveniat. Vale, dulcissime Vadiane. *Georgius Binderus* tuus.

D. Ioachimo Vadiano, medico, poetæ, oratori, senatori Gallensi, domino et præceptori suo colendissimo.

a) „e“ für „æ“. — b) „vacc-“. — c) „imo“. — d) „otyus“.

1) Vrgl. II, Brief 197, wo zu den 8 datierten Briefen noch 6 überhaupt nicht oder unvollständig datierte hinzuzurechnen sind. — 2) Im Januar 1522 hatte der König von Frankreich die Eidgenossen eingeladen, zwei Gesandte abzuordnen, um einen täglich erwarteten

Sprössling aus der Taufe zu heben, und die Tagsatzung vom 18. Januar zu Luzern hatte eine solche Gesandtschaft mit einem „Einbund" für das Kind in Aussicht genommen. (Eidg. Absch. IV, 1 a, S. 163 u. 165.) St. Gallen scheint sich daran auch beteiligt oder gar eine eigene Abordnung und Schenkung geplant zu haben. Jedenfalls verweist obige Bemerkung den Brief in die zweite Hälfte Januar 1522, und damit stimmt auch die Bitte um ein Exemplar der neuen Ausgabe des Pomponius, s. II, Briefe 304 und 305.

XI 177.

86.

Johannes Doring[1]) an Vadian.

(1522?) November 21.

Sehnsucht nach Nachrichten, besonders über Glarean.

Doringus Vadiano suo

S. D.

Sæculum est, optime Vadiane, quo tuas exspecto[a)] literas. Exspecto[a)], inquam, tuas literas, tuas epistolas, tua scripta, hoc est voluptatum, ut dicunt Græci, θάλασσαν. Audio te accepisse literas a Glareano nostro. Opinor σορὸν ἀγαθῶν καὶ ἡδονῶν. Quid audio? Superatne et vescitur aura ætherea Glareanus noster? Verum est illud Græcanicum, ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἔστι καὶ πλάνον τύχη[2]). Verissimum autem: varius est admodum late errans rumor, ne dicam interim vanus ac mendax. Bene vale. Herosoii, IX. Calendas[b)] Decembris. *Doringus,* tui amantissimus.

Ioachimo Vadiano, medicæ rei doctori et poetæ laureato, amico et colendo et amando.

a) „Exp-". — b) „Kalendas".

[1]) Vrgl. II, Register. — [2]) Menander, bei Stobæus Eclog. I, 7 (8), 1; Wachsm. — Glareanische Briefe an Vadian sind vom April bis Juli 1522 vorhanden (vrgl. n. 308, 313, 316 und 333; letztere fällt nach n. 313). Wenn daher das Gerücht den Herisauer Pfarrer nicht getäuscht hat, müsste das Briefchen in den November 1522 gesetzt werden, dem auch in der Tat wieder eine längere Pause in der Correspondenz zwischen Dörig und Vadian vorausgegangen zu sein scheint. Für eine frühere Datierung spräche die Form „Herosoii" im Datum; s. oben Brief 51.

XII 275.

87.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Zürich. (1522.) December 1.

Die Nonnen in Zürich. Rückkehr der Schwester von St. Gallen. Einladung Vadians mit Schappeler.

Salve, charissime Vadiane. Nonnarum negotium tractatum est magno tumultu[2]). Egredi non debent ad pentecosten usque, sed permissum, ut sacerdotes, quos ipse velint, eligant, quibus confiteantur, aures concionantibus præbeant, sacrificantibus, hoc est Christum recrucifixentibus, adsint; quæ factionis Dominicanę sunt, ut suos habeant e secta

perditionis monachos. — Ut ocreata utque caligata et præcincta ad iter sit sororcula, curate; mittent enim equos, quibus advehatur, parentes, qui et vos invitant, ut una cum ista adsitis. Quod si feceritis (sat scio), rem gratissimam præstabitis. Immo[a] adesto cum tuo Sertorio, cuius ego rem si non egi, agam certe. Si quid potero, in exquisitione hæreticę gravitatis (σοφιστικῶς dictum) Herculem videre videberis. Sic parturimus montes, scilicet miselli indoctuli, et nascuntur e ridiculis ridiculi mures. Si episcopo per occupationes scribere potui, decidat hæc mihi, o Iupiter[b], dextra. Salvum tamen esse cupio et irreprehensibilem unius uxoris maritum. In quem enim usum duarum aut plurium maritus esset, iocor. Iuflium iterum atque iterum cum omni tua familia et christianis (wo sy wir die selben Christen) salvere iubeo. Vale evangelicissime. Ex Tiguro, Kalendis[c] Decembribus. *Conradus Grebelius.*

Vislispachius episcopus in manibus est furis et latronis Constantiensis pseudepiscopi.

D. doctori Vadiano, viro omnibus modis docto .... suo.

a) „Imo". — b) „Iuppiter". — c) „Calendis". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vrgl. I, Register. — [2]) Bezieht sich auf den Ratsbeschluss über die Nonnen in Ötenbach vom 1. December 1522; s. Egli, Aktensammlung zur Geschichte der Zürcher Reformation, n. 301, und danach ist das Datum des vorstehenden Briefes zu ergänzen.

88.

II 299.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

Constanz. (1523.) Mai 26.

Übersendung eines Buches und der Zürcher Acten.

S. Ad roborandam quam nuper contraximus amicitiam, doctissime Fadiane, dono do tibi libellum hunc haud vulgarem, quem si[a] accuratius[b] legeris, miraberis et librum et auctorem[c]. Acta Tiguri similiter mitto; sed statim ut redeant, cura. Furtim enim cuidam bono amico rapui. Plura essent scribenda; sed me non sinunt periculosa ista tempora et in quibus nec cautum est, scriptis multa committere. Forte nobis statim dabitur colloquendi occasio. Vale et parochum[d] salvum dicito. Datum Constantiæ, 3ª feria pentecostes[e] etc. Tu, si[a] vis, rescribe.

Io(annes) Wannius (!), ex omni parte tuus.

Candidioris litteraturæ doctissimo Ioachimo[f] Fadiano, amico ... unquam pænitendo[g]).

a) „sy". — b) „acuratius". — c) „authorem". — d) „parrochum". — e) „penthecostes". — f) „Ioachymo". — g) „e" für „æ".

[1]) Vrgl. II, Brief 375, wo bei Angabe der Zahl der Briefe *Wanners* 13, statt 12 zu lesen ist. — 2) Unter diesen Zürcher Acten sind doch wohl solche des am 29. Januar 1523 in Zürich abgehaltenen Religionsgesprächs zu verstehen, zu welchem der bischöfliche Vicar Johann Faber aus Constanz, wie Vadian, persönlich erschienen und an dem Wanner Vadians Bekanntschaft gemacht haben dürfte. Damit ist auch die Ergänzung des Datums gegeben.

89.

II 138.

Daniel Tyreius[1]) an Vadian.

Basel. (1523?) Juli 27.

Bericht über seine Studien in Basel und Bitte um Vermittlung für Bücherankäufe.

D. T. Ioachimo Vadiano S.

Vellem equidem plurima ad te scribere, si negotia[a]) mea mihi otium darent. Habeo vero tibi magnas gratias, ut me misisti tam ad doctum et prudentem virum, facioque te certiorem, quod bona valetudine præditus[b]) sum. Id enim libenter audire(m) de te: quapropter me docuit Donatum. Tam docte nunquam audivi Donatum, tam clare instituere discipulos, quam ipse nobis fecit; quamvis legit nobis bonos auctores, scilicet commentaria Cęsaris, Terentium et Horatium in odis. Rogo te, charissime Vadiane, ut loqueris (!) cum domino meo, ut mihi emet (!) libros, quorum opus habeo. Illis temporibus nullius (!) careo quam Calepini, cuius maxime careo. Ac libenter velim adhuc semel perlegere Cęsarem; sed interdum occurrunt mihi multa verba, quæ nec facile intelligo. Idcirco, si mihi esset, viderem in eo, quia omnia perclare scripsit. Mutuo accepi a hospite meo, ut emerim Horatium. Id enim confido in Christum, quod mihi dabit intelligentiam, ut aliquid discam atque nec pæniteat dominum, quod mihi emit libros. Vale. Basileę, ex ædibus nostris, sexto Kalendas Augusti.

Daniel Tyreius.

Eximio ac doctissimo viro Ioachimo Vadiano, medico, Sancti Galli.

Ad proprias manus.

a) „c“ für „t“. — b) „e“ für „æ“.

[1]) Es liegt sehr nahe, diesen *Daniel Tyreius* mit dem *David Tyreus* gleichzustellen, der den Brief 347 von Freiburg im Üchtland aus geschrieben hat. Doch spricht schon die Handschrift dagegen, und dazu lautet der Name dort eben ganz deutlich *David* und hier ebenso deutlich *Daniel*. In Ermanglung jedes andern Anhaltspunktes mag für den vorstehenden Brief das Jahr 1523 mit einem Fragezeichen angesetzt werden, wie er in der Briefsammlung selbst in dieses Jahr eingereiht worden ist.

90. II 316.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

(1523.) December 4.

Übersendung von Büchern. Streitigkeiten in Constanz.

Ne succens(e)as mihi, doctissime Vadiane, quod tardius litteris tuis respondeo; præ[a]) occupationibus enim maximis ac multis citius fieri non potuit. Sed quod nec librum miserim, mireris. Illo enim per hos dies carere non possum propter duos libros de nuptiis et concupiscentia, qui in eodem continentur volumine, quo libri retractationum, quos tu flagitasti. De his enim rebus, scilicet de nuptiis et concupiscentia, adversus impudentissimum cœlibatum nunc dico; sed mox post festa habebis. Quæ[a]) de me, de diacono, de Blaurero quidam dixere, mendacia sunt, sive hic excogitaverint, sive ab aliis acceperint. Nihil enim eorum cogitamus, quæ nos fecisse impostor ille mentitus est. Dispeream, si non ab isto die, quo nobis adversari cœperit[b]) episcopus, animosiores fuerimus, quam antea; immo nunquam adeo intrepidi fuerimus in corrigendis vitiis et moribus Antichristi[c]), quem etiam adeo suis coloribus depinximus[d]), ut a nemini non cognoscatur. Quod vero aliquando lenius inimicis conversor, vitio dandum non est, sed potius modestiæ christianæ, quæ[a]) nedum amicis, sed etiam inimicis benefacit. Sed in apostolico munere cum illo fungor, nemini parco, nec aliorum minas timeo, nec res meas curo. Testes invoco Deum et conscientiam, neque de diacono tale aliquid suspicari potui. Sed non verentur mentiri papistica monstra, quæ[a]) etiam suam causam non alio quam mendaciis tueri possunt. Recessit verbum veritatis ab eis. Senatus Constantiensis nuper litteras accepit a senatu Tigurino, quibus mirum in modum[e]) confortatus est ac in incepto hactenus firmiter ac fortiter perstitit. Evangelium et eius præcones[a]) tueri volunt, etiam reclamante episcopo. Expostularunt ab loricato idolo non semel rationem melioris doctrinæ[a]) aut vel, quos ipse accusat, sanctis scripturis revinceret. Sed neutrum facere voluit. Prætexit iuramentum, quod idolo Romano olim præstitit; ob hoc ipsum sibi non licere de rebus fidei quidquam tractare aut loqui. Vero visus fuerit persuadere simplicibus, quod nemini liceret in dubium vocare, quicquid a conciliis et sanctis patribus decretum est, et dixit, nequaquam disputandum esse cum iis, qui olim magno labore damnatas hæreses[a]) revocarent et, ut hodie faciunt, qui asserunt sanctos non invocandos, qui missam negant sacrificium esse etc., sed mox igne aut perpetuis carceribus

adiudicandos, et multa alia turpissima evomunt[f]. Ad hæc[a] senatus respondit fere in hunc modum: «Reverendissime pater, nos edocti sumus, homini non licere verbum dei iudicare, cum istud omnia iudicet, nec aliud nobis quispiam facile, nisi scripturis sanctis hoc fecerit, persuadebit. Eam ipsam ob rem non patiemur, ut causa diaconi (quæ est causa fidei) in foro profano[g] agatur. Cum etiam constet, papistas et iuristas istos sacras litteras et omnia, quæ[a] ad religionem spectant, ignorare et, nisi diaconus ex canonicis libris convincatur, volumus doctrinam eius amplecti, fovere atque tueri, quod ipse se præter sanam doctrinam nihil docuisse constanter asseruit seseque ad probandum omnia, quæ dixit, frequentissime obtulerit.» Quam male habuerit episcopum hæc[a] responsio, dici non potest. Sedet nunc vir absque consilio; abstulit dominus ab eo virum fortem, validum atque prudentem et dedit ei pueros atque effeminatos, sicut et ipse est puer atque effeminatus. Dominatur enim super eum Iezabel quædam pessima, quæ ad prophetorum interitum nonnichil laborat; sed fortior est veritas, quæ etiam nobis occumbentibus triumphabit. His vale, doctissime et charissime frater. Te salvum optant Thomas et Ambrosius Blaureri; tu meo nomine salutabis christianos omnes. Miseret me parochi[h] tui, quod Christi[i] evangelium in ore et non in pectore habet. Sed orabimus pro eo; forte nos exaudiet dominus.

Datum Constantie, 6ta feria post Andreæ[a] etc.

Tuus *Io(annes) Vannius* ex animo.

Doctissimo et evangelicæ veritatis tenacissimo Ioachimo Vadiano, domino ac in Christo fratri suo sincere dilecto.

a) „e" für „æ". — b) „ceperit". — c) „Anthicristi". — d) „depiximus". — e) Folgt ein irrtümliches „sunt". — f) „ęvomunt". — g) „prophano". — h) „parrochi". — i) Folgt ein offenbar irrtümliches „in".

[1]) Vrgl. III, Brief 375. Da nach diesem Briefe *Johannes Wanner* unter dem 19. December 1523 den 8. Band der Schriften des h. Augustin, in welchem die oben genannten Schriften enthalten waren, an Vadian schickte, darf der vorstehende Brief wohl auf den 4. December des gleichen Jahres angesetzt werden.

XI 89.

91.

Benedict Burgauer[1]) an Vadian.

(1524. Anfang.)

Bitte um Nachsicht wegen abweichender Lehrmeinungen, besonders über die Lehre vom Fegefeuer.

a.

S. Negotium[a] tibi iniunctum, egregie D. doctor, precor absolvas. Retulit[b] M. Sebastianus[2]), te per scripta responsurum; id quam ne-

cessario fiat, ipse iudicabis. Dic, oro, quod alias (?) laboriose esses calamo comprehensurus. Non peto, tribui palmam; tantummodo permittatur credi, quæ te iudice semper agnovisti. Quis ab communi illo ecclesiæ[c] iudicio, e scriptura ac eiusdem sane divorum interpretibus extracto, dissentiet? Quare, humanissime Ioachime, agas Vadianum et non perpetuo in contrarium mihi labora. Cerno enim mihi eo, si sic differtur, plus irrisionis incommodique evenire, quam profectus, honoris favorisque. Tu interim pro tua modestia, hodie vel ad maximum cras conveniemus, procura. Ubi sana interpretatio[a] deest, magis pervigil ero, ad unum (?) adducatur sufficiens. Difficulter enim (me iudice) absolvetis sub dubio, quod tot sæculis sine hesitatione fuit approbatum, nec credo te molire in earum (!) suppressionem[d], licet semper diversi diversa senserint. Perspexi Wiclephum De Testamentis, qui pariter medium purgationis[a] proque defunctis deprecandum astruit. Ne ergo tam amaro in me sis animo, et quem in me olim habueris vel habiturus aliquando sis — singula sub telo mutantur — considera[e]. Quid contendere necessarium? Interim delibera. Tranquilla singula atque pacata efficies; rem te dignam ac mihi gratam præstabis. Vale.

Tuus *Benedictus.*

Et decretum Abbatiscellensium in verbis calamo subsigna inter moniales et Lucam.

b. XI 88.

Decretum rimandæ veritatis ob purgationis[a] medium inter dominos consules hortor, humanissime Vadiane, ceu prius sincere ammonui, expedias. Imminent propediem, ut iamiam certificor. Ob fratris negotia[a] itineri alio ad aliquot dies accingam. Dubius tamen. Interim, oro, copia bona fide tibi concredita, non emuncte[f] seu debite, ut deceret, conscripta, tecum conservetur[g]. Immo locos mihi memorandos annotavi, non tradidi. Ut vaga relatione comperior, exteris cunctum (?) exhibeatur vel transscribatur. Quare huiusmodi dolos seu technas tuis compromissionibus Sebastiano[2]) factis inesse non credo. Crastina conveniamus, elabora. Rem gratam exhibebis. Vale.

B(enedictus) Burgower, plebanus.

a) „c" für „t". — b) „Rettulit". — c) Durchgehends „e" für „æ". — d) „subpressionem". — e) „consedera"; vorher „aliquando" irrtümlich wiederholt. — f) „enuncte". — g) „conservetis"; offenbar aus der Construction gefallen.

[1]) Vrgl. I, Brief 22. — [2]) Dieser Magister *Sebastianus (Ramsperger?)* ist wohl der Lehr- und Lesemeister dieses Namens, der in den Ratsprotokollen der Jahre 1524 und 1525

mehrfach erwähnt wird. — Beide Briefe beziehen sich augenscheinlich auf den Schriftenwechsel über die Lehre vom Fegfeuer, der im Februar und März 1524 zwischen Benedict Burgauer einerseits und Vadian mit Genossen anderseits stattfand; vrgl. darüber Scherers Verzeichnis der Manuscripte und Incunabeln der Vadianischen Bibliothek S. 20, Inhaltsangabe von Manuscript n. 50, 14), wo „20." März, statt „10." März zu lesen ist. Der Streit über das Fegfeuer hatte übrigens schon im Sommer 1523 seinen Anfang genommen, vgl. oben Brief 348.

Univ.-Bibl. Basel.

92.

Vadian an Balthasar Hubmaier.

Baden. 1524. Juni 8.

Trost und Aufmunterung. Einladung nach St. Gallen. Besuch bei Zwingli.

Vadianus Balthasaro Pac(i)montano in Waldshûth.

Salve, Balthasar doctissime. Veni pridie, legatione ad Helvetios emissus[a], ad Thermas Badenses neque mihi dari quidquam[b] otii potuit, quod in te litteris meis compellando consumerem, antequam salutatis Helvetiis causæ nostræ fundamenta iacerem; id quia bona parte hodierno matutino actum arbitror, tantillum libet vel respirare, ut nugar tecum velut cum præsente pergam, neque sane longis aut ad amœnam argumenti rationem spectantibus. Intellego enim te premi nimis odio evangelii nomine, quod tu sane, ut perspicaciter calles per gratiam, quæ est per Christum, ita longe felicissime doces. Quid dicam? Sic est comparatum; sic ille, qui primus sanguine aspersit doctrinæ suæ fidem, hoc futurum esse et discipulis prædixit, quod hos persequerentur, qui se essent persecuti. Macte animo Balthasar, quod soles, facito; dura dura, et temet rebus servato secundis. Nos passi graviora. Dabit Deus his quoque finem. Velim autem, ut, quoniam civitas Walshûtana[d] per te est abunde erudita in fide, tantisper insanam quorundam impotentiam præverteres divertendo, quoad tibi occasio daretur aut permanendi, aut certe alio in loco prædicandi verbi Dei, quo secundum propositum voluntatis dei permaneres. Nostri sane te omnes exspectant[e] et optant, ut venias, neque ingratus eris Georgio nostro, qui, nuper e Polonia regressus, iam nihil mallet quam tuo consortio beari. Mihi sane reliquisque farinę nostræ fratribus non poteris non esse gratissimus. Non dubium autem, quin sine multis impensis sis apud nostros longo etiam tempore mansurus. Bene habet evangelium apud nos. Parochus solus sui similis esse pergit. Vale. Ex Baden, VIII° die Iunii, anno MDXXIIII.

Ioach(imus) Vadian(us).

Ubi res meas expediero, Tigurum pergam ad Zvinglium[f], illic acturus pro evangelii occasione, quod potero. — Scriba noster te salutat, est isque collega meus, et commune volvimus saxum reipublicæ nomine. Vale in Christo Iesu.

Præstantissimo viro D. Balthasari Pacimontano, theologo eru*ditissimo* suo.

Zů Waldshut.

a) „omissus"; kann doch nur Verschreibung sein. — b) „quicquam". — c) „ocii". — d) „Vuals-". — e) „exp-". — f) „Zuiglium".

93. II 303.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

(1524.) Juli 5.

Empfehlung eines Michael. Fortgang der Reformation in Constanz.

Gratiam et pacem a deo optimo maximo.

Quod rarius scribo, dulcissime Vadiane, in causa est, quod michi nulla penitus est scribendi peritia. Pudet me, meis ineptiis doctissimos elegantissimosque vexare; sed sive scribam, sive non scribam, te semper sincere amo. Extorsit has a me litteras Michael enim, vir evangelicæ veritatis et amator et cultor, qui ob nullam aliam causam ad te profectus est, quam quod te audiverit præsidentem fore in Appentzel[2]). Vult et ipse huius fabulæ esse spectator. Huic si officium[a] aliquod exhibueris, Christo et michi id fecisse non diffidas. Apud nos evangelium crescit in dies, etiam invitis inferorum portis. Expostulavi rationem fidei et doctrinæ a versutissimo monacho, quem vocant brůder Freytzelig, quam reddere cogetur coram senatu, aut ab officio[a] concionandi desistere. Tractat magistratus de collectis et in pauperes elemosina. Nichil non facerent, nisi Antichristus[b] omnia impediret. His vale in Christo Iesu et Michaelem[c] bene tractato. Datum 3ª feria post Udalrici etc.

Tuus ex animo *Vannius.*

Utriusque hominis medico doctissimo Ioachimo Vadiano, in Christo fratri suo charissimo.

a) „t" für „c". — b) „Anthichristus". — c) „Michalem".

1) Vrgl. II, Brief 375. — 2) Es ist hier das auf den 7. Juli angesetzte, aber schliesslich durch die Katholiken verhinderte Religionsgespräch in Appenzell gemeint, bei dem Vadian den Vorsitz führen sollte; siehe das Schreiben vom Ammann und zweifachem Rat zu Appenzell an Bürgermeister und Rat von Zürich, 30. Juni 1524, bei Zellweger, Urkunden III, 1, S. 195, n. 722.

Die nachfolgenden 12 undatierten Briefe des *Ulrich Hugwald*, genannt Mutius, gehören offenbar nahe zusammen. Bestimmte Anhaltspunkte über die Zeit der Abfassung bieten Nr. 95, 99, 100 und 104. Im übrigen bildet das Heiratsproject eine gewisse Verbindung, das in der Mehrzahl der Briefe immer wieder zur Sprache kommt. Man wird die wenigen Stücke, in denen von ihm nicht die Rede ist, mit Ausnahme von n. 12, den andern mit Sicherheit voranstellen dürfen. Die ersten zwei sind ohnehin diejenigen, welche sich in den allgemeinsten, humanistischen Sätzen und Gedanken bewegen. Die ganze Gruppe wird etwa in die Jahre 1522 bis 1524 zu setzen sein.

Ulrich Hugwald war 1496 im Turgau geboren*), scheint zur Zeit, da er diese Briefe schrieb — wohl als Corrector — in der baslerischen Druckerei des Adam Petri gearbeitet zu haben, wurde 1535 Schulmeister auf der Burg und 1541 Professor in Basel und starb daselbst am 24. Januar 1571. Er ist zumeist bekannt als Verfasser eines Buches: De Germanorum ritibus, moribus, legibus et omnibus gestis omnis præteritæ ætatis chronica, Basel 1539. Was ihm das Recht gab, den Vadian seinen «præceptor» zu nennen, wissen wir nicht; kaum ein Aufenthalt an der Wiener Hochschule, wofür keine Andeutung vorhanden ist; sondern eher Beziehungen, die auf St. Gallen zurückgehen, wenn überhaupt eine der Correspondenz vorausgehende persönliche Bekanntschaft anzunehmen ist.

Nach gefl. Mitteilung des Hrn. Prof. Burckhardt-Biedermann in Basel liegen auf der Basler Universitätsbibliothek aus späterer Zeit noch Briefe ähnlichen Charakters von Hugwald; daneben aber auch solche von seiner Frau Rosina, aus denen hervorgeht, dass die Heirat, die in unserer Correspondenz eine so grosse Rolle spielt, nicht glücklich ausgefallen ist.

XI 272.

94.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1521/22?)

Überschwengliche Beteurungen und Entschuldigungen.

S.

Quemadmodum communis patria nostra amplectitur in te, non tam, quod ei tantæ utilitati, quam quod tanto ornamento es, ita ego te non alio nomine, quam quo deum, amo et suspicio. Magis enim animi tui ad benemerendum de omnibus propensissimi studium veneror, quam fructum; quanquam et hunc cum omnibus aliis literarum candidatis exosculer. Amor gestit prolixe tecum fabulari; sed brevis sim, oportet; nam plus satis mea inepta loquacitas prodita est. Operæ[a] pretium[b] esset, iam accessione eruditionis iudiciique incremento testari, me puerum fuisse non natura tam imprudentem, imperitum et stulte audacem, quo mererentur pueriles

*) In der Basler Universitätsmatrikel ist Hugwald als «Mutius *Wilensis*» eingetragen (s. Thommen: Gesch. der Universität Basel von 1532—1632, S. 352). Ob damit das jetzt st. gallische Städtchen „Wil" oder eines der verschiedenen „Wilen" im jetzigen Kanton Turgau gemeint sei, wird kaum zu entscheiden sein.

errores facilius veniam. Te hoc obtestor, ut, si quid mearum ineptiarum vidisti, iudices, quod tenuitas mea ferre potest, non quod eruditioni et iudicio tuo satisfacio. Ita enim decet; sic et deus nostras menstruatas iudicat iustitias[b]. Et crede hoc: me optare interitum omnibus, quæ unquam effutivi. Vix enim tandem didici, mihi non esse loquendum, antequam discam loqui, nec antehac per ætatem me noscere potui; quod ut præclarum et rarum est, ita etiam grave et arduum. Vale, decus nostrum, et oro te, ut medearis[c] esse animis, non corporibus tantum, ex medico evangelista etc.

Udalrichus Hugvaldus[d],

tuus non mendaciter, ut homines mendaces inte(r) se verbis ludunt, tuus, inquam. Fac periculum, impera etc.

In omni genere literarum principi Helvetiorum ornamento et decori, Ioachimo Vadiano, præceptori suo.

Zů Sant Gallen.

Am obern Rande als Nachschrift:

Lege patienter[b]; otium non fuit rescribendi.

a) „oprerae". — b) „c" für „t". — c) „mediaris". — d) In allen Briefen „Hugualdus".

95. XI 273.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1522. Januar?)

Überschwengliche Äusserungen des Dankes und der Verehrung. Übersendung eines theologischen Compendiums des Melanchthon. Bemerkung über Erasmus, Kratander und die neue Ausgabe des Mela.

Doctori medico eruditissimo et sanctissimo Ioachimo Vadiano S.

Quam non spe et exspectatione[a] frustrentur, qui nullo præmii respectu nihil non operantur, solum ob divinam bonitatem et maiestatem, tu abunde arguis. Tuum enim animum amavi, liberaliter nihil inde exspectans[a]. Ecce tua benignitas plura reddit, quam vel somniare ausus fuissem. Sic etiam, inquam, polluta suorum opera deus remunerat. Magna enim per omnia animis tam excelsis cognatio cum deo. Tu fortassis putas, non tanti momenti esse literas tuas, quas dedisti tam elegantes, quam prolixas, cum nihil inde tibi perierit. Tune nescis ex animo meo, non tuo æstimandas? Homo omnium rerum mensura est. Quod autem tibi tantundem periit, quantum deo ex suis donis in nos collatis, id est, quod dico, nempe[b] vobis omnia cum divinis convenire. Et putas me tam inhumanum, ut hoc non charius sit, quo minoris constat? Si quis hæc audiret, clamaret, me omnes

adulatores post me relinquere, qui deo hominem comparo. Tu vero, spero, pro tua candida mente, ut sic dicam, vides, me non modo non adulari, sed ne iocari quidem etc. Quanquam optandum esset, te non interpellasse me ineptiis; adeo ex sententia non successit. Tibi enim gratum animum ostendere volui et utcunque testari, me agnoscere, quid debeam tibi patriæ caussa. Quod tantum abest, ut persolverim, ut etiam iam tibi privatus devictus sim. Sed quid? quasi non tibi me totum, quantum, quantus sum, non dico libenter debeam, sed iam dudum devoverim. Sed cur non, dum scribo, tuas lego literas? quo excitetur animus et tempus fallam, quod me ad labores vocat. Nec enim otium est, ut scribam diligentia, qua cupio. Quare ne mireris nullum argumentum me epistola tractare[c] conantem. Hoc crede, quod, si dabitur otium unquam, efficiam, ut te non pæniteat[d], me dignum duxisse, quem tam magnifice provocares. Modo favere pergant Musæ, quibus tanta est cura mei, ut somnium vix permittant. Ut enim elegantia et eruditione literarum me semper vinces, ita non committam, ut longiores tuæ semper futuræ sint; quanquam in hoc pelago laborum nullus appareat portus, ad quem delatus possim animo meo obsequi. Quod tu speras autem, te propediem ereptum iri ex pistrino, in quo es, gratulor et precor deum[e], ut tibi omnia[f] secunda eveniant; idque magis nostra, quam tua caussa. Petis, ut plurimis scribis addisque caussam, ut animus ingenii eruditionisque meę simulacrum[g] videas. Quæso te, qua alia arte me a scribendo deterrere velles, si maxime cuperes? Scilicet in me quidquam[h] est, quod me tibi iungat, ullave spes est, indolem meam illam servilem et abiectam tuam tam altam et generosam ad se amandum allicere posse. Quamobrem si vel mihi aliquid mentis esset vel amor non cæcus esset, fugerem a facie iudicii tui. Tuum erit igitur, amori adscribere cæcitatem meam; alioqui non est mihi adeo nihil mentis, ut non conscius sim mihi meæ tenuitatis et mendicitatis; quanquam si me maxime continerem domi, ubi advenires per fenestras, ex oculis, fronte, ore, tota denique facie me cerneres. Neque enim tu philosophus et medicus minus ex corporis lineamentis et habitu, quam poeta et orator ex literis et sermone mentem et eius cultum videre potes. Quo igitur fugiam? (ecce et hic, quam tibi cum deo sint communia omnia). Nusquam; cum effugere non possem. Quin ad te effundere non dubitarem non epistolam tantum: totum volumen si per otium possim! Fidendum enim est tuo candori magis, quam iudicium timendum. Tu fac, ut non nos ex natura penitus iudices; nam nobis iam

unice studio est, ut perdamus et evellamus naturam spiritumque Christi agi cupimus. Huc accedit, quod oportet, te aut non iuxta veritatem iudicare, aut tibi nullus homo placebit, quando omnis homo mendax est et hypocrita. Novum ergo spiritum, qui est per Christum, te aspicere necessum erit, non ex lineamentis animi specimen colligere etc. Vides, quam timeam mihi tam probe; scilicet nosco sordidam meam naturam. Admonet me locus ille rei et literarum et christianæ pietatis studiosis magnopere necessariæ. Optarim te compendio præscribere victus rationem, quid et quantum corpori sit tribuendum, quo vigor animo servetur. Exstinguimus[i] enim animos propter corpus, maiore, mea[k] certe sententia, insania, quam si quis corpus occideret propter[l] externas, quas vocant, opes illas; immo corpus cum animo occidimus voluptatum concupiscentiis illis infinitis. Tu ipse hæc melius vides, quam ego. Ego certe multum detrimenti passus sum, qui hactenus puer non vidi, quanta animo cum corpore cognatio sit quamque facile terra obrutus animus exstinguatur[i], iamque tandem sero post ingentem iacturam vix incipio videre. Alioqui, ut divinam in me benignitatem non dissimulem, Musarum ianuæ mihi non prorsus clausæ sunt καὶ ἀγεώμετρος sum omni saltem ex parte. Dici non potest, quam operę pretium esset facere, mi præceptor. Inquies: sunt multa in hoc scripta etc. Nullus est, qui nobis hic scripserit. Varia(n)t loca, ut scis, variant tempora. Hoc titulo nullus liber inscriptus est. Tamen studiosius amplecterentur omnes, quod tui nominis lenocinio commendatum esset etc. — Mitto tibi hic theologiæ[m] compendium Philippi Melanchthonis, de cuius libri magnitudine nihil dicere satius[n] duco, cum nihil satis possem; præsertim apud te, qui tanto melius vides, qualis et quantus sit, quanto maius et doctius ingenium habes. Obtestor te, ut legas. Hoc scio: ubi libellum hunc excusseris et epistolam, quæ Romanis inscripta est, quæ est scripturæ apocalypsis, tibi nullus in theologicis rebus præripiet[o] palmam. Tantam esse naturæ tuæ felicitatem exploratum habeo. Christus hoc genus animis expositus est. Graviter tuli, optime præceptor, quod levitatem vocas in me, quod tibi cognitionem christianæ disciplinæ seu philosophiæ[p]. Nonne es, Christum induisti? sed malo, ut hic ipse cogites; melius enim potes, quam ut ex me audias. — Vide importunam meam loquacitatem, quasi Vadiano Minervæ Hugvaldi suis adhortatione vel monitione[q] opus sit. Sed feras; nam, ut dixi, argumentum nullum aggredi ausus fui, quod exigeret ingenium iam in aliis occupatum. Vides ergo otiosa habere lo-

cum in minime otioso. Ex hac tamen tumultuaria et incondita congerie intelligis, quam cupiam scribere plurima, dum tot locos attingo et de nullo loqui, ut decuisset, vel incipio. Tu nec cultiores nec longiores literas a me extorquebis, donec exercitato hinc aliam vitam deus dederit. Iam, si quid in his literis est somniculosum, ignosce, quæso; nam febricula quædam me pæne[r] viribus destituit; oborta est lassitudo omnibus membris; et alias ignavus sum homuncio[s]. Vale. Scribi non posset, quam Erasmus Vadiani conspectum cupiat. Profecto tu non cupis magis eum videre, quam ille te. Cratandrum adii; sed non opus erat; nam dudum miserat Vadianum Vadiano; nec enim æquum arbitramur esse, ut Melam vocemus librum, quem iure tuum nomen sibi vindicat. Servet te deus optimus, maximus felicem pergatque auctiorem[t] reddere ut facit.

Ulrichus Hugvaldus, discipulus tuus mancipiumque tuum.

Eruditissimo et optimo philosopho Ioachimo Vadiano, literarum ornamento, præceptori suo.

Zů Sant Gallen.

a) „exp-". — b) „mepe". — c) „tractari". — d) „pœniteat". — e) „deus". — f) Über „omnia" ein sehr überflüssiger Abkürzungsstrich. — g) „simulachrum". — h) „quicquam". — i) „ext-". — k) „me". — l) „proper". — m) „theool-". — n) „c" für „t". — o) „praripiet". — p) Das Verbum finitum scheint ausgefallen; aber auch die folgenden Worte sind unklar. — q) „monione". — r) „pene". — s) „t" für „c". — t) „autiorem".

Wenn unter dem „Theologiæ Compendium" des Philipp Melanchthon dessen im December 1521 erschienene „Loci communes rerum theologicarum" zu verstehen sind, wie wohl anzunehmen ist, so fiele dieser Brief etwa in den Januar des Jahres 1522. Auf das Gleiche führt die Schlussbemerkung über Kratander, zusammengehalten mit Brief Nr. 305.

XI 277.

96.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1522?)

Heftige Auslassungen über eine dem Erasmus zugeschriebene Veröffentlichung gegen Luther.

D. I. V. S[a].

Mitto tibi hoc, non quod aut ego probem aut nesciam, tibi vehementer displicere; sed ut Satanæ se in mille figuras vertentis artes videas, qui per quosdam incautos huiusmodi levibus rebus suorum tyrannidem, iamdudum nimium irritatam in nos, excitat. Quod qua alia via, quæso, leviore sui regni iactura poterat facere? Res nullum habet fructum; est autem maximo infirmis scandalo. Semper ego veritus sum, ne ab inimicis evangelii fingerentur libelli sub nomine Lutheri. Nunc demum sero video fac-

tum a nobis ipsis, nihil minus cogitantibus. Colliges hoc argumento quorundam veri christianismi ignorantiam, qui putant, Luthero aut ulli evangelistæ aliquid cum Hercule illo, quem olim ob nescio quæ facta in cælum[b] tulerunt, commune esse. Dubium non est, illos, qui ita de caussa gloriæ dei sentiunt et somniant, omnes repugnaturos deo quantum quod maxime. Porro Romam[c] eo die, quo prodibat, hic a quodam canonico (aderat enim non fortefortuna, sed Satana curante curtisanus ad iter adcinctus) missa est hæc pictura cum literis Erasmum auctorem[d] indicantibus. An autem ipse sit auctor[d], nescio. Hoc scio, aliquando apud eum mentionem incidisse proverbii: suspendere naso, cumque eius proverbii admonitu talem quandam verbis depinxisse tragœdiam[e]; quendam autem ex his, qui tum aderant, figmentum leve quidem arripuisse atque addidisse[f]. Sed audio, totum facinus adscribi Erasmo, quam suspicionem[g] confirmant primum officina, ex qua prodiit; deinde quod ingrata Roma prorsus non respondet eius adulationibus. Adrianus adulationis plenissimæ illi epistolæ non respondit; persecutura[h] est eum Roma minime dignum. Quare non mirum esse arbitrantur, iratum Erasmum in Romam suam consulere, quicquid iubet splendida bilis, quæ est illi copiosissima. Faxit deus, ut medeatur illi hac via, ut scilicet impiorum, quibus adulatur, ingratitudinem expertus cognoscat deum et Christum eius, ut videat illi soli omnem prorsus gloriam, sapientiam, laudem adscribenda etc. — Vale et vive feliciter in carne et sanguine verbi dei, sine quo cibo et potu, quicunque sunt, mori necessum est.

Hugvaldus tuus quicquid est, re vera autem nihil est, dum aliquid est.

Hoc scripsi partim, ne suspiceris me harum nugarum adhuc auc*torem*, partim ut mei in te studii argumentum hab*eas*, qui tibi etiam servire cupio in re levissima.

D. Ioachimo Vadiano, præcipuo Helvetiæ ornamento, præceptori suo longe carissi*mo*.

Ante mensem fere has scripseram; sed nuncius, cui decretum erat, ad vos proficisci, mutavit sententiam.

a) D(omino) I(oachimo) V(adiano) S(alutem). — b) „cœlum. — c) „Rhomam“. — d) „autorem“. — e) „ę“ für „œ“. — f) „adidisse“. — g) „t“ für „c“. — h) „persequutura“.

Unter dem „Adrianus“, der auf den höchst schmeichelhaften Brief des Erasmus nicht antwortet, kann doch nur der am 9. Februar 1522 zum Papste gewählte Hadrian VI. gemeint sein. An ihn ist die vom 1. August 1522 datierte „Præfatio“ des Erasmus zu seiner Ausgabe des Commentars von Arnobius Afer zu den Psalmen und seines eigenen Commen-

tars zu Psalm 2 gerichtet. — Was es mit der dem Erasmus zugeschriebenen, offenbar bei Froben erschienenen und von dem zufällig in Basel anwesenden Canonicus nach Rom geschickten „pictura" auf sich hat, vermochten wir nicht ausfindig zu machen.

XI 275.

97.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1522?)

Übersendung eines eben fertig gewordenen Buches, aus dem die Gründe zu ersehen sind, warum er mit einer Gattin auf dem Lande zu leben gedenkt. Ansuchen an Vadian, ihm eine solche mit etwas Vermögen ausfindig zu machen und ihn zu empfehlen.

Eo die, quo discessurus erat tabellarius, absolvebatur libellus ille, quem ad te mitto[1]), non quod tibi eo opus sit, magno usui futurus vulgo. Non enim dubito, te uxorem tuam ab inferis, hoc est ex hoc malo sæculo[a]), non sicut Orpheus cantu suo, quo et tu plurimum polles, sed efficaciore philosophia, evangelio Christi, liberasse. Sed mitto, ut intelligas, quibus caussis ductus ante hunc libellum decreverim, cum uxore in beatissimo rure, secessu et otio vivere vitam, non cuiusmodi exempla aliquot mendaces gentium literæ numerant, sed cuiusmodi sacræ tradunt historiæ atque adeo in qualem Adamus cum Heva a deo positus fuerat. Quod vitæ genus solum non est laboriosum et miserum per omnia; nam solum non est præter naturam et deum. Idcirco nihil est in mundo, quod malim, nihil, quod huic patiar ullo modo comparari. Quam tibi me pingere, quid oportet? Tu igitur pro tuo in me animo quæres mihi apud vos aliquam non male natam natura; nam nomina nihil moror; non omnino inopem, nam mihi uni non est, unde emere possim villam, qualem cupio. Nemo suam mihi adiungit filiam, nisi corpori provisum sit; quæ est diffidentia impiissimorum nostrorum temporum. Promittes igitur primum tibi, deinde aliis de me, apum, pecoris, breviter omnium rerum rusticarum si non insignem scientiam, certe curam et indefessum studium futurum. Ego non committam, ut tibi mea peccata incutiant pudorem. Non ignoro, optime vir, nigerrimis nostris illis temporibus videri, nihil cum literis ruri convenire. Quare si cui suspectum erit hoc meum institutum, alio nomine me prædicas et commendes; me iuventutem linguis, declamando ad veterum morem in cognitione (hoc est vera philosophia) dei, quæ est per Christum omnium dominum, exercere in tali secessu[b]) felicius, quam nostrum literatorum vulgus posse. Magnam enim spem mihi esse non in sanguine et carne, sed in lumine vultus dei. Sed quorsum tam multa? quum ut tuam prudentiam non

docere, ita tuum in me amorem non rogare oporteat. Sed, inquies, vis tu desidiosus ita tibi vivere? Qua conscientia id facies? Respondeo simili, ut paucis fiat: Nonne senibus, ut hieme[c], sine omni desidiæ nota quiescere concessum est? ut aliis temporibus anni, ita aliis ætatibus non datur otii illius copia? et sicut etiam tempestatum tempore licet quiescere quavis anni parte, ita malis huiusmodi temporibus non video, quid prohibeat latere; præsertim cum Christus moneat etiam, visa abominatione illa, ad montes fugiendum. Vale in abscondito faciei dei nostri. Amen.

Hugvaldus, mancipium tuum et tuus villicus futurus.

Optimo et doctissimo viro D. Vadiano, singulari Helvetiorum ornamento, præceptori et patrono suo.

a) „seculo". — b) „in tali secessu" am Rande nachgetragen. — c) „hyeme".

l) Diese wohl in der Officin des Adam Petri eben fertig gewordene Schrift vermögen wir nicht zu bestimmen.

98. XI 271.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1522?)

Auskunft über seine Vermögensverhältnisse anlässlich des Heiratsprojects und über den beabsichtigten Ankauf eines Bauernhofs. Preis des ländlichen Lebens.

Quum semper veritus sum, ne illæ, quas misi, chartæ viscatæ viderentur iudicaresque me ex hominum ingeniis, qui ita sub liberalitatis umbra avari donant aliis maioris emolumenti gratia, tum iam maxime timeo, quod videri possum repetere[a], dum tam magnum et grave a te non dubito petere. Difficillimum enim esse, non ignoro, mihi invenire uxorem inter homines illos, qui nihil præter opes æstimant. Oportebit autem te scire, quantum mihi sit æris, ut coniicio. Sunt mihi centum aurei Rhenenses, quos magna ex parte in hoc pistrino adquisitos in hunc servo usum; non ut idolon, quo fidam, sed sicut non malam creaturam a deo vere optimo maximo mihi usui datam. Cur[b], inquies, non pauperem ubivis gentium obviam ducis, nisi quod diffidis deo? Non equidem vereor, me sine divitiarum accessione dei manibus committere. Nam fortiter dei gratia credo nihil tam parvum, nihil tam magnum esse in rebus creatis, quod non a deo curetur per Christum, cui universa sunt subiecta, nec ficte deo fido. Quod quum ita esse sciam, tamen nescio, qui fiat, quod adhuc egeam gloria dei, nec enim potest fieri, ut corrupta caro nihil non adscribat deo etc. Sed quo rapior? Oportebitque te scire, quam diu ita mihi incertis sedi-

bus oberrandum sit? Est villa solitaria, medium miliare a Wila, venalis, qualis mihi cordi est, non magna, sed fecunda[c], apta armentis et gregibus, leporariis et ornithis apibusque; nam habet agros, silvam, prata, hortos vitibus arboribusque consitos. Scio, quam hoc animi mei institutum videatur omnibus, quibus est spiritus huius mundi, ridendum; ita enim oportet vitam, in quam deus nos posuit, abiectissimam videri etc. Quare necessum erit, opinor, Christani alicuius filiam quærere. Nam non est periculum, ut ipsam mutare non possim. Tu nihil time, christanissime præceptor, ne vita verbis illis non respondeat aut ego fallam exspectationem[d] tuam ac pudori sim tibi futurus. Quin immo magnam et veram inibis gratiam! Nam beata erit, quæ mihi iuncta fuerit; huius vitæ enim bonis recte et per hoc feliciter fruetur. Adde etiam: abundabit in conspectu dei et in deum, quemadmodum magna est spes, reversa per nostrum evangelium liberataque ex malo sæculo[e], cuius finis mors est illa secunda, in obedientia et gloria, quæ sunt erga deum, in simplicitate (sed tamen iudice fratre nostro Christo incarnato, in quo solo gloriamur; qui enim dicit, se peccatum non habere, seducit se ipsum), vivet mecum in gaudio, quod est in deo. Amen.

Esset multa disputatione apud alium de tota illa vita disserendum. Tu autem exempla, rationes innumerato habes. Penetras, natura quid velit etc. Novisti, ad quid homo creatus sit. Compendio ego dicam: Si possem ad papatum et cardinalatum eadem opera pervenire, qua ad rusticam illam vitam, longe omnibus præferrem pingue illud rusticum, minime otiosum otium. Quæ, obsecro, vita huic conferri potest, quando nec Cæsar unquam felicior est, quam quando vacuus frigidis curarum fomentis in horto obambulare aut venari potest? id quod raro conceditur. At nunquam in hoc vitæ genere mihi non licebit.

Tu admirabile regnum videbis nec minus felix miraberis vel ex minima regni huius parte ingentes reditus, nempe ex apibus. Tantum abest, ut quisquam pauperiem timeat. Hæc raptim; in caussa fuit tabellionis importunitas. Vale in nomine domini Iesu; nam male valebimus in nostro.

Hugvaldus, discipulus tuus et villicus futurus.

Eruditionis et sanctitatis eximiæ medico vereque theologo D. Vadiano, domino et præceptori suo.

Zů Sant Gallen.

a) „repettere". — b) „Quur". — c) „fœcunda". — d) „exsp.". — e) „e" für „æ".

99. XI 280.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. Anfang 1523.)

Heftige Ausfälle gegen das Papsttum, dessen Beschützer und Verteidiger. Luthers Übersetzung des Neuen Testaments. Johann Fabers Schrift gegen Luther. Wiederum das Heiratsproject.

I. † V. S.

Alii, quum scribendum est, excusant se, nihil novi esse, quod scribant. Sed me excusabit, quod nihil non novum est, ut (si maxime non is esses, ad quem, quicquid a nobis scribitur, supervacuum est) consultius videatur, nihil attingere prorsus, quam multa scribendo nihil scribere. Vides non sine, scio, maximo gaudio, quomodo longo post tempore visitet deus nos liberaturus, quos sibi iam olim prædestinarat, a Satana, qui nos:

« Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ
Deseruisse rates . . . »

Quare Alecto suam papam, satum nocte, his alloquitur:

« Tu potes unanimes armare in prœlia[a] fratres
Atque odiis versare domos, tu verbera tectis
Ferreasque inferre faces, tibi nomina[b] mille,
Mille nocendi artes, fecundum[c] concute[d] pectus[2]). »

Non dabitur victoria repugnantibus omnipotenti deo, at moras tantis licebit addere rebus. Levius fortassis videtur a poeta mutuare verba in re tanta, quanquam quid non audendum, tuo æquo et candido meique amantissimo animo interprete? Quid princeps huius mundi per papam, in quo omnes suas vires collectas habuit, parturiat, nemo est Christianorum, qui ignoret; tametsi certum sit, ex sententia ipsum parere non posse; impii quidem parere atque a deo disrumpi nunquam cessabunt usque in finem suum, id est confusionem et mortem; quod apud Germaniæ principes, etiam apud Gallum, Anglum, Carolum Hispanum agitur per pontificis legatos, administratorios Satanæ (qui si unquam antea, nunc se in papa suo in angelum lucis transfiguravit) spiritus. Idcirco[e] quanquam certa in deo, qui ad nihilum deducet inimicos non nostros, sed suos, spes sit, nihil effecturos, tamen rursum non incertum est, nunquam defuturos; neque enim certiore ullo apud me fit argumento, veri christianismi nihil reliquum fuisse, quam quod omnia tranquilla et secura fuerunt. Nec mirum; quid

et? per quem factum est, ut in Italia atque adeo Romæ[i] impune Lutherus imprimatur, nedum legatur. Adscripsit enim bona fide minime bonus vir Lutheri verba insulsissimis mendaciis suis, quibus stultissime tantum fidit non auctor[k] solus, sed tota Romana[l] curia; quanquam quid mirum? cum ex meris mendaciis conflata sit. Porro tantum abest, ut opposita illa quidquam[l] veritati noceant, ut etiam multum ad rei evidentiam faciant etc. A domino igitur fit hoc et est mirabile in oculis nostris.

Necessum est tamen, ut ab impiis nihil non feramus, dum sumus in exsilio[m] peregrinationis nostræ. Non aliter atque agricolæ ab otiosis urbanis indigna multa patiuntur; quum tamen, ut urbani agricolarum, ita piorum beneficio impii vivant. Nec dubium est, propter pios universa esse. Porro Satan non tantum nos sic crasse per homines suo persequitur; sed tentat longe efficaciore[n] modo et perniciosiore[n] planeque carni non comprehensibili; adeo ut non tantum non sciamus, quid faciamus; sed ne orare quidem possimus, quod oportebat. Ita cooperuit nos umbra mortis, quum enim in peccatis concepti a conceptis etiam in peccatis simus atque sic portemus iniquitates patrum nostrorum, quorum intemperies et corruptio, ex qua levitas et cupiditates etc. sunt, in nos derivatur. Non potest fieri, ut quisquam immaculatus in rectitudine viarum dei esse aut non omni momento impingere possit. Qua re fit, ut summæ nostræ iustitiæ pannus menstruatæ sint. Ex peccato autem illo omne mortalibus malum oriri, facile est cuivis videre, ut non sit, quod quisquam quidquam mali referre in deum possit, qui nos in plenam libertatem et perfectionem fecit liberumque voluit nobis sic iustis universæ creaturæ usum. Ecce, doctissime præceptor, nunc venio, quo (per devia quidem, sed in epistolis non illicita) ibam. Cupio igitur et ego nemini quidquam[l] debere, quantum posset fieri per corpus, mortis huius inevitabile malum, ex quo me Christus quidem liberavit; sed libertas nondum adparet in nobis adhuc vanitati subiectis, tentatori expositis. Adparebit autem libertas et revelabitur gloria filiorum dei non prius, si quid mihi datum est videre, quam, omnibus consummatis, Christus, per quem omnia, ut facta sunt, ita conservantur, tradiderit regnum patri. Cupio, inquam, liber esse, quantum fieri potest, nec ullius unquam otium alam. Ideo quærendo mihi uxorem expectare non debes, donec villam conducam; nam accessione pecuniæ uxoris prædium mere decretum est. Idcirco[e] significabis mihi, quamprimum poteris, quid quod vos sperandum quamve diu exspectandum[o]. Cogor enim omnino, hoc

vere mihi adiungere uxorem. Cupio enim vehementer ab omni scortatione mundus servari, quando virginitatis donum mihi negari sentio. Basileæ non defutura esset mihi uxor, si hic manere vellem; et omnes, quæ paulo copiosius nummatæ[p] sunt, a rure abhorrent. Sed et audio, quam alia forma alioque ingenio apud vos puellæ præditæ sint. Ne mireris, carissime Vadiane, quod tam multis idque de re, de qua minime oportebat, ad te scribo. Feci enim primum, quod literis tuis es mihi visus velle, ut tecum agam tanquam cum mei similibus; alioqui non ignorabam, nihil opus esse tam pluribus apud te. Deinde ab occupatissimo habes qualecunque argumentum, quo colliges, quonam genere literarum olim otiosus tecum acturus sim. Postremo non fuit, quod potius scriberem, neque enim tibi prudentissimo viro fuit scribendum, quod maxime scribendum erat, nempe de uxore. Porro in ea re tibi polliceor, quod quidam hic vehementer timent: me nihil aut scripturum aut dicturum, cuius occasione me impii occidere aut persequi possint. Non quod velim me proximo et deo subducere. Sed quid pergo odiose producere literas? Ignosce Anticyra[q] dignæ prolixitati; nam posthac brevitati rependam. Vale crescendo in Christum, cum quo in deo vivas. Amen.

Hugvaldus, villicus tuus futurus.

In Christo, hoc est vere erudito et bono viro Ioachimo Vadiano, præceptori suo carissimo.

Apud S. Gallum.

a) „prælia". — b) Über „nomina" steht „mille, millia". — c) „fœc-". — d) „concutte". — e) „locico". — f) „aut". — g) „sequuturam". — h) „cæterum". — i) „Rhomæ", „Rhomana". — k) „autor". — l) „quicquam". — m) „exilio". — n) „ti" für „ci". — o) „exp-". — p) „numatæ". — q) „Anthicira".

1) Vergil Aen. VII. 290. — 2) Vergil Aen. VII. 335—339. Statt „ferreasque" wäre „funereasque" zu lesen. — 3) Luthers Übersetzung des Neuen Testaments erschien zuerst im September 1522, der erste Nachdruck durch Adam Petri im December 1522, und dieser wird wohl in Basel so eifrig gekauft worden sein. Die Schrift des bischöflich-constanzischen Vicars Faber wurde 1522 in Rom veröffentlicht. Die Worte „hoc vere" können sich also nur auf das Frühjahr 1523 beziehen.

XI 281.

100.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. März 1523?)

Das Heiratsproject. Darlegung seiner Frömmigkeit.

†

Misi tibi Testamentum maioris formæ[1]). Scripsi semel atque iterum leviter quidem; nam per occupationes non licuit aliter. Quare quanqua res parvi sit momenti, vehementer desidero scire, an omnia acceper

Nec minus certior per tuam Humanitatem cupio reddi, an uxor mihi apud vos et cuiusmodi mihi reperiri possit. Non hoc toties inculco, quod parum tuo in me confidam animo; sed quod non nullum esset operæ pretium[a], quamprimum scire. Omnino enim hæc ætas, hic animus aliam postulat vitam. Porro non debes timere, christianissime vir, ne errem, quod non potius sumo mihi ministerium verbi dei cum labori pari periculo. Non quidem ita cecidit super me lapis ille offensionis Christus, ut penitus fregerit duram carnis cervicem; tamen etiam super eum non cecidi neque precor, ut me non comminuat aut, dum exigit malus spiritus, precor, ut ille, ne me torqueat ante tempus. Paratum enim cor meum, paratum, Deo gratia, nec est quicquid, quod non iamiam linquere velim. Tu autem scis, quod per Christum ipsum deus, secundum magnam suam misericordiam, pronunciet beatos etiam hos, qui sitiunt iustitiam; et non immaculatos tantum, qualis in tanta carnis corruptione esse nemo potest, sed qui ex toto corde exquirunt eum, etiam iustos vocari et haberi. Scio imperfectionem meam; sed et dominus cognovit figmentum suum. Non possum sine peccato et errore vel semel capere cibum, nedum eligere perpetuum vitæ genus. Sed (quia bene placitum est deo in Christo domino nostro, qui portavit has infirmitates nostras, et tenebræ hæ nostræ non obscurantur et nox sicut dies illuminatur a deo optimo maximo, psal. 138, v. 12) spero in dei divitem omnium redemptionem. Et quum nihil sit, quod retribuam domino pro tanta in me benignitate, invocato nomine domini calicem Salutaris accipiam, hoc est, feram crucem meam. In qua re, oro, ut Christus dominus noster ducat me ex via iniquitatis, quæ in me est, in via æterna et trahat me, quo non volo, ut sequar eum. Ecce, mi Vadiane, sic offero corpus meum hostiam rationabilem domino. Ex quo offerendi iure sacerdos sum. Nihil igitur mea, sed dei referre censeo, cuiusmodi in Christo membrum sim, nec dubito, quodvis vitæ genus amplecti. Qui observat ventum, non seminat, inquit ecclesiastes, et qui considerat nubes, nunquam metet. Summatim: ut quicquid non ex fide peccatum est, ita quicquid ex fide rectum est; nam quanquam nihil fere sit, quale oportebat, tamen benignissimus pater noster deus, corruptionis nostræ non ignarus et misertus, non imputat id, quod rectitudini et obedientiæ deest. Solum oportet, ut credamus nos nostraque ei placere per Christum, qui pro omnibus satisfecit cuiusque sanguinis adspersione omnes lavamur et mundamur etc. Nihil idcirco[b] timendum, iudico, nobis, ne hoc meum institutum

Christo repugnet; præsertim quum mei, non ingenii: nam deus etiam ex stipitibus et lapidibus, qualis sum ego, loqui posset. Sed spiritus tenuitas tibi nota sit. Vale, doctissime Vadiane, in cognitionem gratiæ dei, quæ est in Christo Iesu.

Mutius Hugvaldus tuus, propediem villicus futurus.

Hoc scripsi, ut illi nuncio[c] te accedendi[d] esset occasio.

Domino Ioachimo Vadiano, medico ingenii non plebeia acrimonia, singulari doctrina raraque sanctitate, hoc est omnibus medicorum dotibus cumulatissimo, præceptori suo carissimo.

a) „c" für „t". — b) „iccirco". — c) „nuntio". — d) „adcedendi".

l) Das „Testamentum majoris formæ" ist doch wohl ein Exemplar der zweiten Folio-Ausgabe der bei Adam Petri nachgedruckten Lutherischen Übersetzung des Neuen Testaments vom März 1523, mit der gleichzeitig auch eine Ausgabe in Quart erschien.

XI 270.

101.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1523?)

Ausführungen über den Geist Gottes. Bitte um Nachricht über den Stand des Heiratsprojects.

†

Melius animal brutum iudicare potest animalem hominem quam animalis seu carnalis homo spiritum dei; nam quum recte nihil in creaturis intelligat, fieri nequit, ut illum capiat, quo omnes res vivunt. Idcirco[a] scio, iudicare spiritus posse neminem, nisi qui vivunt deo, hoc est qui agitur mansuetudinis spiritu, qui est dei; quod haud potest fieri sine Christo per carnis nostræ corruptionem. Quum igitur intellegam, doctissime Vadiane, non ullo humano conatu esse præsumendum iudicare ea, quæ dei sunt, et solum nomen domini, — ut revera est, ita etiam cupiam — contra quicquid ullo modo extollitur magnum, cui, quantum per carnem fieri potest, omnia adscribo, repugnante quidem hoc animo seu exteriore illo, ut Paulus vocat, homine: non video, quid prohibeat me gratulari mihi hunc crescentem ex gratia[b] spiritum, quum Christus toties testetur in domino gloriandum et discipulos iubeat gloriari non ob edita[c] miracula, sed propter dei cognitionem; præsertim apud te, quem a deo etiam agnitum nihil dubito, et propterea veritate minime offendi aut cum impiis præsumptionis et superbiæ criminari hanc humilitatem et abnegationem nostri, hoc est spiritum illum, qui nobis testimonium reddit, quod sumus filii dei. Hanc agi-

tationem, hanc veritatem, qua vivit, quicquid vere vivit, calumniari peccatum est, quod expiari, teste Christo, non potest etc. etc. Quorsum hæc? Ut, quum hæc ita se habere videas, quam nullo prorsus invidia aut calumniandi studio tam graviter feram exaltari impios intellegas[d]. Magnopere enim videtur necessarium, apud te hanc suspicionem a me amotam esse, quam magnam de me esse non est mirum, qui puer Erasmo (qui impiissime adversus gloriam dei hominibus adulatur) et omnibus, quos sequitur, hominibus, qui a Pauli tempore fuerunt, omnem omnino in sacris literis auctoritatem[e] adimo, quam Luthero et præcipue Philippo maximam tribuo. Video enim in illis et in aliis, sed paucis, spiritum dei felicissime crescentem, id quod tu quum in aliis, tum in hoc Philippi opere potissimum vides.

Colliges etiam ex his literis, quam christianum te credam, qui scio, hæc tibi nec stultitiam nec scandalum esse. Breviter: boni consules, quicquid est; nam postquam proponebam semel te obruere literis, scribendum fuit parum accommodum[f], quando aliud invenire non potui per otii penuriam, perque ingenii angustiam vel, ut rectius dicam, spiritus tenuitatem Vale in pace, quod fieri nullo modo potest, quam per Christum, qui vicit τὸ κέντρον peccati et mortis.

Porro de uxore quicquid habes, hoc nuncio, quæso, significes. Cogunt multa, ut, quam primum fieri potest, ducam. Si negotium omnino exigit, ut veniam, fiet; sed abesse ab hoc pistrino non potero plures quam decem aut quatuordecim[g] dies, et ne hos quidem sine officinæ dispendio. Quare diligenter si non plurimis, saltem paucis, attamen omnia scribe. Morum similitudinem nihil morandam censeo; oportet enim, ut natura, nihil nisi mendacium et hypocrisis, mutetur rennoveturque in naturam filiorum dei, quibus unus omnium spiritus est, qui est Christi. Et si maxime non adsumetur convertique ad deum poterit, tamen non erit difficilis. Iam vincit enim in bono malum. Cognationi temperaturæ corporis fortasse nonnihil tribuendum, ex qua fere fluunt etiam mores etc. Quare, si oportet me adesse, significabis. Et si nihil est, nihilominus me reddes certiorem. Hic non deerit; sed non cuiusmodi cupio etc.

U. H(ugvaldus) tuus, quum tu sis etiam Christi.

Optimo theologo et doctissimo medico Ioachimo Vadiano, præceptori suo carissimo.

a) „Iccirco". — b) „c" für „t". — c) „ædita". — d) „intellegas" am Rande nachgetragen. — e) „aut-". — f) „accomodum". — g) „-decem".

XI 279.

102.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1523?)

Das Heiratsproject. Fromme Ausführungen. Austritt aus der Druckerei.

†

D. Vadiano pacem in deo per fidem in Christum.

Ut nec animum, ita nec tempus legendi meas literas deesse tibi credo, etsi intelligam, non esse tibi otium respondendi semper, quod tam raro rescribis. Quanquam si ponderandæ, non numerandæ literæ, unas tuarum vix meis decem rependere possum. Quare iam peto solum, ut, quicquid de uxore habes, hoc nuncio significes; nam amplius, ne impudentior sim, petere non audeo. Nempe quomodo deus sibi apud vos regnum suum adferat, quam impatienter[a] humilientur montes, quam feliciter exaltentur campi, quam christiane et iuste minuantur homines, augeatur deus. Audio passim electorum animas a deo educi de captivitate ad confitendum nomini eius. Quanquam apud nos infirmiores et sapientiæ crucis ignorantiores adhuc plerosque[b] videam eosque etiam, qui columina hodie evangelii videntur, cogitant, quid loquantur, consulunt homines, congressuri cum impiis. Breviter multis modis ostendunt, se viribus suis magna ex parte niti. Nondum vident, nisi dominus ædificet domum, in vanum laborare, qui ædificant eam. Et ex illis sunt, qui stultissime clamant, utramque partem debere audiri a principibus huius mundi, quorum iudicio se in caussa evangelii submittunt; non maiori profecto prudentia, quam si ovis offerret se cum lupo ad iudicium lupi. Cui etiam eveniret, quod illis, evangelii naturam probe, si diis placet, callentibus; nam ne audiretur quidem, sicut nec illi, sed devoraretur etc. At caro inimica est deo. Quum non capiat, quæ[c] dei sunt, igitur damnat, occidit et exurit iusticiæ et gloriæ dei adsertores. Animalis homo non percipit, quæ spiritus dei sunt. Quæ cogitant, secundum carnem cogitant. Iudicare necessum est secundum carnem, qui caro sunt etc., Ioan. 8 [1]); quæ carnis sunt, sapiunt, quæ prudentia carnis mors est, Rom.[d] 8 [2]): asinus stramen, piscis aquam, caro, quæ carnis sunt, amplectitur. Cur[e] non venit hoc Christi in mentem: ne detis sanctum canibus, ne proieceritis margaritas vestras ante porcos, ne hi conculcent eas pedibus suis et illi versi in vos lacerent vos? Sed quid Christus hoc loco sibi velit, non intelligunt, quum non animadvertant, quo sermonis ordine

hæc moneat. Cur[e] non cogitant quum Novi tum Veteris Testamenti exempla, si alias non vident rei huius naturam? Caro et sanguis non revelat, sed pater, qui in cœlis est. Spiritus, ubi vult, spirat, non ubi nos volumus. Nemo, nisi fuerit e supernis natus, potest videre regnum dei. Quare et hodie sileat omnis caro a facie domini, quia consurgit de habitaculo sancto suo. Si hæc præ spiritus angustia non adsequuntur, hoc ecclesiæ[c] tamen debebat satis esse, quod quotidie vident in hominum rebus. Dives locutus est, et omnes tacuerunt et verbum illius usque ad nubes perducent; pauper locutus est, et dicent: quis est hic? et si offenderit, subvertent illum. Sed obliviscor, me scribere theologicissimo viro, quem horum nihil latet. Vale optime et doctissime Vadiane in confessione nominis domini, quæ adspersione sanguinis Christi mundata deo odor bonus seu incensum acceptum est. Nam quanquam Christus omnium tulerit crucem, omnium biberit calicem, tamen oportet, ut in Christo scis, offerre nos deo, quantum possumus, et sic implere, quod deest passionibus Christi.

Mutius Hugvaldus in veritate quidem tuus in Christo frater, sed etiam multis nominibus filius et discipulus.

Hoc etiam significandum visum est: vereor ne me non possim ante autumnum ex hac extricare officina. Et ut verum fatear, non magnopere cupio. Wesselus enim totus est inventus, quem velim castigatissimum prodire non in lucem, sed lucem in tenebras; multum enim lucis adlaturum cognitioni Christi non dubito; et propterea olim non sine mysterio Lux Mundi vulgo dictus mihi videtur. Deinde putant quidam boni viri, eorum pueros me posse aptos facere sacris concionibus vel certe foro. Nam alterum exigit non hominem doctorem, sed Christum illuminatorem, quare hac æstate aliquot bene ingeniatos mecum habere decrevi, quos exercebo declamando. Nihilominus præesse potero prelis. Cæterum nihil tale conari multæ caussæ sinunt sine uxore. Quamobrem tu, si quid habes, significes, quæso. Res est magna, scio, at tua etiam auctoritas[f] magna est apud vos et magnum erit apud me beneficium. Porro non est periculum, ne animum aut institutum mutem; nam ante annum, nisi aliter videatur deo, in secessum talem, qualem ex superioribus literis accepisti, me conferam, et ante non est opus vel obolus[g] uxori, cui etiam possum animum interim mutare. At vale, optime præceptor.

Hæc me dictante alius scripsit, nam plus temporis non fuit relictum. Ignosces igitur indiligentiam.

Helvetiorum ornamento, optimo theologo, sanctissimo et doctissimo medico Ioachimo Vadiano, præceptori patrique suo carissimo.

a) „impacienter". — b) „plær-". — c) „e" für „æ". — d) „Rhom". — e) „Quur". — f) „aut-". — g) „obulus".

[1]) Vers 5. — [2]) Vers 5 und 6.

XI 276b.

103.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1523. Juni?)

Die Schrift des Hutten gegen Erasmus. Kauf-, Studien- und Heiratsprojecte.

†

Legi, quæ scripsit Huttenus in Erasmum. Misissem hoc nuncio, nisi defuisset, qui scriberet. Nam et ille prolixus est, et ego otiosus minime sum. Frigidiora et infirmiora mihi videntur arma, quam oportet habere eum, qui cum tali monstro congreditur; nempe arma δυνατὰ τῷ θεῷ, quæ possint consilia et omnem celsitudinem, quæ extollitur adversus cognitionem dei, demoliri. Huttenus non videt, quam nihil caro et sanguis in divinis faciat, nisi lumen spiritus dei accedat; quam deus acceptor personarum non sit, qui rarissime, ut videmus, magna eruditaque ingenia assumpsit[a]), frequentissime humiliora, ut appareat[b]) nobis, immensam esse eius potentiam immensasque divitias. Sed satis est, hominem irritatum per Huttenum[c]). Vincetur enim ab his, qui etiam potestates aeris portasque inferorum non timent, qui probe Satanæ noverunt cogitationes etc. Quum potero habere exemplar, mittam tibi et omnibus, qui sunt apud te fratribus. — Mutare cogor animi mei sententiam, nisi velim esse stultissimus. Nam quæ obsecro, esset dementia: tam care emere sub patrio cælo[d]) predium sterile, quum hic minoris multo emi possint fecundissima[d]) prædia[e]). Possum hic emere agrum trecentis aureis, qui tribus vaccis nutriendis, vino et frugibus large mediocri familiæ sufficit, et civitati adiacentem, quod ego non leve duco, quantumcunque adhuc sit infixum mihi desiderium secessus rustici altique inter lucos et nemora silentii. Si mihi hunc servabit et perficiet Christus spiritum, qui testis est et arrabo nobis vitæ futuræ quique efficit, ut mundum abominer et quæcunque in mundo sunt, nempe concupiscentiam carnis et concupiscentiam oculorum et ἀλαζονείαν vitæ, quæ omnia non ex deo patre, sed ex mundo: si, inquam, auxerit mihi hunc sensum Christus, futurus sum benedictus et in civitate

et in agro. Decrevi igitur in domino, hic primum prædiolum[e] emere ducentis aureis et aliquot annos omnem operam et oleum in cognitionem primum Christi, deinde in medicinam et opera dei, quæ nostræ deus tradidit disputationi, impendere. Hac ego æstate spero me sine uxore esse posse. Videor enim mihi experiri verum esse, hieme[f] magis sentire viros carnis tyrannidem vel, ut loquar rectius, naturam. Primo autem autumni initio[g] ducenda erit omnino; nec enim amplius deus videtur mihi tentandus. Inquies parum convenire studiis illis infinitis difficillimisque vel aliqua ex parte adsecutu[h] naturalibus cum frigidis domesticarum curarum fomentis. Verum est. Sed quæso: nonne scortatio magis multis modis impedit et nocet? quæ necessario esset mihi admittenda, quod deus avertat! Quamobrem hæc omnia quam diligentissime expone decano et adde, me ab una eius filiarum non abhorruisse (cuius non teneo nomen), quantumvis dissimulaverim meque alius captum amore simulaverim magis, quam ex animo amarim. Propterea, si dos non est tenuis omnino, hoc est minor centum florenorum, me unam, si ei placuerit, ex illis ducturum significes. Cogitare iam te sentio, qui fiat, quod tantulum pecuniæ tanti apud me sit, quum ex me intellexeris, me tam avarum non esse, ut in hac re ob tantulam dotem aliquid contra genium meum acturus sim. Contra animum meum nihil in hac re ago, quemadmodum dixi. Si non vellem habere virginem, et forma bona virginem, non difficilis esset hic uxor inventu sexcentis aureis. Caussa est, quod tantulæ pecuniæ tantum habeo rationem, quo*d*, quum sim mansurus Basileæ, si instituto annuerit deus, opus erit emere insigniorem domum, et si quæ sunt alia, quibus delicatior mu*li*ebris capitur sexus. Nam meis iam oportet emere rusculum, et fortassis illis, quæ accesserint, posthac opus erit quum ad alia, tum ad emendum d. medici titulum, quanquam, ut ingenue fatear, nondum penitus ad*du*cerim animum ad professionem illam medicinæ. Hæc te scire sim*pli*citer volui. Tu hoc nuncio simpliciter certoque significabis omnia per *lite*ras. Potes etiam, si vacat, animum dotemque Rosinæ explorare, quanquam ut minor fastus apud decanum, ita mihi ad eum propensior animus est. Effice evangelio tuo, ne caro fingat sibi somnia, *ut* solet. Nam timoris caro illa, quem, quæso, habebit finem timendi; ubi non, quæso, inveniet, quod timeat? Nos, qui sumus, quemadmodum confidimus, in corpore Christi, quasi leones, absque errore sumus. Mavult spiritus ille mundi servire in Ægypto, ubi dulcem et m*un*dam, si diis placet, invenit vitam,

quam se in felicissimo deserto *offer*re deo in pace et requie opulenta gaudioque non comprehensibil*i* carni. Summatim impiis cor est pavidum et vita pendens, timent nocte et die et non credunt vitæ suæ. Mane dicunt: Quis mihi dabit vesperum? et vesperi: quis mihi dabit mane? Ecce mare fervens, quod quiescere non potest. Utinam ita omnibus persuaderi posset, quam mediocritas atque adeo tenuitas in deo præstet abundantiæ sub Satana, ut tibi in Christo lumine dei persuasum est. Vale in tui et Christi cognitione. Saluta uxorem tuam candidissimam, optimum virum Ioannem Aucuparium, cum quo operam et consilium in hac re communicabis, Benedictum etiam episcopum et fratrem eius Dominicum. Valere iubebis in Christo ludi literar*ii* rectorem Christianum, ut mihi visus est, iuvenem, et illos, qui sunt in Tüffen, episcopum et diaconum. Has literas decano ostende, quo habeas, quod certo respondeas. Vehementer enim cupio, *ne* me incertum relinquas; quod si reliqueris, perinde erit mihi, ac si negata omnia essent. Hac enim via sola me potero liberare ab in*felici* exspectatione [i]. Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. *Hugvaldus* tuus.

Doctissimo et sanctissimo medico, christiano viro Ioachimo Vadiano, suo in Christo fratri et præceptori carissimo [1].

a) „asumpsit". — b) „apareat". — c) „Hutenum". — d) „cœlo, fœc-". — e) „e" für „æ". — f) „hyeme". — g) „inicio". — h) „adsequutu". — i) „exp-".

[1]) Die Adresse findet sich auf dem mit „274" bezeichneten, daneben völlig leeren Blatt. – Seinem ganzen Inhalt nach muss der vorstehende Brief doch fast notwendig vor dem folgenden geschrieben sein, wobei anzunehmen wäre, dass Hugwald Huttens „Expostulatio cum Erasmo" vor dem Drucke in der Handschrift gelesen hätte. Dazu stimmt auch die Bemerkung, dass er sie Vadian geschickt hätte, wenn ihm ein Schreiber zur Hand gewesen wäre.

XI 278.

104.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1523. August?)

Bericht über eine zu Strassburg erschienene Schrift gegen Erasmus und das deutsche Alte Testament Luthers. Unterhandlungen mit Adam Petri über den Druck eines Vadianischen Commentars. Heiratsprojecte.

†

Nihil hic novi est, quod aut scribam, aut mittam. Impressa Argentinæ exemplaria contra Magnum ERASMUM nondum huc venerunt, quæ in horas exspectamus [a]. Quam primum venerint et per nuncium potero, mittam, quemadmodum recepi me facturum; nam te vehementer

cupere intellexi. Testamentum Vetus Germanicum nondum accepimus. Quid in caussa sit, et nescimus et miramur. Cuius exspectatio[a] hactenus impedivit Wesselum. Tuum commentarium impressurus est, nisi tu non velis, Adamus, cum quo diligenter et bona fide egi caussam tuam, efficiamque, ut laboribus tuis rependat non quidem, quod debetur, sed quantum fieri potest per rem suam, quæ est ei angusta domi; et curabo summa diligentia, ut quam emendatissimum venustissimis typis excusum prodeat. In Septembri vacabunt aliquot diebus prela[b]. Quare optarim, mihi librum tuum occasionem fore accedendi vos; nam alioqui ascensurus non habebo, quod prætexere probabiliter hic possim, et dici non potest, quam gestiat animus denuo ascendere; sicut non potest dici, quam iam captus sim candore venustateque animi, hoc est humili christianove spiritu Rosinæ. Dixi tibi nuper, me nullam apud vos velle. Intellexi enim tum primum, quantulo peculio hic emi possint villæ, ut nulla prorsus sit opus dote ad uxorem. Quare pauperem spiritu, nullo opum respectu quærebam, qualem apud vos reperiri posse nulla erat spes. Ecce autem præter exspectationem[a] magnis apud me fit argumentis, Rosinam humili spiritu, id est sensu Christi esse præditam; quanquam nuper præsenti etiam nihil videbatur altum superbumque sapere. Porro hoc negotium[c] deo iam dedi, cuius in ea re minister erit Ioannes Aucuparius, amicus tuus summus. Nam te prudentiorem[c] expertus sum, quam ut opera et consilio tuo in hac re magnopere labores. Quid enim de me futurum sit, nescis; et si maxime bene cesserit, gratiæ[c] nullæ, si vero male, tibi imputaretur. Quæ igitur est caussa, cur[d] subire debeas periculum, ubi opus non est? Sed quid iocor? Non hæc dico, quod ingratus non agnoscam[e] tua in me beneficia —; nec quod diffidam, te fideliter in hac re acturum, postquam semel intellexisti, quantopere animum exosculer virginis; quam mihi, quæso, salutes, et rescribe, si quid est sive tuarum, sive mearum rerum, quod me scire oporteat. Vale in deo, ab omni vano timore aut stulta cupiditate liberatus. Saluta mihi uxorem tuam.

Hugvaldus tuus et discipulus et frater.

Eruditissimo et optimo theologo et medico Ioachimo Vadiano, præceptori et fratri suo in Christo carissimo.

a) „exp-“. — b) „e“ für „æ“. — c) „c“ für „t“. — d) „quur“. — e) Aus „ignoscam“ berichtigt.

Unter der in Basel gedruckten Schrift gegen Erasmus kann nur Huttens „Expostulatio cum Erasmo“ gemeint sein, die im Juni oder Juli in Strassburg erschien und bei Abfassung des vorstehenden Briefs in Basel noch nicht eingetroffen war. — Luthers Über-

setzung des Alten Testaments, das in Basel erwartet wurde, kam im September 1523 zur Ausgabe. Unter dem im Text erwähnten Commentar Vadians dürfte wohl em ehesten der als unvollendetes Manuscript in der Stadtbibliothek St. Gallen liegende „Commentarius in Tertulliani libros exegeticos" gemeint sein.

XI 276.

105.

Ulrich Hugwald an Vadian.

(Basel. 1524. Frühjahr?)

Fromme Betrachtungen über Erasmus, Luther und Anderes. Stelle bei Adam Petri.

†

Notabilia hic multa quum tremendi mirabilisque dei, tum cæci Satanæ; quemadmodum et apud vos potentiam dei, inanes ridendosque Satanæ conatus esse non ignoramus. Si unquam antea, hodie deus effundit secundum suam magnam misericordiam secundumque immensas suas divitias[a] super homines ineffabilia gratiæ[a] dona et mirabilem planeque carni inconprehensibilem lucem iis, qui fuerunt in tenebris, aperit. Adeo infatuavit evangelium omnem, ut vides, sapentiam carnis, ut etiam stultissimum fecerit magnum illum ERASmum, quod quam impatienter[b] ferat ambitione perditissimus homo, nihil nisi caro et per hoc inimicus deo, iam dudum certissimis adsequimur argumentis. Iudicare stupida caro conatur Lutherum, non intelligens superba, quod spiritualis omnes carnales iudicat, non autem relictos carni spiritualem iudicare[c] possem, non aliter atque a ieiuno temulentus, non a[d] temulentis iudicatur ieiunus. Toties[b] iam impius in spiritum sanctum impegit, ut nulla pæne[e] sit spes reliqua salutis eius. Nescis, carissime in Christo Vadiane, quid dicat privatim; quanquam, quæ tui spiritus acrimonia est, potuisti iamdudum ex epistolis et libellis colligere, quid apud se sentiat, et quis non videt ex proximo libello, quem ad te misi, in quo Lutherum criminatur superbiæ et maledicentiæ arrogantissima caro. Vidisti rationem etiam personarum, quæ caussam evangelii quæque caussam abominationis Romanæ actura sit in dialogis, quos pollicetur mendax caro. Quemadmodum iustitia fidei iustitiariis operum summa est iniustitia et vera sapientia fidelium Christi stultitia est huius mundi insipientissimis sapientibus, ita vera piorum humilitas, qui omnia penitus referunt in deum, se sciunt nihil esse prorsus, magna arrogantia et superbia videtur huius mundi spiritibus. Habet enim illa sub omnipotentis manu dei humiliatorum fiducia summam superbiæ speciem apud homines, qui secundum carnem iudicant, dum contra

inimicos dei, quoquo modo se efferant, fiducialiter in domino agunt, nulla personarum[f] habita ratione, omnia autem propter deum. Sed quo rapior otiose, minime otiosus? Notabilia, inquam, hic sunt multa[g], atque adeo, nisi quod leviores non intelligimus, miracula, in quibus optarim me tecum per alternas literas exercere in deo. Sed non sinunt neque magnitudo negotiorum tuorum, neque frigidæ meæ occupationes. Errant enim mea sententia toto cælo[h] arguuntque se prorsus nihil scire ii, qui se eo progressos in Christum iactant, ut ullius egeant opera. Nam quum deus in alium aliud conferat donum per eundem quidem spiritum vult nimirum in caritate mutua collatione nos servire, ut eo modo crescamus et ex parte tantum cognoscamus atque adeo parvum et imperfectum sit, quod cognoscimus, ut dicat Paulus abolendum non aliter, atque puerorum sensus in virili evanescit ætate; quare et stultum dei vocat hanc nostram crucis sapientiam [1]), quod tamen stultum incomparabiliter sapientius est hominibus. Nec enim dissimulare possum, illos hunc Pauli locum angustius interpretari, qui dicunt Paulum stultum dei propterea solum vocare, quod ita videatur impiis, revera esse autem summam sapientiam. Breviter video in Christo, si essent sexcenti S. Petri et S. Pauli in una domo, mille annos egerent mutuis consolationibus fidei, cognitionis suæ accessione etc. Quæ est nsania carnis, nos putare aliquid scire, quum tot argumentis deprehendamus nostram cæcitatem, ut hoc, quod unum addo exempli loco, quod quum mille anni revera ne hora quidem sint, nobis pueris tam multa sæcula[e] videntur etc. In qua re evidentissima est Romanæ abominabilis sedis superbia. Quid enim non præsumpsit se posse scire, sive sit in inferis, sive sit in cælis[h], quorum nos nihil scire agnoscimus etc. Longior sum præter institutum; nam ob hoc solum scripsi, ne libellus ille prorsus sine meis literis ad te veniret. Vale igitur in Christo, die Aprilis vicesimo quarto me expectabis.

Meo nomine primum salutem dicito Dominico, deinde Adamum Petri pluribus quam duobus prelis posthac[i] non impressurum; propterea non posse mihi laboris adiungere socium et post meum discessum, quem iniquissimo feret animo, ullum meo consilio et voluntate accepturum. Et quod negare non possum: opus est, harum rerum peritiorem habeat, quam Dominicus est etc. Postremo de me ceu in Christo fratre sine simulatione omnia, quæ possum, polliceri potes; nam semper visus est bonæ mentis et melioris spei adolescens.

Eruditorum ornamento, Christianorum præsidio Ioachimo Vadiano, sanctissimo medico, præceptori suo carissimo.

Apud divum Gallum.

a) „c" für „t". — b) „pacienter, tocies". — c) Über den Endsilben ein Abkürzungsstrich. — d) Folgt durchgestrichen „ieivnis". — e) „e" für „æ". — f) Folgt durchgestrichen „nomine et autoritate". — g) Folgt durchgestrichen „ad". — h) „cœlo, -is". — i) „poshac".

[1]) I. Kor. 1, Vers 25. — Die erste Schrift des Erasmus, in der sich entschiedene Äusserungen gegen Luther finden, ist — so weit wir sehen — die im September 1523 erschienene „Spongia adversus aspergines Hutteni". Vorher kann der vorstehende Brief kaum geschrieben sein. Der 24. April, auf den Hugwald seine Ankunft in St. Gallen in Aussicht stellt, wird also derjenige des Jahres 1524 gewesen sein, obschon es nahe läge, ihn mit dem ersten Besuche Hugwalds im Jahre 1523 zur Brautschau in Verbindung zu bringen; vrgl. Brief 104, wo übrigens auch von einem zweiten Besuche in St. Gallen gesprochen wird. Aus dem Schlusse des Briefes scheint übrigens hervorzugehen, dass der Austritt Hugwalds aus der Druckerei Adam Petris und damit wohl seine gänzliche Abreise von Basel bevorstand.

Ms. 108, n. 5.

106.

? an Vadian[1]).

(Basel.) 1522. December 13.

Meyn ganz willig dinst sey euch zůvor[a]), liber her docter und christlicher brůder. Wi woll ich zů ewer perschon keyn kund hab, so hab ich doch von meynem liben brůder Hugwaldo verstanden euwer groß gemůdt, daß ir hapt ze dem almechtigen herren, in deß dinst ir euch begeben hapt, nach dem ich dan meyn gemůdt auch dohin gericht, dem selbigen herren zů dinen, so vill mir durch seyn gotlich gnad verlihen würdet; deshalp ich nit mogen underlassen, euch mit disser meynen hantschrift zu besuchen und kuntschaft zů üch zů machen, dan zugleych wie eyn warhaftiger thiner gottes seynen hochsten schmertzen hat von wegen daß er befindet also wennigk menschen sich mit gantzem vormogen in deß himmellischen herren dinst begeben; dargegen wo der rechten eyner vornimpt daß ewangelium von vilen mit starckem vortruwen angenomen werden, so prengt es ime hohe sterck und freyd. Diweyll ich dan warhaftigk weyß eyn zimlich treflich zall warhaftiger christen, welliche durch daß hell licht der hohen gnaden gottes bey dissen gnadenzeytten sich in dinst gottes begeben und zů herkantnes (!) gottes und ir selpst komen seynt, desgleych stehet meyn hochs vortruwen zů got, auch zů volkummender gnad unsers herren zů komen, daran ich nit zweyfell, so hab ich euch dasselbig als eynem diner gottes himit kunt ze thůn nit wollen underlassen. Und wolt got, daß alle prediger sich ufs hochst befleyssigten, die menschen zů dem furnemsten zů vermanen, domit eyn igklicher darnach trachtet mit hoch-

stem ernst und fleyß, den himmellischen vatter umb seynen heylligen geyst zů bitten, so doch derselbig eynem igklichen recht bittenden von got, der nit ligen magk, vorheyschen ist. Mit sollichem grunt haben die heylligen appostolen gantz hauffen folcks in den waren dinst deß almechtigen gefüret. Dan wo der heyllig geyst nit herlangt wurdet von eynem menschen, so magk der warhaftig glaub nit herlangt werden; dan one denselbigen kunnen wir nichts gůtz thůn. Darumb glaub ich, dass der hochst nutz were, darnach zů trachten, wie man daß folck dohine füren und pringen mocht, daß eyn igklicher mit warer themůdt got den vatter umb seynen heylligen geyst pitte. So wir denselbigen schůlmeyster haben mogen, *wi* torfen wir dan menschen gloß, vor denen unß Christus gewarnet hat? Aber got woll unß helfen von also vill vettern, die wir uber die clar warnung gottes angenomen haben, dardurch wir wider kummen mogen uf den eynigen vatter und eynigen meyster, daruf wir alleyn bescheyd*en* seynt. Warumb glauben wir dem herren nit, der alleyn almechtigk, warhaftigk und unß gnedig ist? Der gůttigk got woll unß von al*lem* menschen vortruwen gnediglich leyten uf den eynigen rechten wegk durch Christum, unsern behalter. Amen. Himit seyt got befollen Datum eylent, uf samstag nach cunzeptionis Marie, anno etc. XXII.

Dem christlichen, hochgelerten docter hern Ioachim Vadianus, meynem liben hern und christlichen brůder.

a) Einfaches „u, uo, ü, ue" wird alles durch das gleiche Zeichen gegeben.

1) Da sich der unbekannte Schreiber auf Hugwald als seinen Freund beruft, wird sein in der Tat gleichartiges Schreiben auch am besten im Anschluss an die Hugwaldbriefe zum Abdruck gebracht.

Die Briefe der nachfolgenden Gruppe sind vorwiegend oder ausschliesslich medicinischen Inhalts und gehören sicher oder mit Wahrscheinlichkeit oder doch möglicherweise in die Zeit von 1519—1525.

107. XI 254.

Gregor Gerung[1]) an Vadian.

(1520. August 23. bis September 9.)

Lieber her doctor, üwerm schriben nach, mir geton von wegen miner tochter, bit ich üch früntlich ir etwas ze machen, damit und sy irs zůfals erlöst, und mir das by zöger dis briefs ze schicken und daby berichten, wie sy das nemen soll. Machent ir nit etwas, das ze starck sy. Sy ist gantz ain zart, blöd mentsch. Und was das costet, wirt min diener

zalen. Ob er aber nit gelt gnůg het, wellen ir mitliden haben, bis ich hinin kom; wil ich üch erlich zůfriden stellen.

Üwer diener *Gregorius Gerung,*
vogt zů Rosenberg.

Doctor Ioachim von Watt, minem lieben herren etc.

[1]) Vrgl. II, Brief 211, wo in Anm. 1 dieses undatierte Briefchen übersehen worden ist. Es scheint zwischen Brief n. 211 und 215 zu gehören.

XI 304. 108.

Johannes Ager[1]) an Vadian.

(Zürich. 1520?)

Empfehlung einer Kranken.

Egregie domine doctor, exhibitrix præsenciarum[a]) est illa, de qua Dominationi[b]) vestræ locutus fui; quæ habet defectum circa pectus et cor et interdum nescit habere anhelitum et per multos dies non habuit sedes, uti Dominatio[b]) vestra ex ea percipiet. Quapropter Dominationem[b]) vestram rogo, ut intuitu meo velit ei consulere et personam, complectionem ipsius bene considerare et pendere[c]), quod singulari studio erga illam refundere curabo. Et est persona debilis naturæ.

Iohannes Ager, secretarius Cæsareus.

Adresse fehlt.

a) Durchgehends „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „pondere".

[1]) Vrgl. II, Brief 190. — Das Briefchen gehört wohl in das Jahr 1520, wie die vom 4. Mai und 19. Juni jenes Jahrs datierten Briefe Agers II, 190 und Nachträge 62.

Ms. 108 n. 7. 109.

Vadian an Dr. Christoph Klauser[1]).

St. Gallen. 1521. Juli 21.

S. P. D. Tiguri nuper agenti mihi, doctissime Christophore, cum de Bernhardino illo Insubro, Gallici morbi curatore, mentio incidisset, memini etiamnum indicata abs te fuisse unguenta aliquot nominatim, quæ ille ex officina tua aromataria coemisset aliquando. Horum cum plane sim per occupationes oblitus, precor rursum mihi annotare nomina et huic nostro tabellioni committere[a]), quod reddat, velis. Meum negotium[b]) non agitur, sed viri cuiuspiam optimi et studiosorum amantissimi, cuius causa et studiorum communium et nostræ professionis nomine haud magnopere incuriosius abs te hac una in re agi velim, atque si res

universa e commodo usuque nostro futura esset. Tantum significa, quæ abs (te) tuisque aromatoriis unguenta emerit simulque, si ita vacat (nolim enim tibi, alioqui peroccupato, molestus esse), quæ tua sit de eius cura sententia quibusque remediis uti hominem potissimum arbitreris, significa. De Petri, medici Wittenburgensis, axiomatis quid sentias, fac sciam. Equidem sic censeo, nisi quid diversum tu mihi persuaseris, commodius illa tutiusque in medicorum scholis expendi posse, quam ægrotantium periculo nostræ farinę hominum praxi, ut dicimus, committi[a], quamquam nihil temere statuam, sed plane sententiam exspectem[d] tuam. Cupio valere te, mi Christophore, cum uxore cumque liberis et persuadere de Vadiano te tuo, quod possit. Apud divum Gallum, XII Kalendas[c] Augusti, anno MDXXI°. *J. Vadianus, D.*

De rebus novis adde quicquam, si quid harum penes te fuerit.

Præstantissimo artium liberalium et salubris medicinæ doctori,
Christephoro N., Tigurino, amico incomparabili.
Zürich.

a) Ein „m". — b) „c" für „t". — c) „calendas". — d) „exp-".

[1]) Vrgl. II, Brief 267, die Antwort auf vorstehenden.

110. XI 190

Heinrich Wirt[1]) an Vadian.

a.

Nudius est octavus, dum, mi Vadiane, ex Wila domum redirem, morbis hinc inde lassissimus[a]. Immerito autem fit, ut te vatem non prius salutem, quam medicum mox meum salvatorem expostulem. Fatum consuetudinis ineundę[b], si per illum, cui pro viribus hactenus voluerim, primum iam periculum capitis evasisse videbor. Qui, quæso[c], aliud familiaritatis mutuę genus tam commodum offerri poterat? Gaudere cœpi[d], dum cogitarem, istud amicitię[e] nostrę vinculum futurum. Ad morbum citius redeo. Is e capitis læva[c] parte penitus prodit, ita tamen, ut in stomacho oriri videatur. Monent hoc stomachi vehementissimi crepitus, præterquam[c] vapores, amarissimis exhalationibus undequaque[f] permixtis. A septima antemeridiana ad vesperas usque dementiam vix supero. Hæc[c] medicorum doctissimo, citra tui ignominiam adicio[g]: species ægritudinis[c] tibi, mihi rara est; tu expertior fies, si omnem languendi audias certitudinem. Me it(a)que iuva atque porrige, quę pro salubritate recuperanda tibi

videantur promptiora[h]. Porro quod pharmacopolam spectat, aut meus hic consa(n)guineus aut ipse ego post meam resurrectionem[i] promptissime[k] affero. Vale .Ab infinitis meis doloribus nihil ab isto nuncio[l] pecuniarum expectes. Ceterum ne ingrato mihi facies quidquam.

Henricus Duranus, Vadiani totus apostolus.

Artium ac medicinę doctori Ioachimo Vadiano reddantur literę præsentes[c].

a) Folgen 3 radierte Buchstaben. — b) „iniundę". — c) „e" für „æ". — d) „cepi". — e) „c" für „t". — f) „undiquaque". — g) „adijtio". — h) „promtiora". — i) „resurrextionem". — k) „promitissime". — l) „nunctio".

XI 25.

b.

Belle mihi persuades, Vadiane, si choleram huic morbo caput fuisse mones, quod inde vix tandem sinister elicio. Nuper enim, dum in Hebraicam institutionem plus ęquo desævio[a] atque in ea perdiscenda fere bacchari occipio, tum nescio, quæ[a] bilis mihi exoritur. Dixisses, scio, æstum fuisse cholericum, nisi χρεοκόπον me malis; illud dico, quia interim recte non valui. Ceterum quod te mihi dolere scribis: dolorem ego tuum doleo. Si me unquam salvum cupis, dolore cito desinas. Me vero neque putabis, pro quo tu, Vadianorum decus, te quidquam[b] distrahas. Sed rideo cunctis mortalibus tantum valere consue(tu)dinem. Indies qui medicorum de pecunia capienda dulcorem nunc sapis, humaniter tamen ante nutritus, iam velis nolis plus tamen humanus, quam dives esse studes. Tædes[a] forte, si præter[a] rem medicam ulteriora confabulor. Syrupi binas dedisti portiones; altera matutina imbibita mox extra elabitur; vespertina bene mecum duravit. Pillulas voravi; venter laxatur sexies. Nunc, dii boni, quam cita sunt humana pericula! Pollicebaris cuncta secura, unde plus animi mihi in tales res aderat. Bonum fuit medicantis solatium[c]. Operosa fuit et ægrotantis[a] sollertia[d]. Vidi nimis edaces pillulas, quas nutrire cœpi[e] edendi frequentia, quod nisi fecissem, peream ego, si non Codri rupta fuissent ilia; quod credis, si audis, etiam totam permerdatam fuisse dominicam vixque luna sine nostra labe subivit. Vescendo satis mihi abstineo. Vinum, vero non mixtum, sorbetur. Quia Cursicum, Romanicum, Thasiacum, Mareoticum aut Rhæticum[a] aliove modo passum non est, nostratia bibo; non aspera, attamen bene veterna nec usque adeo vitiosa, quę, ut paucis agam, nec præsens[a] ipse Averrois diluenda contenderet. Nunc phlebotomia superest, qua multum egere scribis. Hanc statue ac tempus simul præscribe[a] et vale. Ego cetera propter languores tunc[f]

taceo. Dum enim hæc scribo, nescio quis me malus abstulit error. Vix illud adicio[g]: crassiora morbi puncta e capite esse repulsa, omnia vero nunc esse rotunda. Nec temporis patiebatur[h] angustia.

Henricus, quem scies, quod[i] sit tuus, *Duranus.*

Vadiano suo, doctori et medico, poetæ atque artium liberalium philosopho, in primis nobis verendo.

a) „e" für „æ". — b) „quicquam". — c) „c" für „t". — d) „solertia". — e) „cepi". — f) Doch wohl für „nunc" verschrieben? — g) „adijcio". — h) „paciebatur". — i) „quod" durchgestrichen.

C. XII 273.

Urinam habes, doctissime Vadiane. Quæ[a] si morbi conditionem satis ostendere nequit, nostras quære literas. Accidit ante aliquot lustra, ut a tyranno[b] Germanico inhumano carcere tentus per frigora perii, pæne exanimatus. Inde fuit, ut quodam stranguriæ genere sæpius vexavi consueverim. Morbi principium oriri solet in lumbo lateris sinistri; cito inde migrans ad loca genitalia, urinæ exitum valde prohibens, cum maximo membri strangore. Inde prosilit in latus dextrum, dolore multo me puniens. Tandem in ilia penetrat, me supra modum crucians. Non iste dolor quottidianus est; evanescit etenim morbus, post biduum certissime rediturus (si non citius). Nescio, an vera sit stranguria an arenarum calculi sive morbus dictus der kalt seich; tibi cedat iudicium[c] de morbi nomine. Sit utcunque velit, tu, rogo, præbe consilium et præsta auxilium. Hactenus pillularum purgatio multum mihi profuit, quorum etiam aliquot tua mihi Dominatio dedit. Fac igitur purgationem mihi (pro sapientia tua) congruam et vale. Balnea domestica mihi fuerunt salutaria. Tu si quid radicum sive herbarum inmiscendum putas, fac sciam, optime Vadiane. Die lunæ ante palmarum dabantur literæ.

M. *Henrichus Wirt.*

a) Durchgehends „e" für „æ". — b) „tiranno". — c) „t" für „c".

Doctori eximio Ioachimo Vadiano, Mæcenati suo perspicacissimo.

1) Von *Heinrich Wirt* sind keine weitern Briefe vorhanden. — Eine Vergleichung der Schrift dieser drei Stücke scheint mir ganz unzweifelhaft zu ergeben, dass sie von einer und derselben Hand geschrieben sind; es fällt also der *Henricus Duranus* (von Winterthur) mit „Heinrich Wirt" zusammen. Die zwei ersten Briefe sind so völlig entsprechend in Schrift, Tinte und Papier, dass sie jedenfalls auch zeitlich ganz nahe zusammen gehören. Der dritte Brief ist sehr wahrscheinlich ziemlich später geschrieben; die Schrift weist noch viele charakteristische Übereinstimmungen, daneben aber auch Abweichungen auf, Tinte und Format sind anders. Auch die Adresse der zwei ersten Briefe weist auf eine frühere Zeit.

XI 257. 111.

Hans Grütter[1]) an Vadian.

Min un(ter)tenigen dienst. Lieber her und dochtter, ich lon üwer Wirdi wüsen, das mich das kalt wee nütt gelon hatt, und wunderett mich, wie es zum[a]; dan ich hains nach allweg aim aineren tag. Und thůtt mier nütt als wee, als var. und mag wol essen und trinchen. Und dar zů lon ich üwer Wirdi wüssen von miner husfrowen, das sy das im hobtt[b] nütt hatt gehulffen. Darum so raten und helfen, ob ettwen ain baid[c] gůtt wery, das die kranchhaitten besser wurdy. Und hulf uns gott zu gesunttthaitt, so wil ich üwer Wirdy das vergeltten und nitt vergebens begeren. Nütt mer, den gott sig mitt unss allen etc.

Hans Gruitter, wirtt zů Richenbach.

Dem hochgelerten heren dochtter Ioahin von Watt, minen gůtten günder und fründ.

a) Vorher ein durchgestrichenes „k"; es sollte doch wohl „kum" heissen? — b) Zwischen „hob" und „nütt" über der Zeile nachgetragen „burgtz"; wohl für „burgatz", das nach „das" stehen sollte? c) Über dem „i" ein „y".

[1]) Von *Hans Grütter*, wirt zu Rickenbach, ist nur dieser eine Brief vorhanden.

XI 245. 112.

Wendelburga von Rappenstein[1]) an Vadian.

Hochgelerter, lieber her doctor. Ich laß uich wyssenn, wie sich min[a] sach zům erstenn zů gůttem geschickt hatt, das ich vermaindt, des grymenes unnd glydsucht abkommenn synn. Aber doch glich, sobald ich wyder an denn lufft kumenn bynn, ist min[a] sach widerum zůrugg geschlagen unnd das grymmen in dem lyb, och die glidsucht der maß an mir zůgenommen, das weder tag nach nacht lutzel růb an mir ist gewesenn. Wol syd malß unnd ich denn schwartzen haber in ainem keßel gewermpt unnd darnach uber minnen nabel gelegtt, lutt ewer befelch, hatt mir wol minen[a] schmertzen im lyb zům thal, aber nyt gar, vertrybenn. Wytter des salbs halb lasß ich euch wyssenn, das mich das selb nytt anderst hatt geholffen, wie wol ichs ardenlich ingesalbett hatt: denn das ich nach groß schmertzen unnd wee in allen minen[a] gelyder, hend unnd der füß, och in bayde armen lam wordenn byn. Och so ist noch kainer sonderer lust zů *kain*em essen noch trynnckenn. Wol mag ich zů zyttenn

rychlich trynckenn. *Das* gyb ich aber dem zů, so ich mich al lyblich nacht unnd[c] tag mitt dem warmen haber gebeyett hab uff dem buch unnd uff denn bainen[b] unnd[c] och uff denn füßenn. Aber sunst zů anderen zyttenn hab ich nytt besunder durst. Mich hatt aber wol byßher bedunnckt, der warm haber hab mir fyl schmertzeß im lyb unnd[c] in denn gelydern gemiltertt, aber nytt gar hynweg genomen; sonder kumpt es fur unnd[c] fur wyder, unnd[c] ist zůlest die lemy[d] inn henda unnd arm hernach kommenn. Unnd darum, lieber her doctor, so welid mir wytter ratten, wie mir ze helffenn sy, oder[e] ob ich mich fur unnd[c] fur also mitt dem haber uff dem buch unnd[c] uff den bainen, wo ich dan des grymenß empfind, bäyen solle oder nytt, oder allain uff dem buch unnd uff denn bainen nytt; wie wol ich hab byßher vermaintt, er thüe mir uff den bainen als wol, als uff dem buch[e]; unnd wie euch denn gůtt bedunnckt, das selbg zů schrybenn unnd die artzny darmitt zů sendenn, damytt ob ich wyder uß dem bett kommenn mocht. Item so wissenntt[f] wytter, das ich glich anfangs das kindt hab můssenn endtwennenn unnd[c] nytt mangel halb der milck, sonnder[g] das ichs von wegen des grynnes (!) nytt hab mögenn erlydenn; och darby besorgt, die milch wer nytt gůtt, besunder dem kindt schädlich. Och wytter, her doctor, so wissenntt zům dickermal: so ich an wenig stůlgang hab, zům drytten oder fierden tag ainest, ich hab die byllily genomen oder nytt, so gatt alwegen schlym darmytt, wie ains zů dem munnd uß wirfft; damitt ich wol dencken mag, das noch fyl wůst darhynder sy. Damitt[h] verlich unß gott sy (!) gottlich fryd und gnadt. Amen. Item ich bynn an minn (!) lyb allenthalb so ser, das ich mich nytt wol lupffen unnd fürenn mag lassenn; sunst enpfindt ich nytt besonders, weder zů dem hertzen, noch im hoptt, den das ich von der hytz des habers zůnn zytten blöd wyrdt unnd[c] mag nytt wol haben denn schlaff. Und darum, wie min sach ietzmal besser wurdt, byß ich fyllicht, wie dann ir och farmalß geratten habendt, ze Mayenn in an gůtt baad käm, oder ob das nytt gesynn möcht, in dem huß von euch ain bad annemy.

Wendelburga von Rappenstan, geborenn *von Fryberg.*

Dem hochgelerten, furnemenn hern Ioachym von Watt, doctor und stattartzett zů Sanntt Gallen.

a) „mim, -en". — b) „baimen". — c) „umd". — d) „lenny". — e) Die Partie „oder — als uff dem boch" am Rande nachgetragen. — f) „wissemt". — g) „somder". — h) „danitt".

[1]) Von der sonst unbekannten *Wendelburg von Rappenstein* ist nur dieser eine Brief vorhanden.

I 249.

113.

Sophie von Rinach [1]) an Vadian.

Lieber her docter von Wat, ich schick üch hie minen harn oder wasser und bit üch um einen gůtten rod. Ich mein, es solt mir vom magen sin. Ich hab kein unlust zů essen; aber so balt ich anfoch zů essen, ist mir es zů mir we. Dor zů nottit mich fil mol über den stůl und hab ein zit lang kein gůtten stůlgang gehebt. Ich meint, ich wolt ietz zistag lossen[a]). Rotten irs, so lossen mich wissen. Wo dunckt üch, daz ich einer gůtten purgatz nodwendig wer, so schicken mirs und wie und wen ichs sol ineman (!), und schryben mir, waz das wasser anzeigt. Waz ich üch schuldig wird zu dun, wil ich erlich ußrichten.

Adresse fehlt.

Sophia von Rinach.

a) Zu Ader lassen? — „u" und „ü" sind nach den übergeschriebenen Zeichen nicht mit Sicherheit zu unterscheiden.

[1]) Auch von *Sophie von Rinach* ist nur dieser eine Brief vorhanden.

I 282.

114.

Marina von Jestetten [1]) an Vadian.

a.

Min stätti trüw und früntlichen grůss. Hochgelerter und min insunder günstiger herr docktor, ir wissend, daz sich jetz die zit hat verloffen, das ir mir habend wellen ingeben. Ist uss ursach also angestanden und möcht es lenger anston, wolt ich nit ungern biß ze winächt warten. Doch beger ich nünt ze versumend. Bedunckt es üch jetz ain notturfft ze sin, so wil ich im jetz vast gern gnog. Uff sölichs lon ich üch uss vertruwlichem hertzen wissen, wie es jetz ain gestalt umb[a]) mich hat. Ich welt viel lieber munttlichen mit üch reden, denn üch schriben. Nun hand ir mir zenächst trülich nachgefragt an der siechmaisterin. Hat mich wol an üch erfröwt. Die siechmaisterin sait mir glich, ir hettind gefragt, wie es umb[a]) den armen stůnd. Do gab ich ir ze antwurtt: mir gebrest überal nünt mer. Mir wer laid, daz si und ander wisstind, wenn mir ettwass von der kranckhait gebrest, wie lieb ich joch innen bin. Mir gebrist nünt ain trüw von innen allen Aber wo si ünt ain mir verstöndint miner kranckhait halb, so wurd man mich warlich schüchen. Daz mag min unerstorben hertz nit geliden. Ich mag üch schriben, wie vormalß. Ich waiss, daz

es mir ain abruch minß jungen lebendz ist, sol ich wider zů der ersten kranckhait kumen; des ich fürwar besorg, wo ir nit werind und foran got. Dorum, min hertzlieber, früntlicher her docktor, bit und beger ich uff daz aller höchst von üch, daz ir mich üch in allen trüwen lassind befolen sin, nachdem und ich üch vertruw und lieb hab; won ich hab all min hoffnung und zůversicht in üch gesetzt gesunthait halb. Wenn ain ellend in mich kumt, so ich ain mir selb merck, das ich nit rächt gesund wil sin, so tröst ich mich allain üwer. Was ich doch suss für ain kranckhait het, denn die, so törst ichs sagen. Aber die ist inen allen forchtsam, won si nie in ünsrem kloster ist gewessen. Nun hand ir mich wol getröst, der gebrest ain den armen sy nun ain schlecht rud. Sechind irs jetz, ir sprechind, es wer von der vorigen kranckhait, und ist och laider nünt anders. Ich kenn es vast wol: es frisst wit umb[a] sich und sind grosse mäller und ruffen, wie vor, denn daz ichs nie grösser hab gehept; und so es schon ab gefalt, so wirt es glich wider. Ich hab es ain beden armen nun in den ellenbogen. O ich han min lebtag nie semliche rud gehept. Daz, das ich vor jaren hab gehept, sind gross aissen gesin und grosse geschwulst, darus vil blůt ran; ist nienen dem jetzigen glich, und laid darbi grossen, pinlichen schmertzen. Och lon ich üch wissen der mäller halb, so ich hab über den ruggen und das hertz, wie ich üch denn zů nächst hab gesait: si merend sich me, denn daz si abnemind. Wurd manß von mir innen, wie wol ichs vor och hab gehept, denocht wirdint si mainen, es wer ettwass böss. Die grüsch wil nit dar für helffen. Rattend mir ettwass dar für, bit ich üch früntlich. Ir sprechend: ich sy sorgsam. Ist war, won ich hab ursach dar zů; andry kranckhait machetti mich nit so forchtsam. Och lon ich üch wissen, daz mir in dem angesicht und an dem lib hin und her nit vil sürli und grüffeli vast kline endspringend, gar nach wie ich im anfang miner kranckhait hab gehept. Ir ist wennig und vast klin. Es hat sin noch niemand ain mir gewaret, wie wol ichs aller maist in dem angesicht hab. Ich het es für nünt bůß, ja wer es an der ersti nit och also gesin. In disem allem beger ich üwers wisen ratz und üwer trüwen, und wie üch gůt dunckt mit mir ze ton, wil ich üch gern folgen. Doch wie ir mit mir sind handlen[b], so lond es darbi beston, semlichs hör sölicher kranckhait zů. Lond üch gegen kain menschen mercken, als ob mir ettwass gebrest. Darum bitt ich üch früntlich und trungelich. Es waist niemand, das ich üch schrib, noch daz mir naisswas gebrist. Kaine ist mir

so lieb, der ichs sag. Tond nach dem, und ich üch vertrüw, und sind mir vor liden und haltend üch deß, so ich üch vor och geschriben hab. Schwöster Elß waist och nünt von minem schriben, noch waß mir gebrist. Ir wissend wol, wie ir üch mit ir halten sond. Hůtend, daz kainß in üwrem huß ir sag, daz ich zů üch hab geschickt. Wellind ir so demůttig sin und mir min schriben verantwurtten durch geschrifft, so haissend die magt wider zů üch kumen, won ir sond mir nünt von denen dingen mit mund durch niemand enbütten. Got wet, daz ir selb zů mir kemind. Ich bit üch früntlich, zürnend nit ain mich, daz ich ze nächst so unkunnelich und ungeschicklich zů üch geton hab. Ich tätt es uss schrecken. Und hand mir nit verübel min unvernünfftigs bůß schriben. Ich schem mich von gantzem hertzen vor üch miner bůssen geschrifft, aber notturfft und vertruwlichait bringt mich dar zů. Hochgelerter und min insunder trüwer, hertz lieber herr docktor, min anligen usswendiger gebresten verstond ir wol; och andrer blödigkait halb deß hoptz und anders von inwendig zaigt üch min wasser an. Dar nach tond, wie es üch gůt dunckt zů miner gesunthait. Damit verwar üch got und widerleg üch alles daz gůt, daz ir mir tond, mit sim selb in zit und in ewigkait.

M(arina) von Jestetten, üwer mit allen trüwen a(ll) z(it).

Adresse fehlt.

a) „um" mit Abkürzungsstrich. — b) Über „handlen" steht „hillf".

XI 283. b.

Hoch gelerter und min insunder trüwer herr docktor, nun hat sich ietz die zit verloffen, daz ir mir wellend, deß ich hoff, ain hilff ton durch üwern wisen rat und artzny, daz mich ain grosse noturfft dunnckt. Darum ich üch uss vertruwlichem hertzen uff daz höchst bit, daz ir es nit lenger an lassind ston, sunder mich üch in allen trüwen lassen befolen sin. Ich schrib üch warlich vast ungern, angesechen min ungeschicklichait und daz ichs nit kan. Och bin ich in sorgen, daz ir darinn habind ain missvallen, won ir so vil ze schaffen hand. Ich waiss aber zů niemand min hoffnung zů setzen miner kranckhait halb, denn zů üch. Und welt got vom himel, daz ich nit lenger mir selbs wer ald min h(ertz) l(iebes) můtterli selig nit lenger sölt haben, denn so lang biß ich von diser kranckhait gantz ledig weri, ich waiss, daz si mich nit verlassen het, daz üch und mir gnog wer geschechen. Worum ich üch diß schrib, acht ich, ir kunind es vast wol verston; darbi lon ichs beliben. Sind ir von minetwegen nit wol us-

gericht, ist mir laid. Es stat aber nünt an mir, won ich bin dem covent ergen, wie wir den meren tail all, wenig ussgelon. In diser sach hab ich ain grosse beschwerd; daz sond ir wissen. Ich fürcht, daz ich dester minder hinfür gesund werd beliben, wenn ich nit me ain semlich vertruwen und hoffnung zů üch törft haben. Doch wil ich noch nit an üwer trüw zwifflen. Es ist vilicht nit, wie ich hab gehört. Ich hoff, was ir geret habend, sy nun geret uff daz zůkünfftig und daz ietz gegenwürtig ist. Mich bedunckt, ünser her hab die Mangoltin vil herter angriffen, denn mich, daz fil mer über si werd gon, denn über mich in all weg. Ich hab aber den ersten schüchen und schrecken můssen innemen; der schüch ist ietz wol halb minder und sagend si, ir verbütend nienen so vast bi ir und umb si ze wandlen und si ze schüchen, als mich. Gan ich ir von hertzen wol. Got hat mir deß ersten trucktz gunen; an trüwer pfleg hat mir nünt gebrosten. Min rächt lieber, früntlicher her docktor, lon üch gegen kainem menschen, weder fründ noch frömd mercken von des stuckz wegen, noch von kainer sach wegen, darbi man möcht mercken, das ich üch haimlich schrib. Mir kem gross liden darus. Ich hoff, ir sygind nit untrüw an mir. Ich fürcht got nünt umb daz haimlich schriben; won es min grosse noturfft antrifft. Ich waiss, daz mich min starcker glob und stätte hoffnung, so ich in üch hab gehept, uffenthailten hat; won ich erkenn vast wol, das ir trüwen fliss und ernst an mich hand kert, des ich üch min lebtag danckpar wil sin gegen got. Und wer ich min selbs, so söltind ir sechen, daz ich mich mit truwen gegen üch wet erkennen und erzaigen. Ich was ain mal kranck. Do sprach min arzat: er künd mir nit helffen; ich het nit globen noch liebi zů im. Des torffend ir nit; won ir sechend ain minem kintlichen schriben wol, daz ich ain rächte gnad und liebi zů üch hab und daz ich üch wol truw. Des lond mich geniessen mit üwer trüwen hilff. Beger ich uss grunnd minß hertzen von üch. Hoch glerter und min insunder lieber herr docktor, ich welt gern, daz ir genntlich (!) wisstind min anligen, das ir mir darnach ingebind. Ich schrib üch nit gern so vil. Ich waiss, waß üch dienet. Doch bin ich stätt daruff, wie ich zůnächst hab gesait; denn daz es sich bůssret im antlit. Darinn endspringend mir ummerdar nüwe sürli; si sind aber noch nit so sichtpar, und gond mir flüss durch daz antlit inwendig, wie bechli, und bißt mich vast übel. Suss endspringend mir hin und her och kline sürli und ist mir vast we im hopt. Ich han mich darin geben. Helffend ir mir nit glich, so wird ichs nit lang kunen verhalten;

won mir ist nit anders im antlit, denn als ob es mir gantz mûss usfaren. Was es aber sy, waiss ich nit. Man wurd es aber für die vorigen kranckhait schetzen. Tond in dem allem mit trüwen und wie es üch gût dunnckt, daz mir gehulffen werd. Es waist noch niemand nünt von minem anligen. Ich vertruck me, denn mir gût sy. Ich möcht vast wol geliden, daz ich noch ain mal ald zway mit üch ze red möcht kumen, so ir doch suss ietz dick hin in werdent gon und ich och wird innemen. Die priorin hat mir nünt von der sach gesait, darvon ich üch ain wenig hab geschriben. Es wer ir laid, daz ichs wissti; won si waist wol, daz ich ain gûtz vertruwen in üch hab. Fûgt mir got, allain mit üch ze reden, ist mir ain grosse fröd, von dryger sach wegen. Ir sond wissen, daz ich jetz min blödigkait des fürderlicher vertruck von üwer wegen, daz man nit kunt sprechen, ir habind mir nit gehulffen, und daz nit ain missglob in die jetzigen und in ir fründschafft kumm. Ich bin nün mil von hinnen und han kain fründ hie! Wen es fûg hat, so wil ich üch ain klin ettwar mit mainen ich het üch vast gern krepffli gehept. Damit verwar üch got zû a(llen z(iten). *Marina von Jestetten,* ü(wer) mit a(llen) t(rüwen).

Adresse fehlt.

[1]) Von *Marina von Jestetten* liegen die zwei unter einer Nummer zusammengefassten Briefe vor. Wahrscheinlich haben wir es mit einer Klosterfrau von St. Katharina zu tun.

XII 261.

115.

Zwei ärztliche Gutachten Vadians.

a.

Dysse frouw hat ain gar gilbig und scharpf wesen in ir; endtspringt alls von der lebern har, und schwelt sich die gall oder geelsûcht in den magen, machet sy grülig und unwillind, von wegen der bittere; und fart ir in alle glider und bringt ir vil mangels. Eß verlayt ir ouch ir frouwenzyt und machet sy ellend.

Wann man ir sachen gût machen wil, so mûß man ernst ankheren damit man die gallen und gilbe auß ir bringen und dannethin ouch ain lässy und daruf ain bad angen etc. Das dochterly sagt mir, sy sey lang gelegen. Verwondert mich, das man nit anfangs zû solchen dingen thût. Ich wil aber gern ir sachen zû bessern mit ringen kosten mich der mû und arbait nit bedauren laßen. Wird alles nit gar ainen guldin koste damit ich ir ze helfen mich mit got undernemen welte.

Adresse fehlt. Doctor *von Watt.*

b.

Sonderß lieber Rûf, ich hab uwer wasser aber mals besechen und find darinn allerlay kelte im[a] leyb, besonders aber zû den nieren; die sind ettwas grienig und sigloß[b], wie ouch die blater; die ist am[a] wasserhalten und laßen ouch matt; bhebet[c] nit, wie sy sölt, und lat nit, wie sy sölte etc. Ich achten aber, ir habind ettwann uff dem[a] see allerley frösten in gnomen[a], die ietz zûm tayl mit üch ouch um[a] gangind; und schlecht im[a] alter alls zû samen[a]. Doch hoffen ich, üwerm anligen möge wol radt geschechen. Erstlich möcht ich liden, das ir nu me ainen alten, gûten geschmaken win, der doch nit zû stark wëre, bruchtind und trünkind. Wil achten, der selb wurd euch den schmertzen gewüsslich ringern. Dan wo man dess grienß empfindt, da wellend die nüwen win, besonders wann sy noch trûb sind, nit sonders gelegen sein. Harum so laßend euch fürderlich an den alten. Dess stûlgang halb so trinkend an tag oder drey under tagen von ainem ayer schöttly und ieweylen oder am[a] anderen morgen ain nûchteren trunk warmen schotten. So ferr daz uch nit wil limpfig machen, so wil ich üch ain liepplich pülferli schiken und anzaygen, wie ir daß selb bruchen sond. Wirt üch recht limpfig machen. So mögend ir mit dem schrepfen und bad fürfaren, wie ir eß vor üch habend, dess glichen daz wasserbad ouch bruchen. Und acht, eß werd euch alles wol thûn. Waß üch aber ferners zûsten welte, mögend ir mich weyter berichten. *Joachim v. Watt,* doctor, E. williger.

a) Mit Abkürzungsstrich. — b) von seihen, seigen, sigen; also = undurchlässig. — c) „bbhebet".

Das zweite Gutachten in Form eines Briefes findet sich auf der Stadtbibliothek in einem Sammelband für einzelne Blätter. Im gleichen Band sind auch die gedruckten Thesen für Vadians Doctorpromotion enthalten und zwar ein erstes Exemplar mit folgender Überschrift: „Q(uestio). Utrum tria prima virtutum genera, ab Avicenna descripta, ratione diversa, realiter et essentialiter cum animæ substantia conveniant?" Darauf 3 Conclusionen mit je 3 Propositionen und zuletzt von Vadians Hand: „Vadianus defensurus erat hæc axiomata. Sed non nullis doctoribus et scholaribus, invidia corruptis, eam (!) nimis philosophicam (!) calumniantibus thema de phlebotomia proposuit." Dieses zweite „Thema" ist überschrieben: „U(trum) phlebotomia, quæ pletoricis corporibus precipue salutaris est, febrium curis canonice adhiberi possit". Es folgen 2 Conclusionen mit je 6 Propositionen und einem „Corollarium", darauf von Vadians Hand: „Vadianus defendit XXVIIo Augusti, anno MDXVIIo".

Unter einer andern „Questio": „U(trum) corpus a iusticiali temperie lapsum per sibi similia potius quam contraria sit conservandum"? mit 3 Conclusionen, 3 Propositionen und einem Corollarium, steht von Vadians Hand: „Ad hanc positionem ad gradum baccalauriatus Vadianus respondit. Medice (!)."

XI 194.

116.

Joachim Egellius[1]) an Vadian.

(Ravensburg. 1519. Mai—August.)

Bitte um Nachrichten. Verheiratung. Empfehlung eines erfahrenen Pharmazeuten.

S. plurimam dicit. Sæpius[a]) ad te scripsi, optime Ioachime; nusquam tuas perlegi literas. Quas tamen desidero vel longissimas, ut cum fænore resarcias taciturnitatem illam tuam. Quamquam a Musis et Gratiis[b]) omnibus absim, tamen plurimi facio, si quid literarum ab eruditis tuique similibus recipio. Quare me cumprimum certiorem reddas, quid rerum geras, velim, an cum Avicenna et Mesue et ceteris arabicolatinis[c]), quod plerique omnes factitamus, negotium[b]) habeas. Ego Ravenspurgum rursus concessi, ubi uxorculam duxi non nigratam, non illepidam, ut tranquillitati me redderem, ad quod te hortarer, nisi rescirem, te illud iam pridem in votis habere. Ceterum præsentium latorem, hominem probum, ingeniosum, in conficiendis pharmacis mire exercitum, qui aliquot retro annis Victori apothecario ita servivit, ut a doctore Mathia meque album semper calculum meruerit, unice commendo, ut eum opera tua adiutes. Vale feliciter[d]). Iovis post dominicam Cantate.

Tuus *Ioachim Egellius.*

Ex animo te salvere iubeo, mi Vadiane, et meas literas te lecturum spero. Vale. Ex museo Ioachimi propediem.

Tuus *Michael Humelbergius* R(avenspurgensis).

Egregio viro Ioachimo Vadiano, undecunque doctissimo, Sanctogallensi.

a) „e“ für „æ“. — b) „c“ für „t“. — c) „Arabicolatis“ mit Abkürzungszeichen. — d) „feleciter“.

[1]) Von *Joachim Egellius* aus Ravensburg sind zwei Briefe vorhanden, der vorstehende undatierte und ein zweiter vom 14. Juli 1526. Die Aufforderung, seinem Beispiele zu folgen und eine Gattin heimzuführen, verweist diesen Brief doch notwendig in die Zeit zwischen die zweite Rückkehr Vadians von Wien und die Verheiratung mit Martha Grebel, d. h. Mai bis August 1519. — Der Brief ist uns leider zu spät in die Hände gekommen, um ihn noch an der richtigen Stelle einzureihen.

XI 106

117.

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

(Constanz. 1525.)

Empfehlung eines um des Evangeliums willen vertriebenen Christoph. Klagen über die Wiedertäufer.

Gratiam et pacem a deo.

Iam impleri video, quæ Christus suis apostolis prædixit olim: Persequentur vos de una civitate in aliam. Patitur hoc malum Christo-

phorus[a] meus, præsentium exhibitor, et haud aliam, quam ob evangelii causam. Tu si[b] ipsum susceperis, deo et michi rem scias fecisse gratissimam. Vellem baptizatores omnes esse extinctos; nihil enim agunt, nisi quod nos in sectas dilacerant, fidem et charitatem prorsus exstinguunt[c]. Michi nihil cum illis commune, nisi quod omnes vellem resipiscere. Libris meis si[b] amplius non indiges, fac ut ad me redeant. Vale in Christo Iesu, qui tibi velit spiritum suum impertiri, ut revincere possis fortiter omnes contradicentes veritatem. Salvos opto omnes fratres.

Tuus ex animo *Io(annes) Vannius.*

Doctissimo ac evangelicæ veritatis studiosissimo Ioachimo Vadiano, in Christo fratri suo.

a) Eher „Christepherus". — b) „sy". — c) „extingumt".

[1]) Vrgl. Brief 375.

Von Büchern, die Vadian von Wanner erhalten oder gewünscht hat, ist in den Briefen 375 und 381 vom 19. December 1523 und 19. Februar 1524 die Rede. Doch wird man den Brief wegen der Klagen über die Wiedertäufer in das Jahr 1525 setzen müssen. Bei dem vertriebenen Christoph darf kaum an Christoph Schappeler gedacht werden, der sich im Juni 1525 aus Memmingen flüchten musste, da ja der mit Vadian selbst in Briefwechsel stehende Schappeler keiner Empfehlung Wanners bedurft hätte.

118. XI 250.

Christoph Richer[1]) an Vadian.

(1519—1525?)

Entschuldigung seines Schreibens. Freude an der bessern Lehre.

Hortantur me tibi scribere, Vadiane prudentissime, cum singularis tua eruditio, quæ[a] passim percrebruit, tum quorundam familiarium tuorum amica exhortatio. qui, qua humanitate polles et quam facili excellis ingenio, mihi adeo cupide prædicarunt, ut quamvis nullus sim præstiteritque tacere, quam loqui, scribere tamen nihil reformidem et meam forte inscitiam explicare. Unde me non iniuria dispicere possis ac temeritatis arcessere. Sed faciamus, sic esse. Ea equidem melioris doctrinę voluptate afficior, ut spreta omnium ratione id genus exercitationis amplecti non distulerim, spe conciliandarum hinc consuetudinis, amicitię, rerum communicationis, ex quibus amici operam fugamque ignorantię, qua plus satis effundor, non despero. Noli itaque mirari, si audeam scribere, cum humiliore sim ingenio. Ardua siquidem mihi ratio videtur, quæ[a] me ad scribendum impulit. En vero præludium habes necessitudinis atque amicitię, qua via multum mihi polliceor utilitatis et in ignorantia,

quæ[a] me nimium detinet, propulsanda industrię. Neque tibi, opinor, molestum fuerit, ab eo, quem nunquam videris aut ullo modo cognoveris, molestari, sed potius id laudi tibi duxeris, cum, quem tu ægrum[a] excolueris, tam prospere excrevisse intelligas, ut nulli tędium, omnibus voluptatem pariat immortalem. Vale.

a) „e" für „æ".

Tuus ex animo *Christophorus Richerius.*

Doctissimo domino domino Vadiano.

1) Über die Persönlichkeit dieses Schreibers, von dem nur dieser eine Brief vorhanden ist, fehlt ebenso jeder Anhaltspunkt, wie über das Datum des Briefs. Doch darf das Schreiben seinem Charakter und seinem allerdings herzlich unbedeutenden Inhalte nach unbedenklich in die Anfangszeit der reformatorischen Bewegung, jedenfalls in die Jahre vor Vadians Erhebung zum Bürgermeister gesetzt werden.

Die zwei nachfolgenden, ziemlich gleichzeitigen Druckschriften entnommenen Nummern sind uns ebenfalls erst nachträglich in die Hände gekommen.

119.

Vadian an Georg Collimitius.

Wien. 1512. Januar 12.

(Der Hutten'schen „Ad Divum Maximilianum Cæsarem Exhortatio" etc. vorgedruckt.)

Ioachimus Vadianus, Helvetius, poeta et orator laureatus, Georgio Collimitio[1]), mathematico et medico, salutem dicit plurimam.

Venit superioribus mensibus ad me Mariumque et Aperbachum[a] illum eruditum, dum ageremus contubernio, Ulrichus Huttenus, poeta, tam, ut ipse quidem videre videor, ingenii fecunditate[b] nobilis, quam maiorum claritudine ac insigni prosapia famigeratus; qui ea fere ratione et accessit nos et acceptus a nobis est, qua constantiæ ac fortitudinis exemplar Ulysses ille, dum terris iactatus et alto vi superum, post ingentem illam Alcinoi[c], Phęacum regis, humanitatem patriam petens, ad eos[d] venit, quibuscum pristinæ quietis voluptas sibi accessit. Cum enim vel prima nocte, qua lares nostros ingressus est, petentibus nobis ordine narrasset, quam peregrinatio sua, experiendi gratia instituta, ærumnis[e] referta fuerit quamque in Germanico etiam Oceano, quod attigit, Scylłęam[f] rabiem expertus, ad proxima litora[g] in Cyclopum manus inciderit; quos primum — mirum! — amicos habuisse aiebat, deinde[h]) vero, urgente fato, cum iter alio instituisset, furore correptos, pręter vi-

De baptizatoribus mira apud nos mentiuntur; sed culpam omnem in innocentissimum evangelium reiciunt inimici Christi. Ego tentabo, si[b] possim, pacificum verbum ab huiusmodi iniuriis vindicare. His vale in Christo Iesu, qui te servet atque prudentem reddat, ut possis pro utraque republica omnia gerere. Datum 12. Ianuarii 1526, festinantissime.

Tuus ex animo *Io(annes) Vannius.*

Has litteras da Salome, ut secreto det, sicut[c] optime scit[c]. Si gehörenn in das ledere secklin; ita dices ei.

Prudentissimo ac vere christiano Ioachimo Vadiano, domino ac fratri suo in Christo charissimo. Apud divum Gallum.

a) „commitiæ". — b) „sy". — c) Nicht völlig sicher.

[1]) Vgl. III, Brief 375.

441. B 10.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1526. Januar 17.

Glückwunsch zur Würde des Bürgermeisters. Ausschreitungen der Wiedertäufer; seine Verteidigung gegen die Widersacher und Gewinnung neuer Bundesgenossen. Geburt zweier Kinder des Leo Jud.

Gratia et pax a domino. Plena sunt omnium ora, Vadianum consulem esse Sanctogallensium factum, pręter quę certiorem testem non habeo; quibus tamen fidem habeo, sive quod gnaviter credimus, quę optamus, sive quod frequenter aliquid veri subest in tam vehementibus rumoribus. Ego id felicissimum[a] augurium ampliandorum evangelii finium esse mihi persuasi atque o beatas urbes felicesque[a] respublicas, quę ex hoc erudito, sed procelloso sęculo saltem hoc auferant, ut tales sibi viros pręficiant, qui cum summa eruditione ac eloquentia summam pietatem prudentiamque coniugaverint. Tunc enim eis licebit beatum otium[b] ducere. Tu, mi Vadiane, opus non habes, ut te vel inditis calcaribus exstimulem[c] vel tractis habenis supinem, cum quod ipse eo loci me non esse arbitror atque mensurę, ut tibi pręcepta dare vel sciam vel debeam, tum quod ingenerata longoque usu durata dexteritas, sicut spero, ventura omnia: ętatem, consilia, casus, eventus, conatus moderabitur, ut sempiternę Sanctogallensium glorię plurimum apud posteros sit allaturum, Vadianum istic[d] fuisse olim consulem. Cupio de Iacobo Ceraunelateo deque Abtzellanis rebus scire. Fuit enim quidam apud me Ioannis Hassi nuntius[b], qui istud ore mihi nuntiavit[b]: catabaptistas com-

munes[e] cœpisse uxores habere, hoc est, ut nonnulli alterutr(or)um uxores inierint, palam videntibus maritis ferentibusque uxoribus. Ego pro publica contione[b] scelus non nominavi, sed fieri ab istis Abtzellę dixi absurda, flagitiosa istaque gente indignissima. Ibi nebulo iste, qui pelles facit quique superiore anno evangelistę sibi nomen apud nos sumpsit, clam apud catabaptistas verbis meis fidem detrahit. Si ergo per otium[b] licet, brevibus modo rem nuntia[b]. Simile quiddam non minus cupimus scire de matrona quadam honesta et gravi hactenus, quę apud vos narratur sese nudam in publicum eiecisse ac manu cunno illisa copiam sui omnibus fecisse, sacris quibusdam verbis, scilicet: «Ego corpori carnique mortua sum et vivo in spiritu; proinde me cuique licet, ut libet, uti». Venit et alius rumor: quinque apud Abtzellam Vulcano dicatos esse, quod Venere sint in mares abusi. Videmus, quid sit vinci. Malunt arrogantissimi homines a dęmone videri vel ludi vel agitari, quam gloriam deo veritatique dare. Putant nos non esse maiore constantia, quam ut his pręstigiis reddamur attoniti herbamque prębeamus. Nos Germanice nunc de eucharistia scribimus, quę speramus reipublicę christianę profutura, maxime Germanis. Faxit deus, ut omnia ad illius gloriam ac pacem publicam momenti plurimum ferant. Respondimus et ad insidias Eccii complicumque suorum. Defendunt me adversus Pomeranum duo quidam docti hercle; quamvis alterum vellem esse cautiorem, Germanice uterque. Venit his diebus libellus quidam Billicani Rhegiique epistolarum duarum. Dii boni, ut gentis huius vanitatem prę se ferunt! Rebar cordatiorem esse Rhegium. Pelecanus, cui iam primas in Hebraicis literis dant, noster erit propediem succedetque Iacobo Ceporino, qui periclitatum abiit ad superos, an sic se omnia habeant, ut mortales definiunt. Ioannes Iacobus Ammianus et R(udolfus) Collinus Gręcę lectionis provincię inauctorati[f] sunt, uno ambo stipendio contenti aliquousque. Fulmina, quę Iupiter ille Lucernanus, qui Syrię prąses erat, cum Christus trucidaretur, post comitia eiaculabit, consuesti, ut spero, nihil timere, etiamsi fetiales[b] cum ambusta hasta mittant. Vale. Felix[g] sit vobis faustusque anni tui consulatus. 17. Ianuarii MDXXVI.

H(uldricus) Z(vinglius) tuus.

Salvos iube Dominicum ludimagistrum, Christianum scribam, amicos omneis. De gratiis senatui vestro habendis uxoris nostrę nomine nuper, puto, tibi supplicavi[h]. Leoni, quo mundus videat omnipotentem

nuptias nostras benedixisse, honestissima uxor liberos duos feliciter[i] genuit, eosque marem et feminam[g], qui partus solent esse periculosi, si vera medici traditis ac physici. Ego dei dono sospes sum neque labascit adhuc animus.

Doctissimo piissimoque viro Ioakimo Vadiano, Sanctogallensium consuli prudentissimo, domino suo cum primis colendo.

a) „fœl-". — b) „c" für „t". — c) „exti-". — d) „isthic". — e) „comunes". — f) „inaut-". — g) „c" geschwänzt. — h) „suplicavi". — i) Erstes „e" geschwänzt.

[l]) Vgl. I, Brief 100.

XI 264.

442.

Johannes Hess[1]) an Vadian.

(Appenzell. 1526.) Januar 17.

Bitte um Auskunft über eine Lerngelegenheit und um Vadians Meinung über die Täufer, die den Schreiber hassen. Die fremden Täufer sind bei Wasser und Brot eingesperrt.

Gratiam[a] et pacem a domino deo nostro etc. Lieber herr, ich bit üch frunttlich, habind ir mir das bim blattmacher verschaft, als ir wol wissend, oder was ir habind geschaft, das ir michs lässind wissen; dann ich welt ietz gern lernen etc. Der töffer halb bitt ich üch umb[b] gotzwillen, das ir mir üwer gruntlichen mainung endeckind, ob es mit götlicher gschrift mög erwert werden; dann mir ist ain irtum ingefallen, den ich niemann[c] wil endecken, dann wann ich zů üch kaim; und dem Zwingly wil ich darum schriben, sobald ich botschaft han. Ich läß üch öch wissen, das ich gair in grosser gefairlikait ston. Es hassend mich die töffer und die truieben (!) überuß, und darum wet ich yetz gern lernen. Die frömden töffer, by uns gefangen, habend nit wellen uß dem land schweren. Die hät man wider inglait und můssend essen wasser und brot, biß sy gern schweren. Der unseren ist eben ainer darvon komen; die anderen můssen warten, biß die botten von Lucern komen ab dem tag. Mich bedunckt, sy fachind an grossen gunst gewinen gegen dem gmainen man. Schribend mir wider und thůnd, als ich üch gantz vertruw etc. Datum fe(r)ia qua(r)ta ante Sebastiani. *Johannes Heß,* in omnibus servus vester etc.

Dem ersamen, wisen burgermaister zů Sant Gallen, Vadiano Wadt, sinem lieben herrn etc.

a) „c" für „t". — b) „um" mit Abkürzungsstrich. — c) „nieman" mit Abkürzungsstrich.

[l]) Von Johannes Hess, Caplan, dann Prädicant zu Appenzell, ist nur dieser eine Brief vorhanden. — Als Jahresdatum darf 1526 mit Sicherheit ergänzt werden, sowohl wegen der Täufer, als auch deswegen, weil wirklich am 18. Januar 1526 eine Tagung in Luzern ihren Anfang nahm.

II 252.

443.

Erasmus Schmid[1]) an Vadian.

Stein a. Rh. 1526. Februar 6.

Wortreicher Glückwunsch zur Wahl als Bürgermeister. Die Mühseligkeiten einer guten Amtsführung. Empfehlung eines Jünglings von Stein.

Gratia et pax a deo patre nostro per Iesum Christum.

Quam ingenti nos lætitia adfecerit felicissimum[a]) nuntium[b]) Heinrici Geisberger, dici non potest, clarissime et idem amicissime Vadiane. Dum enim nobis refert, quanto omnium bonorum civium consensu, quanto vero malorum odio et obluctatione deinde et quanto gaudio vere christianorum in urbis tuæ consulem electus fueris, dispeream, si non tacito et penetrabili frigore commota sint omnia viscera mea et mox redeunte calore liquefactum sit cor meum adeo, ut aliquandiu nescierim, quo verbo primum gratulari debebam nuntio[b]) lætissimo et in rem christianam utillimo[c]). Cave autem putes, me hoc de te cogitare, quod hanc dignitatem concupiveris unquam. Ipse enim sat nosti, quantum molestiarum, ne dicam periculorum, secum vehat hæc provincia, ut verius dixeris onus esse quam honorem. Quis igitur credet, te ambiisse? Profecto is, cui neque cor neque cerebrum sit. Nam is, qui novit, quid sit, digne magistratum gerere, quique semper ob oculos habeat alium, qui sit supra se, ne hunc offendat vel in modico, alioqui gravissimum iudicem sensurus; deinde qui perpenderit, quod, quicquid in republica peccatum fuerit, id plerumque[d]) consulis adscribi vitio, si vero recte administratum sit, semper esse, qui occulta insectatione boni magistratus aliis tribuant, ut interim mille alia sileam: is, inquam, magistratum ambiet? O insulsa capita, o iniquos iudices! Sic ubique livor habet, quod rodat. Verum hæc non curat Hippoclides[e]2]). Nos novimus eum demum dignum esse magistratu, qui hunc non appetit. Bonorum itaque suffragiis oblatum administra et spes de te tuorum in dies redde maiores, ut interim rumpantur ilia æmulorum[f]). Scio multos esse, qui multa iam ad te scribant de magistratu fortiter et dextre obeundo, quorum ego sedulitatem magis probo quam iudicium. Id enim mihi iamdum persuasi, scilicet apud te non opus quidem esse; apud alios. abs te dissitos, nec iuvare etiam, ut centies interim eandem cantilenam repetas. Quod ad me adtinet, ego optimo et propitio deo nostro gratulor, rogans, ut eius favore multi nobis contingant magistratus tibi similes;

m sic spes certa daretur, brevi evangelium per universam Helvetiam umphaturum. Quam ex animo loquar et minime palpans, novit is, cui) ed cado, qui et me iudicet. Demum est quiddam, quod abs te rogem: iuvenem hunc pro virili tua adiuves. Lithopolitanus est et in mosterio Oeningen annos aliquot perdidit. Cupit, si uspiam fieri possit, æfici verbo enuntiando[b], ad quam rem apprime idoneus est profecto icissimi ingenii iuvenis et dextri candoris. Tu fac, Rhætis[f] quibusm tibi amicis illum commendes, atque eam diligentiam adhibe, quam o mihi de te polliceor, ut sentiat nostram apud te commendationem atam fuisse. Non quosvis commendo aut sine iudicio. Scio, quem tibi ttam. Ego fidem iubeo. De meis rebus scito me iam in tuto et tranillo esse, id quod post dominum tuo mihi beneficio[g] contigit, et hinc ıs sum, quantus quantus sum. Vale. Lithopoli, VI. Februarii MDXXVI. ;au, ludimagistrum, Georgium, cognatum tuum, et Sertorium cum buno Menrado ex me saluta. *Erasmus* tuus.

Clarissimo et doctissimo viro Ioachimo Vadiano, Sanctigallensium consuli, amico christianissimo etc.

a) „(æl-". b) „c" für „t". — c) „utilimo". d) „plærunque". e) „Hypoel-". — f) „e" für . g) „t" für „c".

1) Vgl. II, Brief 281. — 2) Herodot VI, 130.

444. II 253.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Luzern. 1526. März 7.

Beschluss der Zweihundert über die Häupter der Wiedertäufer. Massnahmen der Berner. Antwortschrift Oecolampads an die schwäbischen Prädicanten und Billican. Streitschriften von Luther und Erasmus.

Gratiam et pacem a domino. Est, honoratissime consul, hoc ipso : per senatum διακοσίων decretum, ut catabaptistarum coryphęi in eam rim, in qua prius delituerunt, coniiciantur, pane et aqua delicientur, nec aut spiritum reddant aut manus. Additum quoque, ut qui posthac ıgatur, prorsus mergatur, lata iam sententia. Sic tandem tentata satis ıtientia erumpit. Socer senatus[a] misericordiam nequicquam imploravit. ihi vehementer incorrigibilis hominum audacia tum dolet, tum displicet. ollem crepundia renascentis christianismi huiusmodi exemplis inauguri; sed deus non sumus, cui sic placet futuris malis prospicere, ut olim uum[b] Petro mentientem Ananiam subita atrocique morte trucidavit;

quo nobis fallendi audaciam omnem, qui tamen nullius rei æque gnari sumus, amputaret. Audisti forsan, Bernenses tam Tigurinorum quam Helvetiorum petitiones ad universum dicionis[c] totius populum reiecisse. Responderunt Burgdorphium et quędam alia municipia, quę adversarii speraverant adversum nos consultura, secundum nos, nempe Tigurinis fœdus undique servari debere sacrosanctum. Vis inferenda nullis etc. Iam a Bernensibus et Claronensibus mitia et fidelia omnia expectamus[d]; nam et ad hos senatores[a] duo missi sunt expositum causam universam. Excuditur Oecolampadii ad Svevos et Billicanum responsio sive ἀντισύγγραμμα nunc apud nos[2]: ægre[e] potest absolvi ad nundinas Franckfordenses. Nostra hic habes. Billicanus queritur, ab Urbano iustam epistolę suę partem subtractam esse, ad Oecolampadium. Urbanum suppudet epistolę. Ad eundem nunc missa epistola, Deo gratia, sive ars est, sive ex sententia scribunt. Nam si ars est, causę metuunt, quum[b] arte auxiliantur, puta: si hac vice Oecolampadii Zvingliique animos demulserimus, ne constantius in nos scribant, vincemus aliquando, dummodo negotium[f] trahatur quacunque ratione; facile ergo cuique licebit ὕπουλον videre. Si vero ex sententia, iam gratum adeo nihil nobis poterit accidere. Nam si angeli gaudere possunt, quum[b] peccator aliquis resipiscit, quanto magis gaudebimus, fratres ad bonam mentem rediisse. Luterus per epistolas inter Svevos[a] strenue[g] pugnam sustinet; sed quid efficiet, veritate se tam aperte[h] insinuante? Stant a nobis veritas et proprietas. Erasmus scribit adversus Luteri Servum Arbitrium; sic enim is librum suum, quem contra Erasmi διατριβήν scripsit, appellavit[h], tumultuarium libellum, quo triumphos Luteranorum nonnihil minuat. Verum quod ad causam attinet[i], ψέλλιναι[k] sunt. Ego paginam unam vidi; in ea impotens est Erasmus. Verbo absit invidia. Adfingit enim Lutero, quę hominem admisisse nemo credet. Pelecanus nunc apud nos est, homo pius et doctus. Rei christianę optima speramus. Argentina constans est et unanimis. Vale cum omnibus fratribus. 7. Martii 1526, ad Lucernam.

Huldricus Zvinglius.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli domino et amico suo cum primis observando.

1) Vgl. I, Brief 100. — 2) S. Strickler: Actensammlung V, 735, Nr. 271.

a) „e" geschwänzt. b) „qum". c) „t" für „c". d) „exp". — e) „egre". f) „c" für „". g) „strennue". h) „adp". — i) „adtinet". k) „ψελλιν".

445. XI 302.

Georg Binder[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1526. März 11.

Übersendung der Apologetik des Oekolampad und anderer Schriften. ɔlitische Nachrichten von der Tagsatzung zu Einsideln und von Glarus. Vorlesungen in Zürich. Verurteilung Konrad Grebels und Massregeln gegen die Wiedertäufer.

En tibi, vir ornatissime, piissime ac nobis amantissime, Oekolam-ɟii apologeticam[2]) doctissimam cum aliis quibusdam nugis, tibi, ut itror, non ingratis! Sunt enim iam castigatiores ac mundiores, non-il etiam locupletatæ etc. Ex amphictyonibus[a]) Heremi hoc unum ac-ɨimus: antesignanum Svittensem[3]) arbitrum esse electum, virum, ut au-, bonum ac pium. Deus optimus maximus adsit illi, ut iustam sententiam ıt, ne ab ὀλιγάρχοις in deteriorem partem rapiatur. Glareani comitia, ; ex consuetudine ad diem Fridolini debebant habere, ideo recusarunt, ɔd superioribus diebus Helvetiorum legatis (qui tamen nihil minus ierant) quoque non essent habita. Interea tamen fœdus[b]) et conven-ıem[c]), amicitiam pacemque erga nos et inter alios foturos sedulo promi-ınt etc. Pelicanus apud nos profitetur publice literas Hebraicas, ımanus et Collinus[d]) Græcas, Binderus Latinas et Græcas in ludo . Conradus noster miserrimus[e]) cum 12 aliis perpetuis carceribus ıdicatus est, nisi resipiscat. Quicunque posthac baptizabit aut bapti-ɨitur, ex publico decreto atque edicto aquis suffocabitur etc. Zinglius ıtat te plurimum. Saluta meo nomine Dominicum etc.

Vale in Christo Iesu, domino nostro. Amen. Raptissime. Dominica tare[f]).

Georgius tuus.

D. Ioachimo Vadiano, consuli apud Sanctogallenses prudentissimo, domino suo observandissimo.

S. Gallen.

a) „Amphyctionibus". — b) „fœdus". — c) „conve" mit Abkürzung für „em" oder „m". — d) „Col-". — e) „miserimus". — f) „Letare".

1) Vgl. II, Brief 129, und III, Nachträge, Brief 85. — 2) Damit ist ohne Zweifel die liche antwurt auff Dr. M. Luthers bericht des Sakraments halb » gemeint. — 3) Der Panner-Paul Kerngerter.

Das unvollständige Datum lässt sich aus dem Inhalt des Briefs mit Sicherheit ergänzen.

Zürich

446.

Jakob Salandronius[1] an Vadian.

Chur 1526. März 13.

Er wünscht mit Vadian einige Vorkommnisse aus der jüngsten Zeit zu besprechen. Ein Schützling Vadians, nach Chur empfohlen, ist nach Zürich weggegangen. Umtriebe der päpstlichen Partei gegen das Evangelium. Gericht über die Täufer in Maienfeld. Vorlage eines Verpflichtungsformulars für künftige Prediger der Diöcese Chur. Der Tod des päpstlich gesinnten Decans der Kathedrale. Forderung der Gemeinden, die weltliche Gewalt des Bischofs und der Geistlichkeit überhaupt zu beseitigen. Beschlossene Zerstörung des Schlosses Misox. Beschwerden der Ursener. Gräuel zu Bellenz.

Permitte, quaeso[a], rerum omnium scientissime et prudentissime vir, me tecum de variis, quae nuperrimis diebus apud nos acta sunt, prolixius ac interciniius, quam par est, confabulari ac garrire: nam insperato sic arreptum nuntium iis vel ineptissimis literis visum fuit onerare, ne perpetuo me tacere accusares et putasses, eum, quem nuper nobis commendaras fratrem, non fuisse ex tuis humanissimis et doctissimis literis nobis quam commendatissimum. Verum satius est, ille ipse de nobis loquatur, quam ego scribam. Adhuc vigilamus tui causa pro eo, ut, si contigerit missam papisticam missam fieri radicitus, in ministerium aliquod intrudere possemus: nam quando nobiscum fuit, fieri non potuit; adeo multa monstra alu erant apud nos Helvetiorum legati, affixis squamis Behemoth, hoc est aulicis et nobilibus nostræ patriæ. Quare Tigurum concesserit. Audi, prudentissime consul, quid tentarint apud nos rapsaces illi isti duo Richmüt et Flackenstein in comitiis trium Ligarum, plenis buccis minis additis, si non obsequeremur. Aiebant se in commissis[b] habere a 12 pagis, dehortari ab ista nova hæresi Lutheri et Zwinglii, qua in aliquibus locis nos infectos scirent, quos omnes funditus deleri et extirpari peterent, et inprimis nostrum pastorem, cuius conclusiones scandalum essent orbi. Hunc præ ceteris mandarent Helvetii e Rhætia proscribi ut omnium errorum caput, et desuper peterent literas sigillatas dari: nam eas exspectarent ceteri Helvetii. Quod cum renuerent Rhæti, se in posterum nec amicos fore nec quidquam acturos de pace inter Castellanum in Muss et Rhætos. — Verum miraculose responsio impedita et paucorum suffragiis obtentum, ut ad communitates[d] negotium devolveretur. Interim ipsi equitarent de pace aut indutiis[e] cum Castellano in Muss tractaturi, cum quibus et abbas S. Lucii subordinatur, vir nec

Helvetiis nec Rhætis nec Christo in minimis fibris amicus. Verum sic fieri debet, indutiis[f] impetratis et conclusis et sigillatis peioribus, quam Rhæti soli impetrassent, videlicet ut sic imponere vulgo possent impii. Ecce hoc impetrarunt, hoc fecerunt. Cur nos contraire vellemus, cur non in omnibus obaudiremus Helvetiis? Et dum erant in via, literis longis, fraudulentis, blandis et mellitis ex Kläfen scriptis convocarunt comitia ad Davaas, locum idoneum pro impiis. Verum et in hoc frustrati; nam montes nive tam plurima onerati transcendi non poterant, quare iterum in nostra Curia[g] comitia celebrantur. Interim Helvetii, certiores facti, cuius animi essent, maior pars destiterunt a petitione cruenta et minatoria illa prima, sic instructi et admoniti per Ludovicum Tschudium et abbatem (hic dictum hoc sit), huius machinationis capita. Nec de nostro pastore aliud conquesti, quam a se Helvetios nominatos sanguinarios, quod ut mendacium[b] nostri oratores fortiter convicerunt et excusarunt, petentes de baptismate etc., ut sequitur mox, et aliis literas sigillatas dari. Verum de literis sigillatis dandis nunquam mentio facta a quoquam in contionibus[e]. Quare populus mire insanit et furit nec parum abfuit seditio, eo quod pro fide Helvetica et contra evangelium literæ ipso inscio datæ sint et mendaciis publicis impetratæ; nam et hoc manifestum factum est, vix 7 pagorum Helveticorum mentem fuisse, hoc sic a nobis petere. Deus optimus maximus sua gratia et sapientia omnia moderetur; nam si multi non denegassent, sese de sigillandis literis suffragia non dedisse, vita fuissent privati aut in eos gravissima mulcta animadversum fuisset.

Curia, gantz Rhinwald, Domläsch et maior pars octo Iudiciorum, videlicet[h] der acht Grichten, noluerunt consentire; verum victi maioribus suffragiis[i] cedere compulsi sunt inviti. Pregalia non fuit præsens; tamen appendere sigillum civitas nostra ut caput illorum de Casa Dei noluit. Verum epistolis quidam præfectus, Iann Andreas nomine, illorum de Domo Dei sigillum appendit, et quamvis minarentur a nobis rapere et vexillum et sigillum, adhuc noluimus, quamquam mirificis technis a senatoribus circumventi, at non capti nec victi, qui Christi erant — proh! quot falsos fratres in hoc negotio expertus. Confortet et corda vestra dominus, ne ab aratro respiciatis, cum in has angustias (ut publice minantur vobis quidam) deveneritis. Articulus in negotio fidei Helvetii (!) sigillatus is est:

« Zů dem andären des globens halben so wellen wir in unseren landen allenthalben die mäss, die sacramenten, erung der můter gotz und der

lieben hailgen, darzů den kindertof, die bicht und ander christenlich wäsen bruchen und halten, ouch das hailig evangelium und wort gottes predigen und verkünden lassen. Weliche[k] oder welcher aber solichem nitt globen und nachkommen weltend, diesälben wellend wir strafen, wie sich zimpt und gepürt; doch hierinn vorbehalten, ob wir aines anderen und bessären bericht und underwisen wärden möchtend, es wäre durch ain disputation, concilia oder ander wäg, wie sich das fügte, dasselbig anzenemmen.»

Uff das ist ain gricht bsetzt zů Maienfäld über die töfär von 18 man und von 60 hůter. Hand all all widerrůfft und ir irrüng (!) bekant, und ist nitt me dann ainer ains sail gschlagen. Ir hoptman wolt alweg ee dusend tod liden. Ist gestrafft um 100 und 20 kronen, die ander unglich 100 oder 60 gulden oder 20 kronen, 15 kronen etc. Wolff Ůliman hatt die pestilentz gschaiden, sust wär er gricht worden; im sind die 3 punttdt verbotten. Ist wol die sag sin, die pfaffen, so nitt mäss wellend han, och vor rächten han gwellt stellen; doch allain der von Malans bschickt; aber nitt gstrafft noch im nüntz verbotten, sunder gehaisen vor dem nächsten tag ze erschinen und ursach sagen, worum. Gott kare es och zů dem besten!

Et ut tandem omnia impia habeas, prudentissime consul, lege et hic chirographum[l], quem dare coguntur vicariis et examinatoribus ordinandi. Prius tantum[m] verbo oportet abiurare Lutheri et Zwinglii dogmata et libros ut hæretica:

Ego N. de N., clericus Curiensis diocesis, in maiores ordines ordinandus, abrenuncio omni hæresi hactenus per quoscunque tam (!) veteres tum recentiores in sanctam ecclesiæ Christi fidem introductę. Promitto bona fide hoc meo chirographo[l], me perpetuis futuris temporibus cum sancta ecclesia catholica in omnibus et per omnia sensurum honeste sobrieque ac quemadmodum probum decet sacerdotem tum victu tum amictu vixurum (!) antistitique meo ac ab eo delegatis magistratibus in omnibus licitis et honestis obœditurum[n]; hac quidem lege, ut, si huic meę promissioni contravenero quocunque pacto, fuco vel colore, convictus ac manifestus censeatur (!) hæreticus hæreseosque pœnæ[o] subiectus. Datum anno 1526.

Ecce theologicum et Berreanum Latinum cum participiis suis.

Hodie decanus cathedralis ecclesiæ obiit, vir mire contra Christum, dum in vivis fuit, belligerans, amicus Otmari Lieb.

Subordinarunt articulos suos communitates patriæ, quos confirmari petituræ sunt in proximis comitiis, et in primis volunt episcopo et omnibus religiosis[p] adimi omnem potestatem sæcularem, et omnes officiales ecclesiasticorum volunt e senatu ponere. Veterem episcopum habere nolunt amplius, ut qui in periculis Rhætiæ abfuit, nunc perpetuo absit nec alius eligatur, nisi Rhætus, et episcopum agat christianum, non gentilem aut principem. Quid eventurum sit, deus scit; quæ resciero, ad te, si voles et gratum tibi esse intellexero, dabo.

Castrum Maasax solo æquabitur et omnes aliæ munitiones Rhætiæ, a quibus pericula aut proditiones timenda suspicamur. Hoc pessime habet Helvetios, et nunc fama est, eos cum castellano in Müss convenire laborareque, ut in manus et potestatem eorum deveniamus; sed nihil certi. Tu si quid certi audieris, in tempore per Christum admone. — Coniice tu, virorum sapientissime, quid præ se habeant Urani, qui per tres nostras Ligas nuncios miserunt ad sciscitandum[q] de rumore veteri et nuper a quodam (sic conqueruntur[r]) Tigurino[s] renovato, scilicet an vetus Liga nostra, der Oberbunttd, cum ceteris Uranos vexillo iusto bello exuerint et quondam sic vicerint, ut posthac semper coacti sint, suum urum depingere circulo in naso imposito, in signum suæ deditionis. Sol es war sin, begarend sy darum uff offenlichen tag frag ze halten; ob es aber nitt erfunden wurd, begarend sy dess och brieff und sigäl. Esto tu hac re Oedipus[t]. — Parochus propediem respondet tuis literis, quibus mirifice confortatus est et gaudio affectus. Nunc salutem et pacem in Christo Iesu peroptat, cuius gloriam et veritatem tibi unice cordi esse peroptat eamque, ut potes et debes, officio tuo, honore et auctoritate[u] a deo tibi tradita promoveas; cui te ex corde commendo. Salvos esse cupio omnes fratres, in primis Ioannem Vogler, coadiutorem, et N. Kesslär.

Tu, virorum amantissime et humanissime, has literas boni consulito. Dulces et elegantes ad te alius scribere potest; ego satis fecero, si tibi, quam sitiens sim veritatis et libertatis, quomodocunque monstravero. Excuset me temeritatis et ineptiæ pietas in deum et erga te sincerus[v] et candidus amor. Festinantissimo calamo, ita ut relegere non quiverim. Altera post Lætare, inter strepitus puerorum, anno 1526.

Tuus congerro *Salandronius Iacobus.*

Dem hochgelerten, ersamen, wisen her doctor Ioachim von Watt burgenmayster zú Santgallenn.

a) Fast durchgehends „e“ für „æ“. — b) „comis-“. — c) „exp-“. — d) „comun-“. — e) „c“ für „t“. — f) „indutis“. — g) „Cluria“. — h) „w(idelice)t“. — Am Rande: „Pregalia non fuit presens“. — i) „suf-“. — k) „welichee“ oder „welichem“? — l) „chyr-“. — m) „tan-“ mit Abkürzungstrich. — n) „obed-“. — o) „pense“. — p) „rellig-“. — q) „scissit-“. — r) „conquerr-“. — s) „Tyg-“. — t) „Oedippus“. — u) „anth-“. — v) „sync-“.

[1]) Vgl. II, Brief 283.

II 256.

447.

Walther Klarer[1]) an Vadian.

Urnäsch. 1526. März 16.

Beschreibung der Krankheit seines Genossen Wolfgang Zimmermann und Bitte um Rat und Hülfe. Er stellt seinen Besuch bei Vadian in Aussicht und bittet um Nachrichten.

Salus per Iesum Christum. Lieber her doctor, wissend, das unser getruw lieb brûder Wolffgang Zimerman vast kranck ist, namlich also: Es truckt inn zum hertzen hinnen und fornen; darzû kommen böß stich unden in die linggen syten. Wenn er sich ufflast, wil im nun onmächtig werden. Der unwil (!) stost inn, aber es gadt nunt von imm; ja ist vast wenig von imm gangen und daßselbig mit wenig blût vermischt. Ist inn mit grossem frost ietz mentag verschinen ankommen, zinstag noch umb gangen, etwas gewercket, mitwuchen gar nidergelegen. Also hat er sin sach gantz und gar dem herren, unserm getruwen gûtten gott befolen, begert ouch und bit üch zum höchsten umb radt und hilf, ob yr etwaz, so hiezû nutzlich üch bedûchte ze sin, geschickt hettend, radt oder anders etc. Dann er zu üch sondere zuflucht allweg gehebt und noch hat. Lond inn üch befolen sin. Ich hab im ain gerstenwasser geradten ze trincken; ob es aber imm nit diente, thûnd unß ze wissen.

Zum anderen, lieber her doctor, so hoff ich mit got, in vast kurtzer zit zu üch ze komen, deß mich doch vast seer belanget; min sach stat sust, got hab lob, wol. Der houptman Berweger hat den apt mit der urfähe (!) selb überzüget, daz mir das wandlen niena verbotten ist etc. Aber ob yr ietz etwas nüwer mären hetten, wölt ich mit fröden von üch vernemmen. Lond mich üch ietz und hienach alweg befolen sin, deß ich ja gantz on zwifel bin. Damit sind gott und sinen gnaden sampt üwerm huß und der gantzen statt befolhen. Datum zû Urnäschen, uff XVI. tag Mertzens etc.

Waldher Clarer und *Wolfgang Z(immermann)*,
üwer willige.

Dem frommen und wolgelerten herren Ioachimen . . . S. Gallen . . . herren und vr(ündt).

[1]) Vgl. I, Brief 36.

448. II 257b.

Erasmus Schmid[1]) an Vadian.

Stein a. Rh. 1526. März 21.

ittet um Entschuldigung für seine kunstlosen Zuschriften und empfiehlt den Überbringer, lurch seine Feinde von der Predigt des Wortes verdrängt worden ist. Grüsse an Bekannte.

Gratia et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo.

Nisi animi tui candor et christianus amor in quosvis mihi perspec- esset, vererer, te, clarissime vir et idem amantissime in Christo frater, inde literis meis obruere, quibus, ut sileam ineptias et ἄμουσον stilum, nisi negotia tibi pario, quasi vero non sis alias occupatissimus, tantam elicet provinciam et in tanta republica et hoc tam negotioso[a]) tempore ninistrans. Scio certe et agnosco meam importunitatem; sed illi ve- m dabit tua ingenuitas nec deprecor rusticitatem, ut hinc tua facilis anitas et humana illa tua genuinaque dexteritas celebrior fiat. Ad rem iio. Is, quem baiulum cernis harum literarum, cum me nosset iam ali- ındiu et ut fratrem coluerit in Christo, forte fortuna, immo[b]) deo sic ponente, dum multo tempore egregiam operam verbo domini enun- ıdo impendit, tandem ab illius insectatoribus ab eo destitutus est. Ac- sit me rogans, ut, si qui mihi apud S. Gallum noti essent aut affini- e iuncti, qui auctoritate[c]) cæteris præstarent, se illis commendarem, quo c[d]) manuarium aliquod artificium addiscere possit, quale quale illud sit. id facerem ego erga fratrem christianum, præcipue autem rem tam tam exigentem? Arripio calamum, quod ego possum facere paratus. er scribendum ecce infelicia negotia[a]) me perturbant, ut taceam illius tinantiam. Verum novi, pluribus apud te non opus esse. Cum neminem ɔeam apud vos æque mihi notum atque te, deinde etiam cum nullus cui non merito tu et officio et cordata prudentia antestes, præsentem trem tibi commendo, quantum quantum possum; dignus profecto, qui ıltis nominibus et ab aliis commendaretur. Iuva hunc, ubiubi opus fue-

Uxorem habet ad textrinum artificium accommodam, quæ et ipsa net enutrire possit. Fac. mi Vadiane, quod semper facis. Effice, ut ıtiat meas sibi literas profuisse, immo[b]) effice, ut intelligat, te esse, quod ɔ omnium prædicaris. Vale in Christo Iesu, salvatore nostro, qui te tibi nobis diu servet. Amen. MDXXVI. Totam sodalitatem christianam domo Esau, ubi convenerit, ex me salutato, nominatim autem Cri-

stannum et Sebastianum. Αὐτοσχεδιαστί, ex ædibus meis Lithopoli, hora XI sub prandium, XXI. Martii. *Erasmus* ille, idem tuus.

Gravissimo viro Ioachimo Vadiano, Sanctigallensium consuli prudentissimo, amico et patrono in Christo charissimo etc.

a) „c" für „t". — b) „imo". — c) „t" für „c". — d) „auth-". — e) „isthic".

[1]) Vgl. II, Brief 281.

II 265.

449.

Christoph Landenberger[1]) an Vadian.

1526. März 22.

Bitte um Rat für Deckung der Kosten, die ihm ausser der Haft von 17 Wochen auferlegt wurden.

Hochgelertter, strenger, fürsichttiger. wiser, gnädiger her. Min williger dienst sige üwer gnaden zů allen zitten beraitt etc. Demnach, gnädiger her, alsdan üwer gnad wol zu wüssen ist min schwäre gefängknus, die ich sibenzechen wuchen erlitten han, mittsampt grossem volteren und schmertzen, wie üwer gnad wol zu bedencken; ist nitt nott, vil darvon zu schriben. Uff das selbig so ist der cost uff mich gelaitt worden, der sich von minetwegen erloffen hatt in dem zitt; denselbigen vermag ich aber nitt von min selbs wegen. Und ist also min gros pitt und beger an üwer gnad, mir radt zů geben, wie ich mich haltten sölle, damitt das ich erlange hilff und stür von ainem wisen ersamen radt oder ouch ainer gmaind der loblichen stat Santgallen. Nach minem verstand so dunckte es mich, es were gůtt, das der pfarrer oder helffer mich offenlich verkundtte an der kantzel: der den brůoderliche (!) liebe an mir thůn weltte, der möchtte iren ainem semlichs geben. Was da das best were, da radt üwer gnad umb gottes willen. Ich lon mich zů Costenz und zů Zürich ouch verkünden. Gnadiger her, hand min unbesindts schriben nitt verübel; dann semlichs us ainem sonderen hochen vertruwen und nott geschicht. Dann die mir ietz hilfflich söttend sin, die sind gröslich wider mich. Darum so zwingt mich nott, frumm, ersamm lütt zů überlouffen. Semliche mainung wolt ich an sampstag mitt üwer gnad geredt han; do was üwer gnad in geschäfften. Harinn thů üwer gnad nach minem vertruwen. Datum uff donstag nach Iudica, anno etc. 26.

Üwer gnaden williger capplan *Christophorus Landenberger.*

Dem hochgelertten, strengen, fürsichttigen und wisen herren Ioachim von Watt, doctor und burgermaister der loblichen stat Santgallen, minem insonderen gnädigen herren.

[1]) Von dem Leutpriester *Christoph Landenberger* von Oberbüren ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung.

450. II 263.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1526. März 30.

s des Jünglings Octavius; Geringschätzung Fabers. In einer nächsten Schrift will er auch n Oswald Wendelin auftreten. Bericht über den Fortgang in Bern. Schilderung seiner neulichen vorübergehenden Erkrankung. Vorgehen gegen Faber und Eck.

Gratiam et pacem a domino. Octavius ille florens iuvenis est humaum divinarumque literarum impense doctus; omnia confert, omnia colt; nesciri vult ac in obscuro latere, quod hoc consultissimum etiamnum eatur. Fabrum neutiquam graviter accipimus; meruit enim apud nos ltitia[a]), ut lenius tractaverimus ac veluti iocis repercusserimus, at in o; aderunt enim et seria. Ad Kalendas[b]) Maias absolvetur opus. Deiptum epistolę vestrę non alia ratione[c]) extorsimus, quam ut duum fors valeret testimonium. Vobis apud nos omnia semper erunt tutissima. τελεῖνον vestrum, si possumus, in scenam protrahemus. Protinus enim nputari ac metiri iussi, quid aut quantum addi ad epilogum possit; emplum enim totum sub auroram in prelum amandaveram. Proderit nementer argumento nostro harum insidiarum retectio. Ex Berna ras accepimus a fratribus cum piis, tum magnis nominibus: apud ipsos lam iactari, stultum[d]) nos eis videri, si Baden, ut baptizemur, eamus; rtoldum suum domi responsurum esse de doctrina sua, postque Eretana comitia, ad quę legati sui nihil attulerint, ad diacosios nihil hactes esse relatum. Vide nunc, quid audeant oligarchi atque Faber. Nos nia diligentissime agimus. Mittit enim senatus[e]) ad omnia comitia tum istolas tum expositionem nostram de disputatione, atque ea arte, ut pelliones in media comitia incedant consulique toto spectante populo pellas offerant. Negare epistolam tibi non debui, quamvis hoc ipso die ave quid accidit[f]). Sub auroram contionem[c]) habueram; hora vero ocra in Exodo aliquot locos pro more exponendo rursus incalueram; hora ro nona in balneas cum concessissem ac scarificassem, domum rediens me defeci spiritum. Intra tamen horam respiravi, sic tamen, ut gemius abstinere difficulter potuerim, qui ex pectore infirmiore, quam vulproderet, exibant. Hora vero secunda postmeridiana somnus me llicitavit; dormivi, nunquam interdiu id fortissimo iucundissimoque deo lulgens. Ubi expergefactus sum, iterum antiquus Zvinglius sum. ęc tecum, quia medicus es. Nam tua sum usus medicina, qua monebas m, ut saccaro rosato vel per mensem epatis ęstus frangerem, cumque

tantopere flagrarem, ter intra tres horas incensus, succurrit tuum consilium; protinus iubeo uxorem temperare venenum. Equidem, mi clarissime Vadiane, utcunque sollicitus sum apud omnes vigilando, infractissimus quoque sum animo. Nihil ex metu ago, sed istud unum caveo, ne optima plebs Helvetica horum nebulonum, Fabri videlicet atque Ecciorum, strophis committatur; id autem oligarchorum perfidia. Utcunque enim res cadat, lucri aliquid accedet Perdinandicis nostro dissidio, quod ego propediem spero sublatum iri. 3 Kalendas Apriles MDXXVI.

H(uldricus Zvinglius)[g].

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo observandissimo.

a) „-cia". — b) „Cal-". — c) „c" für „t". — d) Beschädigte Stelle; doch kann kaum anders gelesen werden. Dann ist anzunehmen, dass das „nos" eigentlich als Subject zu „eamus" hinter „si" gehöre. — e) „sçn-". — f) „adcidit". — g) Das „Z" der Unterschrift durch Beschädigung weggefallen.

[1]) Vgl. I, Brief 100.

II 260.

451.

Jakob Salandronius[1]) an Vadian.

Cur. 1526. April 1.

Einfluss und Beliebtheit Comanders. Umtriebe des Adels gegen die evangelischen Prediger. Streit über die Abendmahlslehre. Empfehlung des Bündners Lucius Utz.

Salve in Christo Iesu, optime et prudentissime consul. Brevibus tecum agam, ne perpetuo meis nugis tuas seriis occupatas aures defatigem. Comander noster, tuus Ianus, gratus magis populo quam unquam prius. Vicini nostri — deo gratia — oculos recipere incipiunt. Hoc ieiunio supra ducentos advolarunt, consilium et scientiam dei ab eo recipientes, et ex impiis pii redditi in omnibus locis Christum nunc seminant, qui olim expellebant et conculcabant. Magna spes est, duos proscriptos ex Rhætia[a] fratres, Philippum Galizium in Engadina, Ioannem Blasii (!) in Melans, contra ius Ligarum et literas fœderis[b], communitates[c] manuhabituros[d]. Adeo male habet facinus tam audax nobilium et primorum, expellere et parochiis[e] suis privare evangelii præcones. Deus ipsis sit adiumento! De mensa domini 5 sermones his diebus Comander habuit; verum instituere suis cæremoniis non est ausus; at panem et vinum et esse docuit et dedit. Exspectamus[f] in adiutorium non parvum fore articulos, quos hic tuæ Prudentiæ[a] mitto, sigillatos et ordinatos ab illis de Casa Dei. Fabricant et suos alię duæ Ligæ, Vetus scilicet et 8 Iudicia; nam nobilitas et primores earum restiterunt hactenus. Posthac speramus consensuros vel invitos; adeo omnibus placent. Placent et fratribus eo maxime, quod ad abrogandam missam occasio magna sint, qua missa facta cena dominica facilius subsequetur. Vale, optime et observande mi

consul, et deum cum fratribus pro nobis ora. Inter prandendum, Curiæ[a], die pascatos (!), anno MDXXVI.

Salandronius, tuæ Prudentiæ deditus amator et admirator.

Commendo tuæ Humanitati Rhætum pium et vere simplicem, magistrum Lucium Utz, nunc apud vos agentem.

Dem hochgelerten, ersamen, wisen her doctor Ioachim von Watt, burgenm(a)yster zů Santgallenn, minem lieben heren.

a) „e" für „æ". — b) „fæderis". — c) „comun-". — d) „-as", aus „-os". — e) „parrochys". — f) „Exp-".

l) Vrgl. II, Brief 283.

452.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

II 259.

Zürich. 1526. April 3.

Massnahmen für Glarus. Stand der Dinge in Bern. Bericht, dass die zwinglische Abendmahlslehre zu Esslingen beinahe von allen angenommen werde. Verhandlungen darüber vor dem Rate in Zürich. Die Wiedertäufer.

Gratiam et pacem a domino. Quę apud Claronenses suggerenda erant, mature monuimus, ipsi quoque in id intenti, ut paria fiant inter quatuor pagos, quemadmodum prudentissime scripsisti; sed vereor, ne ante comitia Maia referri possit. Nos hercle stimulis nusquam parcimus. De Bernensibus narrabit Gebentingerus. Summa responsionis eorum est: ad Helvetios desciscere a nobis nolunt et fœdera inviolata custodire simul volunt. Satis responsum est. Videbis, hac responsione plurimum incrementi facturum esse evangelium. Speramus et alia quotidie a Berna ad nos reditura esse nihilo utiliora. Fuit hisce diebus apud nos ex Svevia[a] Cunhardus Hermannus, Minorita, cuius memoriam in epistola ad Alberum Rütlingensem fecimus, qui nuntiavit[b], nostram, immo[c] vero veram de eucharistia sententiam Esslingę ferme ab omnibus accipi, etiam primatibus et amphictyonibus, qui istic[d] ius Germanici imperii nomine reddunt. Quę hoc die cum scriba nostro acta sunt coram senatu[e] de eucharistia, item narrabit Gäbentinger. Ampliatio bello homini data est ad mensem. Aliarum rerum nihil est, quod te magnopere referat scire, quam quod vehementer admiramur, non eundem habere spiritum catabaptistas; apud nos enim non tam crebro moriuntur atque apud vos. Sed damus hoc vestris propter soli intemperiem. Salutat te Leo, fratres omnes. Tiguri, tertia[f] die Aprilis MDXXVI.

Huldricus Zvinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo observandissimo.

a) „Suęvia". — b) „nunc-". — c) „imo". — d) „isthic". — e) „sęn-". — f) „tercia".

l) Vrgl. I, Brief 100.

II 262.

453.

Pelagius Amstein[1]) an Vadian.

Trogen. 1526. April 3.

Vertrauen auf das Wohlwollen Vadians. Händel mit dem Abt wegen der Pfarrstelle in Trogen. Gerede über die bevorstehende Disputation.

Salus, gratia et pax a Christo. Fortius, humanissime doctor, te hisce incultis scriptis accedo, quo priscorum recordor vivacius beneficiorum. Benignitatem, patrocinia et id genus ceteras pietatis virtutes, plus debito quondam a te impensas, quoties mente pertracto, te alienum fore a me et mei complicibus, qui seditionibus, pressura, vigiliis, labore exhibent Christi ministros, nunquam cordi est. Sustines enim ingentia propter Christi gloriam. Et fer et patere, pater tuorum civium, gloriareque cum infirmis in contumeliis, infirmitatibus. Elige (ut erecta fronte lætaris[a]) opprobria Israhel potius quam theusarum[b] Egyptiorum; cumque archa dei et Israhel et Iuda habitant in papilionibus et dominus manet super faciem terræ, nonne nos stertere plumis secure convenit? Tandem etiam portionem[c] terræ pacatę[d] nanciscamur. Indefesse rogamus deum et dominum cæli, ut suos — scit enim, qui sint sui — conservet. Scias, forsan ut nosti, secundo abbatem me accessisse, quum in Troga ecclesiam regendi munus subieram; sed mihi in facie nemo est locutus, nisi quod terribilibus post tergum minis. Christum invoco, aerem percussisse. Abbatis trium pagorum capitaneus coram ammano Ysenhůt lacessivit et minatur. Quem tandem finem sortietur[e] actus, scit Christus Iesus, cuius legatione fungor. Responsio hæc[f] fuit: se nec mihi nec aliis id genus impostoribus (suo iudicio) posse ministerium communicare regendi animarum curam. Quid præ se fert loquendi is modus, divinare facile est, cuiusque etiam dictat Morpheus. Sed extra sui, in Christi non dubito electione adsum, quo adsum. Interim evangelizo, quantum spiritus humili subpeditat; Christi et dei verba hominum cordibus inserta paschatis nunc tempore per dominicam cenam memorari adhortatus. Sed in tam ardua discordia verborum dominicæ cenæ prece et devotione, tandem studio meo fragili ductus, immo absurditatem manifestæ rei et circumstantiam[g] verborum evidentem in aliquem fidei articulum peccantem[g] advertens, dicendi etiam intelligentia[c] ex causis petenda est. Non solum ut tenaces sunt ex vocabulis, Christum in cælo regnantem et nostris pectoribus adorare pro-

Quando ad Troga.

De dominica cena.

gavi, idque ore aperto; tractando insuper actæ rei symbolum, quo rbum profundius fidelium mentibus insederit, eo reverentius[c]. Quo per-
nit impiorum crudelitas! Ad lancem nititur trutinare summam divini verbi De disputatione.
ıiestatem. Cum tamen gloria sit viri a contentione vacare, pugnas verbo-
m prohibet Paulus; sed fidem conferre, id præconii est. Hæc dicto: de
sputatione sit relatus, magnifice doctor, instanter rogo; me certum
ltem viva voce — te ad scribendum mihi non dignor — hoc illo nuntio[c]
c: an insidiæ huic disputationi[f] insint; quid me facere aut præcavere
nveniat, scire aut necesse; qui an sint, (qui) sese sinceritati evangelicæ mo-
ıntur obsistere. Constantiæ[c] Hollandiæ episcopum dixerunt adesse
ıntra Zvinglium. Hæc annixe me ad pennas traxerunt, quo scias te
æsentem cordi meo, etsi absens. Efflagito, uti hactenus, ita me in tuo
bo exaras inque me in rure et extra municipia tuæ dexteritati commen-
ıtum in Christo nonnihil gaudii præstat. Vale et Wol(f)gangum, coadiu-
rem evangelii, lingua celerem, manu scribendi tardum, in Christo saluta.
ominus Iesus cum spiritu tuo. Ex Troga, 3 (?) Nonas Aprilis 26.

Plaii Am Stain tuus.

Magnifico domino doctori Ioachim von Wadt, Gallensium civium magistro, suo domino.

a) „letaris". — Fast durchgehends „e" für „æ". — b) Missverständlich für „thesaurum"? — c) „c" „t", „-cia", „-ciam", „-cie". — d) „paccatę". — e) „sor-". — f) „hac". — g) „disptat". — h) „pecantem".

1) Vrgl. II, Brief 312.

454. II 261.

Wolfgang Schatzmann[1]) an Vadian.

Sempach. 1526. April 17.

Bericht über eine Zusammenkunft von Geistlichen in Luzern, wobei die Weisheit Vadians gepriesen wurde. Ermahnung, beim alten Glauben zu verbleiben.

Potenti ac magnifico viro domino Ioachimo Vadiano, civium ıagistro, amico amantissimo plurimum dicit salutis. Nichil novitatis hac-
:nus percepi, quam quæ[a] (tuæ) Humanitati notiora[b] sunt nobis. In nun-
inis Lucernensibus Lucernæ fui cum domino meo Iohanni Fer in
ospitio[b] Equi. In eodem loco abbas[c] quoque de Muri aderat, pariter
ræfectus Kuckli[d] abbatis[e] Sancti Galli et scultetus Iohannes Hůg,
ui omnes de tua sapientia[b] ac doctrina plurimum dicebant. At Iacobus
er, qui nonnumquam tanquam legatus fuit ad Turegaum[f] ac aliunde,

apertis dicebat verbis: nisi tua Humanitas abstineret se a consortio[c] novarum inventionum, potentissimus fores in tota natione Helvetica[d]. Tuam namque laudem ac doctrinam perpulchre undique percipio. In disputatione[e] futura, quæ erit (tibi cognita) in loco Thermarum[h], esto in antiquæ religionis tramite, si fas[i] et conveniens tibi esset. Vale, prædilecte amice; ac cito rescribe. Iterum vale optimis avibus. Raptim, ex oppidulo[k] Sendpach, in die Sancti Rùdolfi, anno 1526.

Wolffgannus Schatzman,
præmissarius oppidi[k] Sendpach.

Potenti ac solerti viro, civium magistro oppidi[i] Sancti Galli, amico Ioachimo Vadiano colendissimo literæ[a] pertinent.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „apas". — d) Für „Ruckli" verschrieben: — e) „abatis". — f. Für „Toegum"? — g) „Helf-". — h) „termarum". — i) „vas". — k „opid-".

i) Vrgl. I, Brief 3.

II 264. 455.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1526. April 22.

Übersendung eines Kreisschreibens, das auch nach Appenzell geschickt werden soll. Absichten und Stimmungen im Rate von Zürich. Der Stand der Dinge in Glarus. Äusserungen des Bürgermeisters Meltinger von Basel. Bitte, ein beiliegendes Schreiben nach Herisau zu senden. Streit zwischen Strassburg und dem Grafen von Hanau. Abendmahlsstreit in Heidelberg. Streitschriften gegen und von Öcolampad und von Zwingli selbst.

Gratiam et pacem a domino. Sub ipsam horam, qua literas abs te accipiebam, clarissime Vadiane, absolvebatur hęc nobis ad omnes epistola, quam tamen permissu senatus[a], qui eam prius inaudiit, evulgavi[b]. Ringentur isti ac ultima comminabuntur; at frustra. Mitte ergo reliqua exemplaria Abtzellam. Consilium tuum ac Hessi mox retuli ad consulem Röstium; is se dixit, de eo cogitaturum ac ad 25. diem Aprilis, si videatur, relaturum. Non dubito, quin referat, neque etiam dubito, quin aut legatione aut literis aliquid agatur. Baden, etiamsi vellem, non permitteret populus Tigurinus. Ægre[c] tulerunt multa senatus[a] pars, quod me Bernam aut Sanctogallum obtuli iturum esse. Videtur et vobis congruere, ut pagis adversariis quid simile respondeatis: fuisse vos semper in disputationibus Tiguri; ibi satis docti sitis nec habeatis opus latiore disputatione etc., nisi alius locus eligatur. De Laurentio Badensi nesciveram; percontabor omnia et amicos Bernenses commonefaciam.

laronę spero evangelium propediem melius habiturum. De ea re, iam nuper volebas, iterum monui. Spero et meos ad comitia Maia[d] eo nturos. Qui legatus fuit in eo conventu Eremi, quo furor iste exsputus[e] t in viciniam vestram atque vos, negat se strenue[f] quicquam scire, dum adsensisse. Meltingerus, consul Basiliensis, dixit ad Rœium nostrum, cum nuperrime Eremi fuerunt: si Zvinglius non veniet aden, vereor neque Oecolampadium venturum esse. Est enim n usque adeo ęquus evangelio Meltingerus. Equidem spero, tam btzellanos quam vos in hanc sententiam ituros, ut, si omnino dispundum sit, aliquis ex nostris locis huic operi destinetur. Id cum aliquot os quoque pagos non dubitamus facturum (!) esse, fiet, ut, quod isti in ęiudicium evangelii statuerant, ad incrementum cedat. Scripsi hic epipo Herisoę; obsecro, ut, quę literis adiuncta vides, certum aliquem bellionem nactus, cum datur, ad hominem transmittas. Comes Hanowisis duriter suos habet. Ea res compulit quendam bonum ac opulentum ganum, civitatem Argentorati emere, id quod ei per leges licebat, mque id comiti nuntiaret[g] eiusque imperio renuntiaret[g], in carcerem ab coniectus est. Quod ubi resciverunt Argentoratenses, octingentos lites, equites centum cum machinis octo miserunt. Comes elapsus est ce, novus homo Argentoratum reductus ac in ipso triumpho supra aximam bombardam per urbem circumductus. Heidelbergę inciunt, qui Christum prędicant, videre, quid sit eucharistia. Hęc ex Capinis literis. Probantur fratribus, quę contra Svevos[h] Billicanum, hegium quoque recens de eucharistia Germanice scripsimus Oecompadius et ego. Bircheimero, Noricorum consuli, respondebit ecolampadius, in quem nominatim scripsit. Eccius quosdam locos plicuit communes, ut arbitror, Melanchthonem imitatus, misere tamen, quibus admonet, Lutherum ac Luteranorum (!) genus non disputane, sed igni, ferro laqueisque superandum esse. Vide, quo tendat nostrom consilium. Oecolampadius vidit librum. Vale ac, ut soles, vigila. iguri, 22. Aprilis MDXXVI.

H(uldricus) Zvinglius.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo cum primis observando.

a) „sęn-“. — b) „evolgavi“. — c) „egre“. — d) „Maya“. — e) „exp-“. — f) „strennue“. — g) „nunc-“, iunc-“. — h) „Svęvos“.

l) Vrgl. I, Brief 100.

II ##.

456.

Kaspar Wirth[1] an Vadian.

Rom. 1526. Mai 6.

Glückwunsch zur Würde des Bürgermeisters und Empfehlung seiner Schwester, der Priorin Sapientia.

Commendationem plurimam cum salutis etiam plurima exoptatione. Excellentissime doctor domineque et amicorum observandissime, alias ex literis sororis meæ[a] Sapientiæ amatissimæ, priorissæ Sanctæ Katherinæ etc., non sine ingenti animi lætitia accepi, te tuis exigentibus meritis unanimi omnium voto ad burgi seu civium magistri dignitatem electum ac illi reique publicæ Sancti Galli præfectum, de quo ex corde et animo gavisus sum et gaudeo, quodque in parentis seu avi paterni, Hectoris de Watt pientissimi, locum conscendisti. Unde et tibi tuisque, immo[b] potius nostris summe gratulor optoque, ut sempiternæ laudi existat et respublica Sancti Galli bono ac tanto rectore præsidente feliciter debiteque gubernetur, confisus omnino, quod tuis prudentia et gravi ac maturo optimoque consilio cum altissimi auxilio et gratia singula ad bonum, immo[b] meliorem statum deveniant; commendans autem inprimis et semper sincerissime prælibatam dominam Sapientiam, priorissam sororemque charissimam, cum suo conventu devoto ac illius monasterio tuis fidei et protectioni efficacique præsidio, ut in et cum bona pace et tranquillitate vivere et deo servire illumque laudare et benedicere ac ad eundem suas preces devotissimas pro nostra omnium salute fundere valeant; quo gratius michi nil foret. Cum his[c] itaque optime vale, magister civium dignissime. Casparis tui non immemor. Ex urbe, die VI^ta^ Maii anni MV^C^XXVI.

Caspar Wirtt, canonicus *Constantiensis.*

Gravissimo magnæque prudentiæ viro domino Ioachino de Watt, magistro civium oppidi[d] Sancti Galli medicinarumque doctori clarissimo, domino et amico colendissimo

S. Galli.

a) Durchwegs „e" für „æ". — b) „ymmo". — c) „biis". — d) „opidi".

[1]) Vgl. I, Brief 52.

457. II 268.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1526. Mai 11.

Eine Streitschrift Fabers. Die Stellung von Glarus zur neuen Lehre. Erwartungen in betreff der bevorstehenden Disputation in Baden und Beschlüsse des Rates. Urteil über Luzern. Bitte, ihm Neues zu berichten.

Gratiam et pacem per Christum. Hoc scribere possum, per occupationes me nihil posse scribere. Capita hęc accipe: Faber scripsit adversus priorem epistolam meam, qua profectionem ad Baden nego. Ibi hominem longe magis ludicre accipio, quam prius unquam. Clarona prędicatum vult evangelium. Si quis episcopus legem eam contempserit, in exilium relegator, nisi veniam petat, quę una tantum vice dabitur. Contra vim evangelii nec sibi pręcipi quicquam patientur nec aliis pręcipient. Si disputatio Badensis quid pariat, quod verbo domini repugnet, non vult populus. quicquam de illo vel rogari vel pręcipi. Fœdera omnibus ex fide custodient. Si Tiguro vel cuiquam pago vis fiat, ei auxilium pręstabunt, qui vim passus est. In provinciis iudicandis hoc servabunt, ut ubicunque Tigurini non adsidebunt, nec ipsi adsideant. En tibi quod sudavimus! Fridolinus Beldius, vir supra modum sagax et eloquens, consilium dedit; difficulter vicit hęc sententia, 20 tantum votis. Rumpuntur Madio (!), Schudii et id genus auri voragines. Minantur nova comitia, sed nequicquam; si modo deus pergit esse deus, quomodo hactenus fecit. Custodiat vos dominus a malo. Senatus[a]) noster negat me disputationi Badensi. Ipse liberam, sed blandam epistolam scripsi ad hęc comitia. Lucerna ista, quę paulo minus quam tenebras (!) lucet, audax est et pręterea nihil. Saluta amicos omneis. Si quid novarum rerum rescietis, meo sumptu transmittite; nunc enim vigilandum est, ne somniculosis aliquid incommodi obrepat. Vale per Christum Iesum, dominum nostrum. 11. die Maii MDXXVI.

H(uldricus) Z(vinglius) tuus.

Libellos istos amicis distribue; varii sunt, nec idem genus omnibus missum.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo observandissimo.

a) „Sęnatus".

1) Vgl. I, Brief 100.

458.

Ambrosius Eigen der alt[1] an Vadian.

Baden. 1526. Mai 21.

Bericht über den Beginn der Disputation zu Baden.

Sondrar günstiger, lieber her burgamaster und fetar. Ich möcht vorwundra der dispataz halb hie. Las ich uch allhie in anar ill ufs kurtzst wissa, daz die Fariseer mit macht und grosam pomp hie sind. Abar der gatselig Eckalampadias gar semftmûtig mit anam klana huffi, alan mit anam frölicha, starka gmût hie widar sy zû dispotieran ist. Also hat man uf hut erstan firtag um 6 agfanga; hat gwert bis uf 11. Hat Egg agfanga, mit grosa schmachwarta den ersta punckta des sakramez andast. Darnach Ekladampadis gar an schœni fared 3 stond lang gfürt. Daz hat sy wella verdriesa und hand im 4 mal ingfalla in dred; daz er dan alls gar fin ferantwurt hat und Egga gût su gen. Nach solcham hat man um daz 1 na mitag widar sölla anfaha. In solcham ist iliz batschaft von Basal koma, wie si forstandind, daz ir predikant Eklap(adius) ala sig. Uf solchs so söll er stil ston und nit witar disputiera; dan sy habid me glert lut: den wichbischof und den barfüsar, ewangelisch bredikanta; die solind als marn hie sin; dan wirt man witar handla. Och dar by gsat den Egnosa von min hera von Basal: so ma also well handla mit ira bredikanta und sy nit well gnûgsamlich lon reda, welind sy widar ham mit in[b]. Hierum in gûter hofnug ungezwiflot, die êr goz werd für gon. Damit och gebeta: wolt solchs von mir vor gût uf ne; ir wert bald gruntlicha bschad han, dan man als in dfedar ret.

Uwer wilgar vet(ar)
V. A. G.[a]

a) Etwa mit „üwer alzit günstiger" aufzulösen? — b Am Rande: „wirt füro vormita". — Auf dem Rücken, scheinbar von gleichzeitiger, wenn nicht gleicher Hand: „Ambrosius Eigen, Sangallensis".

1) Der Schreiber dieses, im breitesten, unbeholfenen St. Galler Dialekt geschriebenen Briefes ist wohl der alte Hauptmann *Ambrosius Eigen*, jedenfalls nicht sein gleichnamiger Sohn, der Schüler Vadians in Wien; vgl. III. Anhang, Brief 64. — Das Datum lässt sich mit Sicherheit aus dem Inhalt bestimmen. Auffallend ist dabei, dass Eigen den Pfingstmontag, an dem die Disputation ihren Anfang nahm, den «ersten firtag» nennt. — Unter dem Namen des Ambrosius Eigen gehen noch 3 weitere Briefe aus den Jahren 1528, 1531 und 1532.

459.

St.-A. Zürich E II 351.

Joachim Vadian[1]) an Ulrich Zwingli.

St. Gallen. 1526. Mai 25.

Die Leidenschaft und Siegeszuversicht der Gegner Zwinglis. Schrift über den Streit ischen Zwingli und Eck. Bedauern mit Oecolampad, der im Kampfe mit lärmenden Gegnern h aufreiben muss. Berichte aus Bern; Bitte um zuverlässige Mitteilungen darüber. Sendung zweier Mitglieder des Rats nach Baden und Ratschläge für das weitere Vorgehen.

Salve, vir doctissime. Dictu mirum, quam nunc adversarii illi tui se efferant frivole, quam plaudant pueriliter et quam strenue encomium ctoriæ prævertant[a]). O immortalem deum nostrum! unum horreo, ne agnum malum daturus sit fucus iste, non sane tibi tuisve, sed his, qui er imperitiam et inscitiam nihil non admirantur. Hoc die ad nos allatus t libellus quidam, qui dogmata tua, undique excerpta pro libidine, Ec- i responsionibus præponit et veluti dialogi fabellam texit. Eum te du- m accepisse ab fautoribus tuis puto. Quid illi respondeas? cum satis se ipsum Eccius prodat, tremulo calamo, vili depulsione et longe ma- me prostituta conscientia. Sed de Eccio et suis piget scribere. Solius ecolampadii me miseret, cuius sincerissimæ aures Thersitas illos et tentores tanto tædio[b]) sustinere — pauxillo fortasse fructu — compelluntur. ed præstiterit fortasse et hos sustinuisse, quo magis demum sophisticę rgiversationi sese candor veritatis ausit opponere. Certum est enim ud me, victorem abiturum ex illa harena Oecolampadium, etiamsi ctus videri debeat coryphæis quibusdam, qui triariorum pugnam ab otio[c]) ius et maturiore deliberatione tandem erupturam esse non cernunt. Sed e Bernensibus quid acceperim magno dolore, exemplo tibi indico lite- rum, quas Bernensis quidam ad scultetum (arbitror) Lucernanum ripsit ad Baden; quibus quoniam deest inscriptio nomenque nec satis i gestæ argumentum cohæret, parum fidei adhibeo. Precor tamen te quando id magni referat), certiorem me facere de ea re ilico[d]) velis neque me expensis parcere, quo nobis ad manum sit, quo certa fide aut inter- retari factum aut mendacium confutare pro veritatis defensione possi- us. Misimus hactenus senatorios viros duos, quibus commissum, ne quid iud ad illos referant, quam quod frequentissimis suffragiis decretum est: empe placere nobis disputationes, quæ veritatis vestigandæ gratia fiant; terim nos accepturos defensurosque, quicquid aut illic aut alibi clarę ripturę testimoniis nititur. Summopere mihi consultum videretur, ut

Constantiam et Argentoratum evocares in stativa, ut scilicet in-promptu calamum haberent paratum in omnis hypocriticę ostentationis confutationem: quo non tu solum, qui longe gravioribus sat esses fortis, sed præter Oecolampadium etiam illi subsidiaria auxilia libellis suis mitterent, quibus palam denegata est hactenus disputandi copia. Vale et ilico[d], si potes, nos de rebus omnibus facito certiores. Nuntio[c] nos liberaliter consulemus, quemcunque miseris. Apud S. Gallum, 25. Maii, anni MDXXVI.

Ioachimus Vadianus, vere tuus.

Domino Huldricho Zvinglio suo.

a) „prævortant". — b) „e" für „æ". — c) „c" für „t". — d) „illico".

[1]) Vgl. I, Register unter «Vadianus».

II 271.

460.

Georg Tannstetter[1]) an Vadian.

(Wien.) 1526. Juni 11.

Glückwunsch zum Bürgermeisteramte. Schilderung seiner Krankheiten. Bericht von einer grossen Feuersbrunst in Wien und von der Glaubensbewegung in Österreich und Ungarn. Bitte um Angabe von Stellen bei Plinius und um Nachrichten aus der Schweiz.

S. D. Clarissime domine doctor. Quod nunc summum in patria tua magistratum geris, quod tua Dominatio cum uxore et filia bene vales, vehementer gaudeo ac tibi tuisque ex animo congratulor. Ego vero nunquam a te consolatus sum, qui integro iam triennio tam multis ac variis morbis laboro, ut vix numerare queam. Nam primo incidi (in) febres synochicas[a]), quæ mutatæ sunt mox post phlebotomiam in tertianam[b]). Terminata tertiana laboravi ex epate aliquandiu; deinde toto medio anno, immo[c]) ad annum fere laboravi ex colica; paulo post incidi fluxum ventris mortalem. Supervenit dirum et inæstimale (?)[d]) incendium, quo 416 domus exustæ sunt et tria monasteria funditus corruerunt, ad Cœli Portas scilicet et ad S. Hieron(ymum) et ad S. Iacobum, et dimidium fere monasterium S. Nicolai circa portam externam versus Ungariam. In hoc incendio damnum accepi plus quam in 600 fl. In hoc denique incendio incidi in gravissimum oculorum dolorem et ipsa denuo artetica cepit me per universum corpus ita, ut hodie cogar in pulvinaribus sedere et vix ægreque ambulo, sicut præsentium lator vidit. His itaque tum animi tum corporis afflictibus ita

onsumptus sum, ut me amplius non nosceres, si casu te præterirem. Ceterum percunctatus sum multa de sectis vestris; quædam mihi eximie placent, quædam vero non admodum. Tu quid sentias, facile coniectare possum; quid ego de his sentiam, scribere non licet. Oportet enim apud nos ore saltem profiteri eam sectam, Romanistarum scilicet, quam princeps noster hactenus profitetur. Sed crede mihi: tot sunt, qui contralicunt, ut propediem mirabilia emergantur. Pullulat enim evangelium in Jngaria. Quid aliquando futurum sit cum eorum episcopis, tu cogita. Salisburgensis isto anno hactenus infeliciter cum suis pugnat; nam sui am tertio profligati sunt. Ungaria est in maximo periculo; nam Turca um 200,000 armatis ultra Savum castra metatus est. Rex Ungariæ olligit exercitum et auxilia pro viribus suis, ad proximum Iulium mensem urus obviam Turco. Tu quid novi habes, etiam aliquando ad me scribas, præsertim quid rei sit inter Cæsarem et Gallum. Postremo te horor atque per amicitiam nostram obtestor, velis ad me dare loca ista in ecundum Plinii, quæ hic apud me collegisti. Cura, ut cito transscriba(n)tur et ad festum Iacobi ad nundinas Cremsinas ad me mittantur; upio absolvere et non edere sine tua crisi cum hac explanatione capituli le varietate nascendi. Ego loca ista perdidi in cartis (?) omnia per ægriudinem (? ?) . . . . .[e]

Si ad me dederis hæc loca, nihil erit, quod tibi in posterum negabo ic sæpius ad te scribam. Habeo de cura ligni et pulvere præcipitato ingularem practicam, præterea aquam, cum qua Sebaldus curat, quæ ion tingit. Quicquid ex his et quibuscunque aliis placuerit, ad te dabo; u unice ad me scribas rumores tuæ patriæ et Galliæ. Ex consiliis nihil peto nisi publica et ne deseras me hoc exemplari. Supportabis enim me n magno labore. Præterea si quid omnino novum ex Tzwinglio vel Oecolampadio editum esset, ad me dato. Cuperem scire, an[f] hi duo locti viri animo ut scriptis concordes essent. Salutabis dominam conhoralem et filiam. Raptim, 11. Iunii MDXXVI.

Tuus *Georgius Tannstetter, Collimitius.*

Clarissimo et eruditissimo viro domino doctori Ioachimo Vadiano, magistro civium Gallensi, mitissimo domino et amico fratri.

a) „sin-". — b) „terc-". — c) „imo". — d) Ganz sicher ist „ines . . . le"; wäre etwa „inæstima(bi)le" ergänzen? — e) Von „Ego" an beschädigte unterste Zeile; das letzte Wort fehlt. — f) „ann" (?).

1) Vgl. II, Brief 288.

St.-A. Bern.

461.

Joachim Vadian[1]: an Berchtold Haller.

St. Gallen. 1526. Juni 13.

Freude über den Erfolg Hallers bei der Disputation zu Baden. Mahnung zum Ausharren in der Verkündigung des Evangeliums.

Salve, Berchtolde amantissime. Eximium trophæum[a] et spolia ampla retulisse te e Badensi disputatione omnes clamant et congaudent præter opinionem id Eccio sophistæ obtigisse, ut quem tanta confidentia velut victum traxit in arenam, ab eo ipso sit omnium calculo non victus modo, verum etiam pudefactus. Spes nobis est, gratiorem te tuis futurum, quam prius unquam. Non committe[b] (oro te per Christum), ut ullis ullorum contumeliis vexatus locum deseras enuntiandi[c] evangelii. Deus finem dabit prosperum tantillis motibus. Dura igitur fortiter et patere. Vale in Iesu Christo. Omnia tibi narrabit Christannus noster bona fide, quæ te scire cupio. Apud S. Gallum, Eidibus Iunii, Anno MDXXVI.

Tuus *Ioachimus Vadianus.*

Domino Berchtoldo Hallero, apud inclytam Bernensium civitatem, episcopo vigilantissimo suo.

a) „e" für „æ". — b) „comitte". — c) „c" für „t".

[1]) Vgl. I, Register unter « Vadianus ». — Das Original liegt im Staatsarchiv Bern, XII. Miscellanea Theologica Ecclesiastica cum Epistolis. 38. Nr. 60.

II 272.

462.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1526. Juni 20.

Dank für den Brief Vadians. Bericht über die Disputation in Baden. Lob Oecolampads. Verweisung auf den Bericht von Christian (Fridbolt).

Salve, doctissime Vadiane. Nihil unquam mihi hac rerum vicissitudine tuis literis gratius accidere potuit, maxime cum non solum eruditionis sed et spiritus sint plenissimę. Facit cruda mei ingenii tenuitas, ut, etsi animus semper desideret[a] quibusvis doctis calamo coram adesse, parcior tamen sim, quam deceat. De tragœdiis[b] Badensibus nihil te obtundam. Eram ego de pusillo grege, nonnihil ob tot doctorum[c] insignium scilicet præsentiam animo consternatus. Sed dominus dabat eloqui cum fiducia, quæ illi placebant. Mecum captiose agebatur, ut interim domi persensi, super confessione carnis et sanguinis in pane et calice, atque ex eo etiam coniecturare poteris, quod disputationem trium arti-

ılorum negabant et iam negasse videri nolunt. Filii huius sęculi ut sua ·udentia, ita nos nostra simplicitate utebamur. Sed nimirum in dei glo- am omnia cessura sunt, ubi disputata in lucem venerint. Tam candide scussit omnia candidus ille Oecolampadius. Berna semel cecidit; :d hoc lapsu graviore iam factum est, ut fortius resurgat fortiusque sta- ra sit, quam hactenus unquam. Cristannus noster, quæ apud[d] te de ›stratibus desiderantur[a], omnia abunde referet. Interim age, ut soles, ›nsulem Christo dignum atque eius negotium[e] tibi impense commen- ıtum adserva. Post reditum meum a Baden tertio[e] ad contiones[e] voca- s sum et nunc quarto a senatu plebeque urbis vocor. Vocationi parebo, ıoad usque proscribar; tum licebit et te et alios fratres invisere. Inte- a vale valeatque recte tota Gallensium ecclesia. Bernę, 12 Kalen- ıs[f] Iulias, annno MDXXVI.

Bertoldus Hallerus, ex animo tuus.

Ioachimo Vadiano, christianissimo Sangallensium consuli, do- mino et fratri suo (in)primis observando.

a) „desyd-". — b) „e" für „œ". — c) „doctaurum". — d) „aput". — e) „c" für „t". — f) „Cal-".

[1]) Vgl. III, Brief 434.

463. XII 271.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich. 1526.) Juli 3.

Übersendung der Acten von der jüngsten Tagsatzung. Mahnung der Kaiserlichen, m König von Frankreich keinen Anlass zum Friedensbruch zu geben. Benehmen Fabers. ıchrichten über Berchtold Haller in Bern. Empfehlung eines Jünglings. Wunsch nach einer mündlichen Unterredung.

Gratiam et pacem per Christum. Accipe, clarissime Vadiane, rum, quas te nunc scire refert, capita. Comitiis ad exitum Iunii habitis ;c acta sunt, si forte minus fideliter omnia (retulerint) legati vestri. onuerunt Imperatorii, ne Helvetii occasionem dent Galliarum regi olandę pacis, atque hac monitione volunt honori suo consultum.

Faber petiit et obtinuit literas ab Helvetiis, quibus testantur ipsum renue[a] ac fideliter rem gessisse, id vero apud multos principum; quo ilicet facilius intellegas pecunię collectionem, quam non modo episcopi abbates formicarum ritu coacervarunt, sed principum etiam nonnulli.

Idem Faber pro publica contione[b] liberavit Helvetios iudicio sputationis[c]; nihil enim opus habere iudice, quę olim sint ab ecclesia

iudicata; vulpeculam secutus[d], quę. dum uvas impetrare nequiret, contempsit, quod non essent maturę[e].

Quin, quod magis ridebis, iactavit — publice an inter pocula me fugit —, se amore veritatis ab ecclesia stare; nam si Luteranus esse voluisset, potuisse ditissimum reddi Luteranorum promissionibus. Munificentissimos esse oportet Luteranos, qui Fabro pecuniam polliceantur. Ubi hic sermo auditus est, prorupit quidam ex Helvetiis, — nomen exploratorem fugit —, alioqui parum ęquus evangelio, in hanc indignationem: Dii istos perdant; nunc video, nequam esse homines; Luterani enim adeo tenues sunt, ut pręter egestatem nihil possideant.

Berna allatum esse dixit rumorem Madius Claronensis, immo[f] verum esse dixit, Berchtoldum denuo iureiurando adactum, ut nihil, quod postremo receptis articulis adversetur, deprędicet. Mentitus est impudens homo. Nam pro evangelio feliciter[g] certatum est 26. die lunii Berchtoldoque missandi onus ademptum, propterea quod missam Baden defenderit non esse sacrificium. Constituti 8[h] aurei in annum et viginti modii tritici; octo vero baiulationes vini, « soum » vocamus. Sacerdotium canonicale ademptum, sed sic, ut duobus annis eum fructus sequantur, non aliter quam si vita excessisset.

Hunc iuvenem de gente Hevensium natum tibi commendo, ut in suo ei consilio adsis, medicus medicę cupido. Indole est ut optima, ita pectore sagaci. Latinam linguam mediocriter callet atque Hebręam, Gręcam degustavit. Si ergo videbitur, commendabis hominem Leoniceno Ferrariensi, ut is studiis eius consulat ac officio iuvet. Si pręstandum erit, pręsta; nos pro eo quoque pręstamus sive apud te, sive apud alios. Cupio tecum esse propter quędam, quę sibi non vult credi epistola, quod carta sit; animum esse oportere dictitans, qui ea ferre possit. Si ergo licet, aliquando ad nos venito; nec tamen urgeo. Vale. 3. Iulii.

H(uldricus) Zvinglius.

Ioacimo Vadiano, viro clarissimo.

a) „strennue". — b) „c" für „t". — c) „disputacionis". — d) „sequtus". — e) „e" für „ę". — f) „imo". — g) „fœliciter". — h) „80"; ist doch wohl eher = „octo" zu nehmen, als mit Schulthess „80" zu lesen.

1) Vgl. I, Brief 100. — Das Datum lässt sich mit Sicherheit aus dem Inhalte des Briefes ergänzen.

464.

II 273.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1526. Juli 18.

ung auf die Briefe von Vadian und Gebentinger. Der Fortgang der Dinge in Appenzell. Kürze des Briefes wird mit dem raschen Weggang des Überbringers entschuldigt. Die erwartete Ankunft der St. Galler Schützen.

Gratiam et pacem per dominum. Accepi tuas et Gäbentingeri as, clarissime Vadiane, quibus vestram in domino constantiam num, deinde Abtzellanorum quoque provectum hinc capio, quod rnę tribus, quas isti Rodas adpellant, quę nimirum ante omnes adunt, subolescunt[a]. Dabit dominus incrementum istic[b], ubi dicebamus: la tellus ac sterilis est. Vos modo in domino consistite. Haberem idem multa, quę te cupiam scire; sed non fert ocius tabellionis abitus, el gustum exhibeam. Unum hoc in summa dico: mendaciis geritur ac vanis confictisque terroribus. Sed pulsat tabellio. Vale ac salvos e Christianum, Georgium contribulem tuum, omnes. Rumor erat, nbardularios vestros tanquam de improviso ad nos venturos esse ad diem Iulii. Nihil patiantur se remorari. Tiguri, 18. die Iulii MDXXVI.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Victoriam auferent urbes, quas liberas et imperiales vocant, tanmodo ne quicquam timeant quam dominum.

Clarissimo viro Iacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo cum primis observando.

a) „sobolescunt". — b) „isthic".

1) Vgl. I, Brief 100.

465.

II 304.

Johann Wanner[1]) an Vadian.

(Constanz. 1526.) Juli 26.

Übersendung von Nachrichten aus Speier.

Gnad und frid von got.

Besonders günstiger, lieber herr, mir seynd uff nachst verschinen tag neuwe tzeyttung von Speyr tzůkomenn. Die hab ich tzaigern es brieffs mittailt und ynen bevolhen, Ewch die selbigen ouch tzů sagen. n wellend glouben gebenn; dann sy von gloubwurdigen personen mir geschriben synd, namlich vom Conrat Herbat, burgermaister tzů gspurg; und noch von aym gůthen gsellen, der nit namen hatt. Got

welle sin gnad geben, das wider sin hailiges wort nichts gehandlet werde. Hiemit bewar Ewch got altzeyt in synen gnaden. Datum in eyl, am montag nach Jacobi.

Ew(er) *Johann Wanner.*

Prudentissimo Ioachimo Vadiano, in Christo fratri suo charissimo.

[1]) Vgl. III, Brief 375. — Da Wanner auch sonst noch Berichte vom Speierer Reichstag des Jahres 1526 übersendet — vgl. Brief 470 —, ist wohl auch hier von dem Reichstage dieses Jahres die Rede.

B 226.

466.

Jakob Ziegler[1]) an Vadian.

Ferrara. 1526. August 1.

Bericht über einen von Vadian empfohlenen Verwandten Wendelin, der bisher vergeblich eine Stellung in Ferrara gesucht hat. Sein in Arbeit stehendes Werk über Plinius. Lob des verstorbenen Melchior von Watt. Erwähnung der Streithändel in Deutschland und Bitte, zwei Druckschriften an Celio Calcagnini zu senden. Gruss an Erasmus.

S. P. D. Dedisti commendationem Vendelino cuidam, gentili tuo, ad Cœlium Calcagninum et Leonicenum. Sed is mortuus est ante hoc biennium; Cœlius vero est in rure procul 30 milia passuum a Ferraria. Litteras ergo ad Leonicenum dedi Ioanni Maynardo, primæ auctoritatis[a]) medico et mihi amicissimo, qui vicarium patrocinium egit[b]). Verum nihil est eius conditionis Ferrariæ, cui is potuisset cooptari. Tentavit, ut in cohortem reciperetur stipatorum militum principis. Si hac quoque non succedet[c]), migrabit Venetias. Cœlius te plurimum amat commemoratque toties officium tuum in se, quod Viennæ Pannoniæ exhibuisti, quando prætereuntem salutasti, continetque etiam cum veterem memoriam, tum præsentem ipsius amorem in te commentarium istud in Melam, quo mirifice delectatur cuiusque probat cum eruditionem, tum præcipuum candorem in omnes, tum maxime in nostrum Collimitium, erga quem te non candidum modo et gratum, sed potius pium agnoscit. Quam virtutem eo insignius accipit, quoniam Collimitium non amat modo, sed admiratur pro recondita illius eruditione, maxime in mathematicis et in Plinium[d]) recognitionibus, non quas cognoverit, sed quarum exspectatione[e]) emori possit. Volebamus quoque illi super ea re scribere; sed quod nuntius[f]) primus fefellit, despondi animum postea. Et sum ego in eadem opera neque ago hoc tempore aliud, quam scribo in Plinium[d]), in locos eos secundi libri, qui de catholica siderum[g]) sunt, speroque, quod sim hoc auctumno amicis redditurum perscriptum. Expositionem vero

ttraxi ad operationem organi, quod in hunc usum concepi[b], neque enim ıtio est alia, qua sensa auctoris magis obviam veniant lectori, quomodo t expositio omnis sphæralis obscura est, non adducta ea ad organum, uod sphærales circulos refert. Hoc organum dedi videndum huic Vendelino, ut, si qua fortuna revertetur ad vos, possit referre quoquo modo ispositionem ipsius. Paraveram alio tempore litteras ad te ab urbe per ratrem tuum, si qua eum fata incolumem præstitissent; et quem ego tuo ıomine cognoscere cœperam, postea suo etiam merito amabam. Bonas nim litteras pro ætate habebat, plurimam spem in reliquum de se præebat. Verecundus erat sermo, parcus, modestus, non petulans, ingenium ompositum, minimum sibi confidens. Quæ virtutes plurimum bonæ spei le se pollicentur, et qui eas virtutes non habent adolescentes, sed confilentia et philautia sibi nihil non tribuunt, sibi obstant ad meliora et præsentia præstant non matura satis et ante tempus effœti pereunt. Itaque Melchior, si adhuc tamen nomen teneo, in ædibus meis calcaria succinxit, ı meis ædibus ad portam profectus est. Si eam quoque licuisset supe·are! Namque[i] febri insperata correptus, quinto post die, ut recolo, obiit. Quo ergo nuntio tam necessario privatus et quia ab eius casu plurima ɔars epistolæ supervacanea erat, recepi[k] ipsam ad me estque intermissum ɔfficium hactenus ad te meum. Tui tamen et Collimitii memoria mecum ɔerpetua est. Vendelinus narrat mihi gravissimos Germaniæ motus. Quid dicam, Ioachime? Ergo Germania una scelerata est, sive ea plectitur, quodcunque Maranus (?) pathicus[l] et periurus peccant? Rerum Germanicarum summa ignoratio per Italiam est. Pauci, et hi principes infulati, omnia et penitissima cognoscunt, referentibus istinc[m] quibusdam sibi iuratis, qualia vulgo tanquam mysteria celantur. Quod scribo, non quod ex te multa requiram, quæ neque tuto scribuntur neque fideliter perferuntur; sed quod intelligas causæ horum conditionem, qualis ea sit, quæ una ignoratione tuta sibi videtur, periclitatura statim atque cognosci vulgo cœperit. Legi in Germania adhuc manens declamationes Poggii et Guarini in argumento: uter virtute militari præstiterit, Scipione Africanus an Cæsar dictator. Ei controversiæ tu ad postremam ɔaginam carmen adiunxisti. Etiam legi Triumphum Reuchlini, quem uum putavi, sed Romæ a lecta Spongia cognovi auctorem Huttenum. Te oro, mittas Cœlio et mihi utrumque[n] carmen. Laudavi ego, atque s cognoscere utrumque[n] cupit. Erasmum Roterodamum salvum

esse cupio, cuique multam salutem dices meo nomine tuis litteris, quas proxime missurus es. Puto enim tibi abunde convenire cum eo, quantum alii obnitantur. Scripsissem illi; sed nihil erat iusti argumenti. Huic etiam dicas Cœlium Calcagninum unum esse, qui amore et observantia in se nemini tota Italia cedat[o]. Vale diu incolumis. Ferrariæ, ex ædibus Cœlii Calcagnini, ipsis Kalendis[p] Augusti MDXXVI.

Iacobus Zieglerus Landavus.

Præstantissimo domino Ioachimo Vadiano, senatus et populi S. Galli consuli, domino et amico suo præcipuo.

a) „author-". — b) „ægit". — c) „succoedet". — d) „Plynium". — e) „exp-". — f) „c" für „t". — g) „syd-". — h) „concœpi". — i) „Nanque". — k) „recœpi". — l) „paticus". — m) „isthinc". — n) „utrunque". — o) „cœdat". — p) „Cal-".

1. Von *Jakob Ziegler*, Astronom und Geograph, geb. circa 1470 in Landau a. d. Isar, gest. 1549 zu Passau, sind fünf Briefe aus den Jahren 1526—1540 vorhanden; drei davon liegen in Bremen.

XII 274.

467.

Ulrich Zwingli[1] an Vadian.

(Zürich, 1526) August 5.

Die Angelegenheiten der Appenzeller. Faber in Speier. Die Bündner gegen den Bischof. Der Kaiser sucht die Schweizer zu gewinnen.

Gratiam et pacem per Christum. Irremissam diligentiam tuam, clarissime vir, non exosculor modo, sed etiam veneror atque demiror. Lanius, qui legatione ad Abtzellanos functus est, prędicare[a] cum omnium civium tuorum, tum maxime tuam liberalitatem ac munificentiam pro dignitate non potest, bonus ac incorruptus Hercules vir. Capitur nunc consilium, quomodo sit cum Abtzellanis agendum, quibus oligarchi iam adperte imperant. Pęnitudo apud nostros prorsus nulla est propter quorundam pagorum repulsam. Berna fuit apud nos ac Basilea. Ex Spira[b] ante horas quatuor nuntia[c] habui, quod plerique principes nolunt Fabrum in suo consessu ac senatu[d] adsidere, quod hactenus fecerat, Perdinandi[e] scilicet a consiliis; similes habent labra lactucas. Id quoque cum cautione creditum est, quod tu quoque premes, nisi cum es apud tacitos: principes aliquot in hoc esse, ut, si Cęsareo mandato pergat urgere ac contristare evangelium Perdinandus[e], ipsis cum rebuspublicis conveniat; immo[f] speratur fœdus confore, si, ut dictum est, nihil quam sęviatur[g]. Cum Abtzellanis arbitror hoc agendum, ut non solum de sacramento interrogentur[h], sed etiam de evangelio, quo scilicet loco sint illud habituri aut quomodo defensuri. Est enim mihi spes, ubi comitia fre-

quentiora fuerint, posterius hoc ex abundanti accessurum esse. Tu si posterius dissuadeas, cum datur, indica. Reddemus te atque alios amicos protinus certiores, ubi senatus super ea re decreverit, quo mature sciant omnia amici. Nam si honeste ad dictam posteriorem quęstionem respondebunt nostris, iam ea fama plurimum iuvabit negotium[c] evangelii. Nemo enim hactenus a nostris hac in re excussus aut requisitus est; maxime tamen apud vicinos vestros ac Durgoios ea fama proderit.

Rhętis[g] articulos puto 18 rogarunt ante dies decem aut duodecim, qui omnes episcopatui ruinam conciliabunt. Evangelistę istic[i] uxores ducunt impune. Cęsar magnis pollicitationibus nititur nos ad partes suas pertrahere. Quid futurum sit, brevi sciemus. Helvetii non satis sunt concordes. Vale ac salvum iube Augustinum, Zelium, Christianum, Sebastianum, omnes. Excuditur nunc responsio 3. ad Fabrum super libello mendacissimo. Murnerum olim statuimus pertinaciter contemnere. 5. Augusti. *H(uldricus) Zvinglius.*

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo cum primis colendo.

Herren *burger*meister *Joachim von Watt*.

a) „pre-“. — b) „Spyra“. — c) „c“ für „t“. — d) „ę“ für „e“. — e) Offenbar absichtliches Wortspiel. — f) „imo“. — g) „e“ für „ę“. — h) „interogentur“. — i) „isthic“.

l) Vgl. I, Brief 100. — Das Datum dieses Briefes lässt sich mit Sicherheit aus dem Inhalt ergänzen.

468. XI 185.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1526.) August 13.

Entschuldigung seines bisherigen Schweigens. Erinnerung an gemeinsamen Unterricht. Verschiedener Lebenslauf. Übergabe der Briefe Vadians an den Bürgermeister in Cur zur Benutzung bei dem bevorstehenden Bundestag. Politische Nachrichten. Pest.

Gratiam et pacem per Christum Iesum. Quod toties[a] tuæ Humanitatis insignisque Mansuetudinis literis appellati nunquam responderimus, propriæ inscitiæ pudore, non contemptu factum puta, præstantissime vir; reminiscens enim pristinæ conversationis nostræ, cum sub magistro quodam Simone[b] ante totos triginta annos prima rudimenta capiebamus, quam disparia studia impares nos reddiderunt[c] plus quam dies ac noctes. Tu quidem in virum egregium candidumque evasisti; ego vero in sordidum et ignavum, adeo ut non pauco rubore suffundar, quoties ad viros candidos scribere compellor. At non hæc sorti tuæ invidens, sed mei potius miserescens recenseo. Persuasum enim habeo. tantam esse tuam

Humanitatem, quod misertus mei, si barbaras aut alias incultas litteras nunc aut posthac ad te dedero, veniam facile daturus sis. Ex quo enim semel seposita verecundia scribere cœpi, sæpius[d] (Deo volente) tuam Humanitatem affabor. Nunc ad rem ipsam accedimus. Certiores nos reddiderunt tuæ Mansuetudinis literæ in sex præcipuis, quæ ipsa optabamus et quæ evangelicæ rei profectui non parum multum conferre poterunt. nobis vero magnæ consolationis gratulationisque materies fuere. Verum ut nostra temeritas omnino tibi nota fiat: epistolæ tuæ summas una cum historiola[b] Spirensi[b] nostro consuli iamiam ad comitia properanti tradidimus, tum ut certiores sive conscios faciat evangelii fautores ad comitia undique confluentes, tum ut nugas, quæ a vanis et malevolis ingeruntur. commode[e] profligare queat. Ceterum[f] eorum, quæ apud nos agantur, scitu digna paucissima sunt. Primum: statuerunt quasdam leges, quas articulos vocant, in futurum servandas, quibus timeo, cum non e spiritu Dei, sed ex privato forsitan commodo[e] exordium cœperint, suo fine vix potituræ sint; tamen semel assumptæ sunt ac trium Ligarum sigillis roboratæ. Utinam in bonum salutemque nobis cedant! 2. Pestis irruit, quæ potissime in Christi familiam grassatur. Patienter tamen hæc divinæ bonitatis bella ferenda iudicamus, quæ non ad Tartara animas, sed in cœlum mittunt. 3. Bella undique nos molestant cum nostra, tum extranea, et qui tandem exitus futuri sint, nescitur. Deo commendamus. 4. Helvetii nostras terras ad Insubres transeuntes minitantur immania, si parta victoria reverti contingat: scilicet evangelicos, quos Lutheranos ac Zvinglianos hæreticos[d] vocant, sese exstirpaturos[g] funditus ac ad internecionem[h] usque perdituros. 5. Nostræ patriæ primates in Ilands[b] comitia celebrant, et, quæ inde emanabunt protinus ad te scribentes, omnium gestorem certiorem faciemus. Vale, candidissime Ioachime, Christo protectore, cum omnibus Christo deditis, et nos tibi deditissimos ama. Ex Chur, 13. die Augusti. Salutat te Sanlandronius (!) noster, qui propediem literas dabit.

Tuus *Ianus Comander.*

Doctissimo præstantique viro Ioachimo Vadiano, oppidi S. Galli consuli dignissimo ac domino suo observando.

a) „c" für „t". — b) „y" für „i" in der Stammsilbe. — c) „redid-". — d) „e" für „æ". — e) „commode", „-o". — f) „E" für „e". — g) „extir-". — h) „internitionem".

1) Von *Johannes Dorfmann* — gräcisiert Comander — sind 61 Briefe an Vadian aus den Jahren 1526—1550 vorhanden. Vorstehender ist ohne Zweifel der erste der ganzen Reihenfolge und knüpft an gemeinsam genossenen ersten Unterricht an. Johannes Dorfmann muss

daher einen Teil seiner Jugendjahre in St. Gallen zugebracht haben, ob er nun, wie Fl. Egger und Chr. Tuor annehmen — Anz. f. Schweiz. Gesch. III, 319ff. und 339ff. —, von Cur oder, wie Th. v. Liebenau nachzuweisen sucht — Anz. f. Schweiz. Gesch. u. Altertumskunde, Jahrgang 1868, S. 145ff. u. Anz. f. Schweiz. Gesch. III, 338f. —, von Luzern, gebürtig war. Jedenfalls kam er 1523 als Prediger an die St. Martinskirche in Cur und blieb als solcher das Haupt der reformierten Partei in Bünden bis an seinen Tod im Jahre 1557. — Simon, «der in dieser Zeit in St. Gallen an der öffentlichen Schule in der Sprache unterrichtete», wird übrigens auch von Joh. Kessler als erster Lehrer Vadians genannt; s. Götzinger: Joachim Vadian, der Reformator und Geschichtschreiber von St. Gallen, Halle 1895, S. 3.

Dass vorstehender Brief in den August 1526 fällt, geht mit voller Sicherheit schon aus der Erwähnung der (20) Artikel hervor, die am 25. Juni dieses Jahres erlassen wurden. Auch der übrige Inhalt des Briefes stimmt dazu.

469. II 144.

Fritz Jakob von Andwil[1]) an Vadian.

1526. August 14.

Übersendung von Berichten über den Reichstag zu Speier. Unwille über die Haltung des Kaisers und der Fürsten. Freude über die kräftige Antwort der Städte. Er empfiehlt sich Vadian zu Freundschaft und Dienst.

Gnad und frid von got und Cristo Iesu mit erbiettung fruntlicher, williger dienst zuvor. Lieber brůder in Cristo, herr und fründ, mir sind ettlich geschriften nüwer zittung vom dem richstag zu Spir zukomen, und wiewol ich dorab, besonder ab der kaiserlichen instruction, wenig fröd ennfangen hab, das alle cristenlichen menschen hören söllen, das ain römscher kaiser, der do des wort gots ain beschirmer und handthaber sin solt, so gar offennlich dawider schriben und mit der tatt zu blůtvergiesen die fursten ermanen důt, und die endtcristischen bischofe solich annemen und den stenden des richs, besonder den fry- und richsstetten, in offner versamlung verkunden thon. Dagegen fröwt mich, das die erbren stett uf sölich furpringen so ain cristenliche geschickte und us dem hailigen gotswort wolgegründte und àn zwifel us dem hailigen gaist geflossen anttwurt gegeben haben nach dem hailigen ewangelio. Mag ich sagen: vatter, ich sag dir dank, daz du dise ding vor den wysen[a]) der welt verborgen und die den ainfeltigen eroffnot hast. Und wiewol dise red des herren von[b]) den gottlosen fur ain sprichtwort ironice vil geredt worden sind. die ainfeltigen, das syend die zünffmaistr: so ist doch sölicher spruch ietz zu diser zit in der anttwurt der stetten in esse und wurckung gegangen; des sich och der kungklich prophet in der person Cristi beclagen důt und spricht: die fursten haben mich, das ist myn wort, umb sunst durch-

[illegible] bapst, cardinel [illegible] bischof und fursten [illegible] Hat ainer sechs oder siben kungrich [illegible] Bapst, cardinel und bischof [illegible] zu [illegible] der tufel hilft. Wer hat unser puren, die da dahaimen werchen und den pflug heben solten, gelert in die krieg ziehen, daneben alle [illegible] lernen und annemen, anderst denn bapst, cardinel, bischof und fursten? Wer hatt alle unzucht, zutrincken, gotslestrung, ubig und kostliche claider, lichtfertigkait der mann und der frowen in Tuschland bracht? Furwar niemand denn bapst, cardinel, bischof, kung und fursten. Und in summa so komen alle laster von Rom, und ich wil gar vil lieber underm bischof zu Costantz sitzen: der verbut mir zu etlichen ziten flaisch ze essen, erlobt mir aber daneben in offner hury zu sitzen, denn das ich wolt under denen von Zurich sitzen: die erloben mir zu allen zitten flaisch ze essen, verbietten mir alle offne hury etc. Ich stan aber in groser hofnung, got der herr werd sin hailigs, ewigs, unwandelbars wort und alle, die darin vertruwen, wider die gottlosen beschirmen und handthaben und die ding alle nach sinem gotlichen willen und gefallen und nach der sinen seelhail und seligkait schicken und handlen etc. Und wiewol ich acht, lieber bruder, herr und frund, das ir sölich nüwe zittung und gschriftten vorlengst gehapt habenn, so hab ich üch doch als ainem cristenlichen und ewangelischen mann wöllen zuschicken, mich damit gegen uch (des personlich nit anderst dann uss dem ewangelio kundtschaft hab) bekannt ze machen, fruntlich bittende, ir wöllen min schlecht, verdrieslich schriben nit zu verdries annemen und mich damit zu fruntlichen und willigen diensten bekannt haben. Datum vigilia assumptionis[c] Mariæ[d], anno XXVI[to].

Fritz Iacob von Anwyl, ritter.

Dem hochgelertten herrn Ioachim von Watt, doctor, minem lieben bruder in Cristo, herren und fründ zu aignen handen.

a) „wyser". — b) „vom". — c) „asummptionis". — d) „e" für „æ".

[1]) Von Ritter *Fritz Jakob von Andwil* liegen 2 Briefe an Vadian vor aus den Jahren 1526 und 1529.

470. II 276

Johannes Wanner[1]) an Vadian.

(Constanz.) 1526. August 16.

Übersendung der Briefe des Augustinus, welche Vadian vermutlich in einem von seinem Schwager vergessenen Briefe gewünscht hat. Streitschriften von Faber, Zwingli, Capito, Ambrosius Blaurer. Berichte von Speier.

Gratiam et pacem a deo. Litterarum tuarum, optime Vadiane, sororius tuus, forte grandioribus negotiis occupatus, domi oblitus est; sed scribi non potest, quam moleste hanc oblivionem tulerit. Ego quantum ex verbis suis coniicere potui, unam ex epistolis Augustini voluisti. En totum librum exhibeo, ne tuo desiderio frustrareris; quod si erratum est a me, absque culpa mea erratum est. Nichil apud nos novi est præter quædam[a]) mendacia[b]) Fabri, quæ ipse Novitates intitulavit. Zvinglius respondit; respondit etiam Fabritius Capito. Sed ex Tiguro hæc[a]) omnia nosti. Ambrosius noster (a)d impietates suffraganei parat responsionem. — Hodie legi nonnullas litteras ex Spira, quæ inter cetera hoc habent, quod hactenus nichil conclusum sit adversus evangelium. Saxonum et Hessorum duces sese imperatori paratissimos efferunt in his, quæ[a]) non sunt fidei; in fide vero volunt habere suas conscientias liberas. His vale in Christo Iesu. Datum 5ta feria post assumptionem Mariæ, anno etc. XXVI.

Tuus *Io(annes) Vannius.*

Prudentissimo Ioachimo Vadiano, proconsuli (!), domino ac fratri suo in Christo.

a) „e" für „æ". — b) „t" für „c".

[1]) Vgl. III, Brief 375.

471. II 277.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

Strassburg. 1526. August 30.

Mitteilungen eines Boten über Vadian. Unzufriedenheit über das Ergebnis des Reichstags zu Speier in Sachen des Glaubens. Biblische Vorlesungen in Strassburg. Streit in der Abendmahlslehre. Übersendung einer Verteidigungsschrift von Capito.

S. Etsi ea nuntiorum[a]) sit vanitas, ut proverbio locum fere dederit, non potui tamen huic non credere. Adeo enim depinxit Vadia-

dianum multis mihi nominibus, potissimum tamen iure præceptorio nunquam non suspiciendum, ut his[b] oculis mihi sim visus tui simulacrum intueri. Proinde etiam litteris fabulari tecum libuit mihi atque adeo ἄνευ προοιμίων, ut statim, quorum te nuntius[a] avidum dixit, habeas. Nosti forsan periculo tuo, Vadiane, vulgatum hoc: πολέμου κενὰ πολλά. Idem haud iniuria de nostrę ętatis comitiis dicere possum, quæ non tantum vana esse probat exitus, sed et ridicula plane. Argumento sunt Spirensia hæc, in quibus etsi per bonos aliquot ea sint proposita, quæ ad gloriam Christi provehendam tranquillitatemque publicam facere videbantur, meliorem tamen partem maior vicit. Cupierunt enim aliquot ex profanis[c] principibus, quibus et bona civitatum pars subscripserat, Cæsaris edictum, anno abhinc quinto, ni fallor, apud Vangiones promulgatum, irritum huiusque gratia ad Cęsarem legatos amandare voluerunt; verum obstiterunt ramis ac velis ecclesiæ proceres. Qui enim hi[b] ferre possent sacrificulorum cælibatum exsulare[d]? ut interim alia taceam, quæ si abrogantur, perierunt οὗτοι οἱ ἀλαοσκοποῦντες. Cæsarem scripsisse aiunt in hoc unum modo incumbendum, ut Turcæ obviam eatur; de his[b], quæ fidei sunt, porro se prospecturum, idque concilio generali ex essentialibus personis coacto. Decreta audio Ferdinando decem milia[e] peditum adversus Turcam. Soluta sunt itaque comitia, Hesso primum abeunte; secuti[f] sunt Saxones, deinde Ferdinandus. Nostri nondum redierunt, quum hæc scriberem. Cetera[g] tu iam æstima, Vadiane. Non video, qui concilium indici queat, quum inter essentiales conciliorum personas maxima contra Cæsarem agat; eadem ne in ordinem redigatur, nihil reliqui habet habebitve, nisi ut paci ultimum dicat vale atque ita misceat orbem, ut citius eius sanctitatem imploremus, quam provocemus ad concilium. Nostri hic constanter etiamnum evangelizant; de scholis hic erigendis modo consultatur. Conductus sum ego, ut Græce prælegam; quod sane ante menses quattuor incepi. Alius item, Casellius nomine, iuvenis egregie eruditus, Hebraice docet. Bucerus frequentissimo auditorio Ioannis evangelion enarrat, Capito Hoseam. Omnia salva speraremus, nisi negotium nostris faceret Wittenbergensium ἀρτοκρέας, quod adhuc contra Zvinglium, Oecolampadium et nostros mordicus tuentur, auctoritatis[b] suæ præiudicio ac asseverandi pertinacia tantum subnixi. Quæ enim Oecolampadius adversus Svevos[i], Pyrckaymerum et postremo iam contra Lutherum edidit, solidiora sunt, quam ut subrui queant. Mitto tibi hic

Capitonis nostri apologiam contra Fabrum, de quo etsi plura non illibenter scriberem, non ausim tamen; vereor enim, ne τὰ ἀποκεκαλυμμένα, si casu intercipiantur, magno meo malo in vulgus edantur. Sed ioco hæc. Tu vale, præceptor[k] charissime, et litteras has σχεδιαστικῶς scriptas boni consulito. Non enim mihi tantum erat otii[a], ut diligentius fusiusve scriberem. Tu, si vacat, et me tuis dignare. Bucerus diligenter te salutat. Ex Argentorato, pænultima[k] Augusti, anno etc. XXVI.

Iacobus Bedrotus Pludentinus.

Cura, mi Vadiane, ut per occasionem istæ Waldkirchium mittantur. Rem facies mihi gratissimam.

Integerrimo consuli, domino Ioachimo Vadiano, poetæ et medico clarissimo apud S. Gallum, domino et præceptori suo.

a) „c" für „t". — b) Doppel-i. — c) „prophanis". — d) „exulare". — e) „millia". — f) „sequuti". — g) „Cæt-". — h) „aut-". — i) „Suęvos". — k) „e" für „æ".

l) Von *Jakob Bedrotus* von Bludenz, einem Schüler Vadians, sind 9 Briefe an Vadian aus den Jahren 1526—1532 vorhanden, einer davon liegt in Bremen. Bedrotus war Professor in Strassburg und starb dort 1541.

472. II 278.

Bürgermeister und Rat zu Zürich an Vadian.

Zürich. 1526. September 4.

Vadian wird in dem Handel mit dem Abt David zu Stein a./Rh. neben anderen zum Schiedsrichter bestimmt und ersucht, auf den 16. September als solcher in Stein zu erscheinen.

Unnsernn fründtlichenn grûß unnd alles gûts zûvor. Vester, hochgelertter, insonnders lieber herr unnd fründ, wir habenn ettlich spenn unnd irrung mit dem erwirdigen geischlichen, unnsrem liebenn hern unnd fründ, her Daviden, abt zů Stein, von wägenn sins gotshus. Darumb wir unns dann beydersytz gûttlicher handlung bewilgt haben, dergestallt das yewederer teil zwen erber verstendig man zum handel vermögen; die selbigen vier söllenn die parthyen hören unnd sy gûttlich unnd mit wissenhafften dingen unndersten zů vereinen unnd zů vertragenn. Diewyl wir dann ewer person disem handel unnd noch vil meerem verstendig achten unnd erkennen, och inn sondern vertruwenn gegen üch syen, so langt an üch unnser fründtlichs begeren: ir wöllenn uff sonnttag nach deß heiligen crütz tag nächstkünfftig by unnsern verordnatten ratzbotten in unnser statt Stein am Rhin inn unnserm costen erschinen unnd inn den sachen das best handlen unnd zů handlen verhelffenn. Wir habenn och hieneben unnsern gûten fründen unnd lieben eydtgnossen burger-

[illegible] dasselbig zů bewillgenn
[illegible] guttlich bewillgen. Das b
[illegible] beschulden. Antwurt by dem l
[illegible] mustag nach Verene, anno etc. X
Burgermeister unnc

Dem vesten, hochgelertten hern Ioa
meister der statt Sant Galle
fründ.

473.

Joachim Vadian[1]) an Johannes

St. Gallen. 1526. November a

[illegible] über die Genesung Wanners und den Bericht
[illegible] des Unglücks, das seinen Schwiegervater Jakob
[illegible] mit den Gegnern. Grüsse an Ambrosius und Th
[illegible] der Chiliaden des Erasmus zu kaufen und ih

S[alutio] te, Vanni amantissime, con
[illegible] desiderantissimo, tam magnę e
[illegible]orum salus. Christus faxit, ut ple
[illegible] tuum ministerium multis annis c
[illegible]. Longe sane suavissimę mihi nupe
[illegible] sola parte aculeum mihi doloris infig
[illegible] tui mihi doloris acerbitatem velu
[illegible] simul oblectabat Ambrosii fides, tam
[illegible] quod ei perscribendum demandasse
[illegible] in eam spem nihil hæsitans adducor,
[illegible] in evangelii Christi promotione nulli ci
Constantiam. Si quæras de rebus nostris, h
non fero tam acerbe miserum soceri mei, de qu
[illegible], quam tulissem, si me pelago affectuum et
permisissem. Nunc veluti vela contrahens litus[a])
giorum, in quę vel peritissimi nautę impingunt,
fluctibus maria consiliorum cœperint[b]). Quod at
video nostris per domini gratiam quicquam defut
die magis magisque non tam usu captuque do
piorum frustrabilissimo conatu, quorum technas
suffulta mercibus, perpetuo videmus contra spen

quod dicitur) erumpere, ut qui omnium reconditissimi videri velint nequiiis, sese tamen ipsos non aliter hercle atque sorices prodant. Ceterum[c] iorum tu non es nescius. Cupio me commendari Ambrosio Blaurero et germano fratri Thomę. Scribam propediem illi, et simul te faciam de rebus aliis certiorem. Iam non vacabat longiorem esse, urgentibus videlicet improbis occupationibus. Unum te, mi Vanni, rogo, uti mihi postremam editionem Chiliadum Erasmi istic[d] emas, quam potes ære facili; quocunque emeris, promptum numerabit tabellio meus, qui suam hac in re operam mihi non denegavit. Velim autem librum sic præmunitum chartis ad me dari, ut ne dispendii quicquam ex itinere acciperet. Vale. Et ubi quid rescie*ris*, quod mea referre possis arbitrari, fac sciam. Apud Sanctum Gallum, XXIV die Novembris, anno MDXXVI.

Ioachimus Vadianus, ex animo tuus.

Vide, ne quid desit exemplari Adagionum, quod mihi emeris.

. . . . viro domino Ioanni Va(nnio) . . . . . magnificos Constan
. . . . simul et erudito (evange)listæ suo.

a) „littus". — b) „e" für „œ". — c) „Cæt-". — d) „isthic".

1) Vgl. I, Register unter «Vadianus».

474. XI 184.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. (1526.) December 4.

Tod des Salandronius mit seiner Familie. Einkauf eines vornehmen, kranken Jünglings in den Spital.

Gratiam et pacem per Christum. Litteræ tuæ, vir eximie, quas postremas ad me dederas, vix tandem post multos dies redditæ mihi fuerant, quibus respondere iamdudum curaveram; sed ad me rediit epistola, quam tibi destinaram. Nunc vero ex angusto tempore paucissima scribere cogor. Salandronius noster cum tota familia sua e vivis excessit, tanto fidei charitatisque specimine, ut iucundum[a] sit recitare. De quo multa scriberem, nisi, ut prædixi, temporis brevitas et tabellarii festinantia vetarent. Alterum: quidam ex nostratibus adolescens, annos natus viginti octo aut circa, clarus genere laicus[b], sed evangelio non mediocriter imbutus, quod et vitæ probitate non parum cohonestat, qui adversa valetudine multo iam tempore laboravit, ut spem perfectæ sanitatis, quo

matrimonio aliisque humanis officiis aptus sit, penitus amiserit, ita in animo suo statuit, si acceptaretur a senatu vestro in coenobium illud vestrum, quod hospitale vulgo nuncupatur, ut illic ex annona viveret. Possidet ex patrimonio, ut iusto solveret. Hæc ut ad tuam scriberem Humanitatem, serio rogavit. Tua igitur, præstantissime vir, responsione nos dignare, ut, quid in hac re sperandum, quantocius resciscamus. Ceterum[c] quomodo[d] res nostræ sese habeant, scribere in aliud reservo tempus: forsitan in aliquo fausiora succedent. Vale. Ex Chur. 4. Decembris.

Ioannes Comander, Præstantiæ tuæ servulus.

Pro præstantique viro Ioachimo Vadiano, oppidi Gallensis consuli dignissimo soroque in domino fratri patronoque observando.

a) ‚iocundum'. — b) ‚layens'. — c) ‚Cet-'. — d) ‚quo' mit Abkürzungsstrich.

[1] Vgl. oben, Brief 405. — Da im Jahre 1526 die Pest in Cur herrschte (siehe den Brief Comanders an Zwingli vom 2. October 1520, Zwingli, Opera VII, S. 545, Comander Anfangs 1527 an Zwingli schreibt, dass er wenige Tage vor Weihnachten vom Rat beauftragt worden sei, sich nach einem tüchtigen Schulmeister umzusehen (s. VIII, 6, und Salandronius nach dieser Zeit wirklich nie mehr erscheint, darf der Brief mit Sicherheit auf den 4. December 1526 gesetzt werden. — Vgl. dazu T. Schiess, Zwingliana II, 173.

II 284.

475.

Berchtold Haller[1] an Vadian.

Bern, 1526. December 24.

Die Beseitigung der Bilder in St. Gallen. Der Predigtauftrag an Haller von Seiten des Rates. Die Verhandlungen in Baden von Murner in gegnerischem Sinne im Drucke herausgegeben. Ermunterung zur Treue am Worte. Grüsse von und an Bekannte. Zwei Lieder über die Disputation in Baden.

Gratiam et pacem a deo patre et domino nostro Iesu Christo. Etsi in scribendis epistolis imperitissimus sim omnium, charissime Vadiane, tamen non potui admittere, ut nuntius[a] ille tam tutus vacuus rediret ad te, maxime cum non ex eloquentia, sed magis animo sincero[b] metiri debeant amici, et ii quidem cordati. Quod idola e templis amovistis, iamdudum resciverunt oligarchę, et ut hi non nihil impingunt, more suo, ita exteri credentes fortissime animantur. Ursus, siquidem in taurum[c] versus, lento gradu incedit, sed pedem nimirum fortius figit. Currit apud[d] nos sermo domini, qui sic suę congregationi addit, ut pæne[e] omnia in cordibus piorum immutata sint, salvis tamen Antichristi larvis. Vocatus sum senatus et diacosiorum decreto ad contiones quinque hebdomadatim[f]

dubio dominus sic dabit incrementum, ut ursinos tari videas. Acta dedolationis nostrę Badensis gata sunt eo ordine, quo ex ore certantium ca- Murnerus ea sub prelo parturit cum præfatione tam ptimam paginam aut quaternionem, g. scilicet, deducta sdam fratribus. Volunt Bernates, ut urbis nomine aut modo huic fæturę addatur. Recusant acta prelis excusa turam veteris et novi testamenti se mansuros sese aperiunt. immorandum censes? Utcunque acta cudantur, vertantur, pervertantur: verbum domini manebit in ęternum, cuius illu- nebrę consiliorum Achitofel procul dubio cadent et ruinam quottidie. Ceterum[g] pergite Gallenses et agite eos, quos iam- erbi gloria orbi commendavit, et dominum precamini, ut sequaces iat pro gloria nominis sui. Salutant te Wattenvillii tres, viri les et sinceri[b], Bischoffius, Vollius, Telemannus, Hagius, viri lati omnes. Salutabis vicissim nostro nomine Cristannum Fridum, cuius levirum instigaram, ut scriberet; sed aiebat, nihil esse manibus, ut scriberetur. Salvus sit Dominicus Zilinus, Benedicet cooperator illius adeoque omnes. Exstant[h] cantiones apud[d] nos vulgares et rhythmicę, quę egregie depingunt conventum nostrum lensem. Si rumoribus credere ausim, procul dubio excusas videbis ximis diebus. Vale itaque felicissime[g], et dominus te consulem urbis trę perpetuo pium conservet. Christus sit tecum. Bernę, 24. Decem-, anno MDXXVI.

Berchtoldus Hallerus tuus, quantulus est.

Thomas Wyttenbach, vir iuxta doctus et domini encomiastes egregius, apud[d] suos peste periit et ad superos migravit.

Prudentissimo viro, D. Ioachimo Vadiano, apud[c] Sanctogallenses consuli primario, maiori suo in domino semper observando.

. . . . . Gallum.

a) „c“ für „t“. — b) „sync-“. — c) „thaur-“. — d) „t“ für „d“. — e) „e“ für „æ“. — f) „hepd-“. „ę“ für „e“. — h) „ext-“.

i) Vgl. III, Brief 434.

II 287.

476.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1527. Januar 4.

Empfehlung des Überbringers, der über den Fortgang des Evangeliums in Cur berichten wird und Briefe Vadians zurückbringen soll. Verweisung an Otmar Rodt für Nachrichten aus Oberitalien.

Gratiam et pacem per Christum. Iis potissimum causis, vir præstantissime, ad te scribo, ut tribunus ille noster, evangelio deditissimus, te adeundi occasionem nancisceretur et rediens a te litteras referret[a]). Nam evangelii successum cominus ex ipso audies, et quæ apud Insubres geruntur, ex Othmaro Rodt optime disces. Ceterum[b]), quæ vestra sunt, ex litteris tuis discere cupimus; tibi enim per Dei gratiam non ea ad scribendum impotentia[c]) contigit, quæ mihi. Vale felix[d]) ac superstes in multos annos. Ex Rhætorum[e]) Curia, pridie nonas Ianuarii, 1527.

Tuus ex animo *Ioannes Comander.*

Inclito[f]) viro Ioachimo Vadiano, oppidi Gallensis consuli dignissimo, domino ac fratri suo inter primos venerando.

a) „refferret". — b) „Cæt-". — c) „impotencia". — d) „fœlix". — e) „e" für „æ". — f) „Inclyto".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

II 289.

477.

Andreas Eck[1]) an Vadian.

Castillejo in Spanien. 1527. Februar 21.

Entschuldigung seines Stillschweigens während achtjähriger Abwesenheit. Hoffnung auf baldige Heimkehr. Versicherung der Anhänglichkeit. Bedauern, dass ihm Briefe Vadians nicht zugekommen. Bitte, seinem kranken Bruder Gallus 3 oder 4 Goldgulden zu leihen, die Andreas zurückerstatten werde. Verwunderung, dass seine Brüder 4 ihnen im Juni 1526 als Beutepfennig überschickte « Duplonen » noch nicht erhalten haben. Gruss.

Salus. Optimo iure (excellentissime doctor domineque ac prȩceptor observandissime) forsitan mihi notam aut turpis silentii, more ranę (quod dicitur) Seryphię, aut ingratitudinis, omnibus votis devovendę, mihi inusseris, ni in promptu esset spongia, ut ita dicam, honestioris excusationis, qua detergere sive exsiccare[a]) facile hanc labeculam licebit, puta verecundia; quę, inquam, effecit, ut per hoc perpetuum octennium (qua tantum non exsul[b]) a patria, ut mihi visus sum, vixi, quum non tam eiusdem dulcissimi natalis soli cupientissimus semper exstiti[c]) ac tui desiderantissimus[d]) unquam rusticitate mea, nempe literulis seu potius lituris, tuam miratu

dignam Humanitatem sum ausus aggredi. Persuasissimum enim mihi semper habui, me tuę Pręstantię, negotiis plus seriis occupatissimę[e], potius effutitis hisce meis obstrepere, quam demulcire aures. Quid, quęso, corvo cum cygno? At vel iam tandem sequestrata paululum verecundia, licet etiamnum subtimide, id adorior, silentium scilicet coaxando ut rumpam. Mecum ergo ipse semper animo volutare solebam hoc retro annorum curriculo, exoptatam patriam vel semel visere, quod tamen nunquam hactenus (nescio, quo aut fato aut quibus avibus) opportune fieri potuit. Sed iam tandem divina assestrice clementia bonę sum spei, me propediem, ut puta quadrimestri in tempore aut paulo plus, tuam Humanitatem salutatum convenire. Quumque itaque pręsenti tuo ab facundissimo ore dependere (id quod dii deęque omnes, superi, infimi et medioxumi faxint!) dabitur, omnem prorsus strenue navabo operam, ut non solum (quemadmodum supra memoratum est) in me ingratitudinis vitium iure cadat, sed et te me habuisse discipulum multoque minus me te usum fuisse et domino et pręceptore, nequaquam pæniteat[f]. Malus enim sim ego divosque omnes mihi minus[g] propitios[h] mihi velim, si unquam quicquam animo adeo insedit meo ac id, ut aliqua ex parte tibi possim inservire aut denique gratum facere. Adeo nunquam vel momentum temporis tui sum immemor. Quicquid enim, quod certo certius tibi persuasum debet esse, in rem atque commodum tuum fore, quousque superstes vixero, iudicavero, vehementer atque officiose curabo persequi. Quis scit? Fortasse aliqua ex parte tibi tuisque pro tenuitate mea seu paupere (ut ille dicit) regno, pro quo ego certo, possum prodesse. In summa prompta et voluntas et obsequium nunquam deerit; ob hoc pręcipue, quod tibi sum devinctissimus. Pręterea intellexi ex literis fratrum germanorum meorum, tuam Pręstantiam fuisse dignatam ad me scribere, quum tamen nec unicum iota unquam in hoc octennio a te acceperim. Dispeream, si aliquando quicquam tristius accidit, quam est hoc mihi infaustissimum nuntium[e], scilicet tuas iucundissimas simul et exoptatissimas literas esse et interceptas[i] et omnino perditas. Ad hęc intellexi calamitatem atque adeo adversam valetudinem germani mei Galli, cui pręsto esse tua Humanitas velit, plurimum oro, tribus videlicet aut quatuor florenis aureis accommodato[k] datis, et ego bona fide restituam; et hoc, inquam, si magnopere hi[l] indigerent; sin secus, attrahas[m] manus adiutrices. Miseram enim eisdem fratribus meis anno superiori 1526, mense vero Iunii ultimo, quatuor duplo-

nes, quos vulgo appellitant[n] – hi octo constituunt ducatos auro defæcato[o] – in honorarium munusculum seu, ut alias vocant, Beutpfenning, idque apud[p] honestum virum Augustanum quendam, cui nomen erat Wolfgangus, cognomento vero Breysschuch vocitabatur. Per hanc novissimam schedulam eos nondum accepisse hanc pecuniarum[q] summam olfacio; quod admodum miror. Faciat ergo demum tua Prȩstantia me certiorem, si quid novi illic est. Scit enim, quam sum (!) sititor novi (!) alicuius rei. Ultimo, ne meis infantilibus plus nimio ineptiis tuam omni numero prȩstantiorem Humanitatem vel tantillum remorari reipublicæ anxie illic habenas gubernanti[r] videar, colophonem epistolio extemporaneo adiiciam, id quod tabellarii importunitas atque abitio improvisa postulabat; alias latius utcunque fuissem eblaterare solitus. Novissimo haud exigui momenti obsequium mihi prȩstiteris, si candidissimum meum amicum, germanum tuum, magistrum Melchiorem, reliquamque universam et sodalitatem et familiam, Conradum item Grebelium, Ambrosium iuniorem, salutare ex me iuberes. Valeat tua Prȩstantia meque amet, votis omnibus opto, vicissim. Raptim. Ex Castilleio[2]) in Hispaniis[s]), XXI. Februarii, salutis anno MCCCCCX(X)VI(I)[3]). Tuę Dominationis

deditissimum mancipium *Andreas E(ck).*

Absolutissimo viro Ioachimo Vadiano, pœtę atque oratori a Cæsare laureato, a(pud) Sanctum) Gallum (ad) ma(nus).

a) „exsicare". — b) „exul-". — c) „extiti". — d) „desyd-". — e) „ocu-". — f) „pœn-". — g) „minos" — h) „c" für „t". — i) „intercœptas". — k) „acomo-". — l) „hii". — m) Für „abstrahas" verschrieben: — n) „appeli-". — o) „defecato". — p) „aput". — q) „peccun-". — r) Für „gubernantem" verschrieben: — s) „Hyspaniis".

[1]) Vgl. II. Brief 153, auch die Anm. 1 zu III. Nachträge Brief 41. — Von *Andreas Eck* sind nicht bloss 3, sondern 8 Briefe vorhanden. — [2]) Welche der vier in Spanien nachweisbaren Ortschaften dieses Namens gemeint sei, ist nicht zu entscheiden. Zwei liegen in der Provinz Cuenca, eine in der Provinz Salamanca und eine in der Provinz Segovia. — [3]) Das Datum ist durch Beschädigung des Randes unvollständig, kann aber nach dem Inhalt des Briefes mit Sicherheit ergänzt werden.

II 291.

478.

Konrad Grebel[1]) an Vadian.

Wintertur, 1527. März 20.

Verständigung wegen des Zehnten in Kloten. Sendung von Geld mit der Bitte, es dem Factor Florian Neumanns von Nürnberg in St. Gallen zuzustellen. Grüsse an Martha von Watt.

† Iesus Maria. 1527, adi 20 Marzo, in Wintherthur.

Mein gehorsam unnd genaigt willig dienst seyen euich, günstiger lieber her schwager, von mir allzitt schuldigs fleyß zuovor. Wie wir am

jüngsten mit einander verlassen (?) deß zenden ze Klotten, hab ich mit miner muotter entschlossen unnd verwilliget, mit euich gegen heren zuo Kappel ze losen.[2]) Sölichs[a]) Hans Conratt Äscher anzaygt; seyder muntlich mit im geredt, aber seyder nichs (!) an in gelanget. Bin seyder bey Sebastian Appenzeller gewesen, im den handel anzaigt. Was im weytter begegnett, soll er Hans Conratt melden unnd entecken, weytter uns haben darnach zuo richten. Weytter, lieber herr schwager, ich soll Florian Newmon (!) von Niermbergs factor, den er hatt zuo Sant Gallen, 150 fl. mintz ausrichten zuo Sant Gallen, unnd melt mir aber nit sein namen, wie er heyst. Das wüst ir wol zuo erfarn; welt es im antwurtten lassen. Es möcht wol Ürich Schlump sein; doch so weyß ich es nit eygentlich. Ist als bey ein ander in eim sack; hiermit auch ein brieff darzuo. Sonst schick ich auch ein sack hier mit Jacob Zollikofer mit 150 fl. mintz. Soll im zaiger antwurtten. Sonst jetz nit mer, dan wan ich euich dienen kindt, bitt ich euich, mich nit zuo sparn, unnd gruetzen mir min baß, ewer hausfrow. Darmit bewar uns gott vor leyd. Datto ut supra per.

E. A. V. *Conratt. Grebell.*

Dem fürsichtigen unnd weysen heren Ioachim von Watt, burgermeyster zu Santgallen, meinem gunstigen heren unnd schwager.

a) „sölichs" wiederholt.

[1]) Von *Konrad Grebel*, einem Vetter des Wiedertäufers gleichen Namens, ist nur dieser eine Brief in unserer Sammlung vorhanden. — [2]) Vrgl. Brief 485.

B 25.

479.

Balthasar von Waldkirch[1]) an Vadian.

Valladolid. 1527. März 25.

Anerbieten seiner Freundschaft. Empfehlung des Andreas Eck zum Bezug der ihm mit andern Teilhabern vom Kaiser gewährten Reichssteuer der Stadt St. Gallen.

S. P. Quamvis nulla mihi cum Præstantia[a]) tua familiaritatis consuetudo intercedat, fama tamen, quæ de præclaris eius virtutibus atque summa doctrina circumfertur, ita mihi cognita est, ut animi mei affectum, quo viros virtutibus præditos et præcipue vicinos ac conterraneos meos prosequor, eidem literis meis significare non dubitarim, unde me inter non vulgares eius amicos connumerare possit; atque ideo in omni occasione et meas et amicorum res Præstantiæ tuæ commendandas duxi, quo mutuis inter nos officiis certemus. Et quod nunc ab ea petendum se offert, est, quia Cæsarea Maiestas, dominus meus clementissimus, Andreę Eckio,

quem Excellentia tua probe novit, adjunctis quibusdam aliis participibus, propter fidelia et diuturna eorum servicia concessit et assignavit tributum, quod Maiestati suæ singulo anno debetur de civitate Sancti Galli. Is, ad consequendum gratię eiusmodi effectum Præstantiæ tuæ favorem sibi magno usui esse considerans, a me petiit[b], ut se tibi commendarem. Et quia ego dicto Andreæ ex corde bene volo, rogo eandem tuam Præstantiam, illi singulari favore et auxilio vel mea causa adesse velit, ut ipsi cum sociis suis iuxta Cæsareæ Maiestatis assignationem prædictum tributum in singulos annos numeretur; et insuper me quoque et episcopum atque ecclesiam Constantiensem[c], cuius membrum existo, in rebus occurrentibus[d] semper habere commendatum, quod ego digna vicissitudine compensare studebo erga Præstantiam tuam, quam dei benignitas diutissime conservet incolumem. Ex Vallisoleto, die XXV Marcii, anno domini MDXXVII.

Vester amicus

Baltazar de Waltkirch, præpositus in *Waltkirch* etc.,
Cæsareæ Maiestatis etc. vicecancellarius[e].

Ornatissimo viro, domino Ioachimo Vadiano, artium et medicinę doctori atque pœtę laureato, burgimagistro civitatis Sancti Galli, amico charissimo.

a) Durchgehends „e" für „æ". — b) „paciit". — c) „-ciensem". — d) „occurren-". — e) Die Unterschrift von anderer Hand als der Text.

1) Von Balthasar von Waldkirch liegt nur dieses eine Schreiben vor.

II, 297.

480.

Berchtold Haller[1] an Vadian.

Bern. 1527. April 19.

Erkundigung nach einem Briefe, den er einem Boten von St. Gallen übergeben hat. Sein Mitstreiter Franz Kolb. Massnahmen des Rates. Grüsse an Bekannte.

S. Erat apud[a] nos, charissime Vadiane, ex vestratibus legatus novissimis[b] comitiis, cuius sinceritatem[c] nescio. At qualiscunque esset, per nostratem nuntium[d] illi commendandas literas commiseram. Interim quæ acciderunt? Iunctus est mihi in verbi ministerio magister Franciscus Kolb, olim apud[a] nostrates contionator[e], deinde ad decennium apud[a] Noricos Carthusianos, nunc autem ad quinquennium Christianus. Is in prædicando Christo, in scripturę iudiciis sua dona habet, procul dubio a quovis admiranda. Deinde non te latet mandatum hoc, partim pium, partim impium, quod magnifici nostrates anno superiore iuramento

ıaverant. Hoc nunc abrogandum decreverunt et primum, olim chalco-
.phię[f] typis invulgatum, in illius locum acceptarunt; ea tamen condi-
ne[g], ut tum totius dicionis[g] consensus adsit, tum ut privata auctoritate
no quippiam immutare præsumat. Negotium eucharistię a Francisco
am senatu et ducentis confessum est, a me vero in suggestu; ea tamen
destia, ut nihil hinc tragœdię[h] vereamur. Ceterum currit sermo domini
ta adduntur congregationi, ut oligarchis paucum admodum deferendum
Salutabis Zilinum, Iufflinum, Iacobum. Salvus interim sit Cri-
ınnus Fridboldius; a suis quoque vitam incolumem agentibus, tum
a me ceterisque fratribus sit salvissimus. Vale, doctissime Vadiane,
eantque fratres singuli, qui urbi nostrę congratulentur et non sine pre-
us, ne inimicus hæc (?) zizania superseminet[i]. Speramus, Ioannem Bi-
ıoff vobis notum futurum ex primoribus urbis. Iterum vale. Bernę,
Aprilis, anno MDXXVII.

Tuus ex animo *Bertoldus Hallerus Rubevillanus.*

Prudentissimo viro D. Ioachimo Vadiano, apud[a] Sancto-
gallenses consuli, maiori suo in domino semper observando.

a) „aput". — b) „novissmis". — c) „sync-". — d) „c" für „t". — e) conc-". — f) „calco-". — g) für „ci". — h) „e" für „œ". — i) „-sęminet".

[1]) Vgl. III, Brief 434.

481. II 295.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1527. April 28.

Klage, über die laue Haltung des Rates. Beseitigung der Bilder aus der Kirche
ın das Holzwerk des Hochaltars. Anfechtungen und Nachstellungen. Vergeblicher Versuch,
den st. gallischen Pfarrer Burgauer eines Bessern zu belehren.

Gratia[a] et pax per Christum. Commodum[b] tabellarium nactus,
mie vir, si meis ad te litteris vacuum dimisissem, frustra esset, ut dis-
ıularem, quin ingratitudinis facinus in virum optime de re christiana
ritum commisissem. Summam rerum nostrarum paucis scribo, non ut
.ne edocerem te, sed ut percunctandi potius ansam præstarem. Sena-
[c]) noster, nec invitus quidem, in re evangelii quicquam ædificat; sed tan-
ı cum obstandum esse nullis artibus prospexerit, aliqua ægre permittit,
nunc tandem eo promoverimus, ut idola omnia e templo nostro eiecta
t præter[d] ingentem lignorum struem, primariæ aræ incubantem, quæ
›pediem quoque eiicietur, ut spero. Dominicam cœnam exturbatis

missis cerdonicis substituimus. Leones, pardi, tigres ursique undique furiunt, ringuntur, ac utinam proximum sit, ut tabescant, si convertendi non sint. Basilisci, viperæ et serpentes sibilant, insidiantur ac in antris suis maximas nugas conflant, quas deinde in omnia montana et finitimos pagos data opera spargunt, unde se ipsos æque atque nos in magna pericula ponunt; sed putant forsitan suæ teterrimæ invidiæ consultum, si nos vel ad horam priores deperiremus. At deus optimus secundum suam misericordiam nobiscum agat! Ceterum de pastore vestro Burgouero te celare[e] non possum, qui, apud nos manens aliquot dies, frequenter me conveniebat, quem, ut in maximo deprehendebam errore, eruere conabar; sed frustra. Scripturas solvere non potuit, quæ a nobis stant, ac opinionis suæ tam ægram rationem prætexebat, ut vix credidissem hominem adeo delirare. Sed nunc tempus non datur, ut per singula nostram disceptationem describam. Tabellarius equo[f] insidens dehortatur. Sed quomodo se habeat pastor ille vester, litteris tuis ad me datis edoceas, precor. Vale. Ex Chur, 28. Aprilis 1527.

Tuus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi proconsuli, domino ac fratri suo plurimum observando.

a) „Gracia". — b) „comodum". — c) „sęn-". — d) „preter". — e) „cęlare". — f) „æquo".

1) Vgl. oben, Brief 468.

II 29.

482.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1527. Mai 4.

Zustimmung zum Urteil Vadians über die Schrift Luthers.
Seine Absicht, darauf zu antworten, mit einer Widmung an den Herzog von Sachsen.
Grüsse an Bekannte.

Gratiam et pacem a domino. Quę tu, carissime Vadiane, de Luteri libro tam sancte quam graviter censes, haud mediocriter dolet non etiam ab omnibus iudicari. Ut quid enim tam multa passim legimus et prędicamus, si iam non est tam acre in expendendis scriptis iudicium, ut non omnes videamus, quod Vadianus videt? nempe mendaciis, contumeliis, calumniis, sycophantiis, suspicionibus[a]) totum constare librum. Ipse quaternionem sextum isto momento legere incipiebam, cum tabellio tuus veniret. At, dii boni, quę perversitas! Verumtamen utcunque doleat, pietatis eruditionem non eo esse evectam, quin quidam nostram exigant

operam propter infirmos. Annuo petitioni tuę; nam et Argentoratenses et Oecolampadius sic convenerunt, ut ipse solide contra hostem publicum procedam, sive quod facilius est, alii communem operam obtrudere, sive quod malo nodo malum cuneum aptare cupiunt. Sic ergo est agendi consilium. Epistola pręliminari dicabo librum duci Saxonum, nisi tu aliud moneas, non quo illi me insinuem aut gratum facturum sperem, sed quo pudorem quendam incutiam circumspiciendi tandem, unde res pendeat; id autem faciam, quoad dominus dederit, sancte. Deinde et Oecolampadius scribet, ut hesterna die nuntiavit[b] per epistolam, immo[c] fervet quam celerrime opus illius, quamvis summam velit me ad longum aut fusius tractare. Hominem itaque gnaviter excipiam; ex oculis nusquam emittam tam lubricum hostem quique, ubi tenebitur, tam facile prę-focabitur. Crescit domino gloria, mihi animus in hac pugna. Absolvetur ad sesquimensem, spero, tam nobis quam chalcographo opus ac surget. Interea monebunt ubique pii, iamiam adfuturam responsionem. Ego etsi acer sum, istud tamen immane genus dicendi detestor. Cordate loquar, non contumeliose. Tu vale et salvos iube Cunhardum Meyer, Christianum et Sebastianum. Quę Bernę in legendo senatu sint acta, non est dubium ad vos perlatum esse. Res in eodem statu apud nos sunt per dei bonitatem. 4. die Maii MDXXVII.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, viro ut prudentissimo et doctissimo, sic piissimo et constantissimo.

a) „t" für „c". — b) „nunc-". — c) „imo".

1) Vgl. I, Brief 100.

483. II 297.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1527. Mai 11.

Bericht über die Vorgänge in Bern. Bitte, an Thomas Gassner nach Lindau zu schreiben, er solle im Abendmahlsstreit die Antwort Zwinglis abwarten, bevor er eine Entscheidung treffe. Gerüchte über die Ankunft eines grossen Heeres aus Spanien. Die Beschlüsse im Ittinger Handel.

Gratiam et pacem a domino. Bernę sic habet res. Consuli mansit officium. Caspar a Mülinen ex interiore senatu[a] emissus est ad exteriorem sive magnum, non alia puto causa, quam quod in urbe neque natus est neque tinctus est, quam isti perpetuam habent legem, qua exteros a senatoria[b] dignitate arceant. Scis et nostrorum temporum studia. Se-

bastianus a Lapide prorsus est motus, et duo quidam alii non magni nominis etiam ex interiore senatu[a] moti sunt, e magno vero sex, qui parum æqui esse dicuntur evangelio. Franciscum, arbitror, scis Berchtoldo factum esse collegam, et mandatum vetus denuo auctoritati suę restitutum esse. Mirabilis deus in omnibus! — Commodum obtulit se viator vester. Id enim abs te peto, ut primo quoque tempore scribas ad Thomam Gasner, Lindoi evangelistam, ut in eucharistię negotio[c] non festinet, habiturum a nobis intra bimestre spatium[c] dissolutionem omnium, quę Luterus contra nos produxit. Fuit enim apud eum frater quidam, ad quem ille dixit, se nunc clare videre negotium[c]; Luterum enim debellavisse et victorem abire, nihil enim quemquam mortalium adversus tam solida et firma posse. Qui quidem sermo me non magnopere sollicitum reddit propter hominem, sed propter urbem; facile enim video, quanti sit æstimandus, qui tam hebeti est iudicio. Sed omnibus modis cavendum est, ne pia alioqui urbs tam infelici[d] iudicio in transversum agatur. Id, inquam, curatum efficias, oro. Nugę circumferuntur: Ferdinando adventurum esse ingentem ex Hispaniis exercitum. Eę sic magnificantur ab iis, quorum salus omnis est in mendacio sita, ut comitia indixerint ad Thermas. Quid Eremi actum sit in causa Ittingensi, nondum novimus neque legatos rediisse arbitror. Vale et salvos iube amicos omnes. Tiguri, XI die Maii MDXXVII.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino et amico suo carissimo.

a) „æn-". — b) „sœn-". — c) „c" für „t". — d) „infœl-".

1) Vgl. I, Brief 100.

II 298.

484.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1527. Mai 14.

Dank für den Brief Vadians. Er erklärt, dass er im Abendmahlstreit noch keine Stellung genommen, bloss mit Benedict Burgauer über die Sache gesprochen habe. Er werde nach dem Rate Vadians die Antwort der Gegner Luthers abwarten und bis dahin mit seiner Meinung zurückhalten.

Gratia Christi tecum. Accepi litteras tuas, optime Ioachime, non sine magna admiratione, ne dicam stupore, recolens ipse mecum:

idnam rei tecum habet prudens, doctus simul ac pius Vadianus? Pel-
:tis percepi te mecum pie ac fraterne expostulare de eucharistię[a] senten-
, de qua ais, me non ita pridem atque secundum scripturas sapuisse,
n vero commentario Lutheri perterritum aliter sentire. Paucis, cla-
sime Vadiane, accipe, ne rumorem de me sparsum silentio approbem.
·bitror enim indignum, te, virum eximium, tantis negotiis occupatum,
:is ineptiis diutius morari, quamdiu invaluit hæc[b] molesta, ne dicam
riculosa pugna; non enim sine magna Christianorum iactura est. Idem
ıtii (!) in eucharistię[a] sententia atque hodie; sentii (!) autem, ut potui atque
tum dabat dominus, simplicissime. Detestatus sum huius abusum pro
ili publicis contionibus[c] ac usum pium ex scriptura docui, nichil deter-
nans, quid esset substantionaliter (!). Quam primum enim videbam hoc
serum certamen exoriri inter tam doctos viros, quorum opera multum
·ati (!) sumus ac plurima præstitit[b] dominus, perterritus silui, expendens
erim utriusque partis argumenta; sed usque hodie stabiliri non potuit
:a conscientia, ut certus essem alterius. Et quæ[b] apud me incerta erant,
·pulum docere nolui. Qua in re non doctores, sed mei ingenii tarditatem
cuso, forsitan non percipiens ea, quæ[b] bene ac pie dicuntur; obsecrans
ottidie patrem misericordię, ut michi verum verborum suorum sensum
partiatur. Qui enim difficilius amoventur ab intellectu ex verbo domini
rcepto, ut putant, vero, magis dignos venia existimo quam eos, qui tam
ntumaces pro paternis atque humanis zelantur traditionibus. Præstiti[b]
tur hac in tragœdia[d] hactenus non alium, quam gemebundum specta-
rem, exposcens desideratissime felicem[e] exitum. Faxit optimus maxi-
ıs deus, ut demum videam, quæ[b] desidero. Merito autem, bone Va-
ane, me domi retinui, noscens, quam curta sit mihi et pæne[b] nulla
·um theologicarum supellex[f], ut item sim iuvenis non ætate[b] solum, sed
eruditione, et mallem hodie (ni domino aliter visum esset) auditorem
am oratorem, discipulum quam magistrum præstare. Et nunc meditor,
possim sine scandalo[g] ac non offenso domino ab hoc munere[h] meis
meris impari liberari. Unde tibi non timendum, optime Ioachime, ni
minus omnem michi subtrahat gratiam, quod aliter doceam meos, quam
ctenus a me edocti sunt, seu quid temere asseram. Odi enim semper has
orundam assertiones temerarias, qui, quicquam (!) vel paulisper palato
rum sapit, hauriunt cupide atque ilico[i] coram vulgo evoment (!). Puto
ter in hac tam ardua re, ubi et de animę[b] nostrę[b] periculo agitur, agen-

dum, nempe non sine timore domini et diligenti præmeditatione[b]. Quæ si in omnibus rebus est adhibenda, ut olim docuit Cicero, in his[k] maxime. Porro librum Lutheri contra Zwinglium ac Oecolampadium utcunque legi. Nescio autem, quocum de hoc quicquam locutus sim, nisi uni Benedicto, vestro plebano. Qui cum nuper mecum esset, plurima de eucharistia[a] contulimus, idque ut magis innotesceret vel michi harum rerum cognitio. Concludebam ipse nichil nec cuiquam præiudicabam, quamvis ille suę sententię esset tenax. Hoc solum dicebam, michi videri, qui essem parvi iudicii homo, Lutherum non dixisse nichil, dum iudicat, qua sententia legatur hoc sexto Iohannis capite: caro nichil prodest, spiritus est, qui vivificat; generalem scilicet esse sententiam, non de carne Christi intelligendam, cum dominus, quotiescunque de sua loquatur carne, addat «mea»; tum non ineptum videri ac scripturę[b] sanctę[b] contrarium, quod theologicatur de dextera dei; item scripturas non esse[l] contrarias in spiritu, ut iudicat cęca nostra ratio. Demum non sic carnaliter edi corpus Christi ut pecoris[m], cum sit corpus quidem verum, sed sic deitate unitum, incorruptibile glorificatum, ut tactui nostro non capiatur, sed verbo tantum, ut cor sentiat, non os, quod sumitur atque editur. Hęc[b] et similia colloquebamur fraterne, nichil in utramque partem concludentes. Si aliter tibi relatum est, fefellit te delator. Sed ut tibi efflagitanti magis aperiam animum, ut antea nulli: non omnino putabam, hęc[b] futilia ac scripturę absona esse argumenta; quod si minus bene, condonandum michi infirmo, cui tamen aliter diiudicare non dabatur, temere certe nichil. Ceterum schemata calumnię sannę et nimia cognitionis iactantia et si qui alii sunt carnis affectus in Luthero, iam olim odio habui. Accidit enim sæpe[b] pugnantibus, ut sint parum memores christianę modestię; quo, si unquam alius, in hoc de eucharistia[a] bello multum peccatum est et, ni fallor, ab utraque quoque parte. Utcunque, tuo, eximie doctor, luberrime acquiesco consilio, cum aliter non possim. Suspensa scilicet sententia exitum litis operior taciturnus, ni aliam michi dederit dominus mentem et suo spiritu me certum faciat vero verborum suorum sensu. Quod ut fiat, sedulo nobis precandum. Nisi enim aperiat, qui habet clavem David, nemo agnoscet. Vult[n] sibi ipse spiritus sanctus esse interpres. Sed quid multum te detineo? unum hoc addo, obsecrans obnixius: velis me, tibi facie quidem hactenus ignotum, tuorum amicorum ac familiarium fratrum albo ascribere, vel linea extrema.

am dudum enim ambigo (!) tibi innotescere. Vale in domino feliciter. Lindavii, XIIII Maii anno 27.

Thomas Gaßnerus, Lindaviensium
contionator,[c] ex animo tuus.

Erudito ac pio Ioachimo Vadiano, medicinę doctori eximio apud S. Gallum, civium præfecto[b], suo domino observando atque in Christo fratri.

a) „eucar-". — b) „e" für „æ". — c) „c" für „t". — d) „e" für „œ". — e) „fœl-". — f) „supp-". — g) „scandulo". — h) „muneri". — i) „illico". — k) „hiis". — l) „esset". — m) „peccoris". — n) „vultt".

[1]) Von *Thomas Gassner*, Prediger in Lindau, liegen in unserer Sammlung 18 Briefe an Vadian aus den Jahren 1527—1545 vor.

485. II 294.

Wolfgang Joner[1]), Abt zu Kappel, an Vadian.

Kappel. 1527. Mai 16.

Zustimmung zum Berichte Vadians über den Zehnten in Kloten. Er verdankt die Einladung zum Schützenfest in St. Gallen und entschuldigt sich wegen einer Badereise. Er will über die Klotener Sache bei Gelegenheit mit Vadian in Zürich weiter verhandeln.

Min früntlich diennst mit erbietung alles gůten syent üch bereit allzit zůvor. Fürsichtiger, ersamer, wyser, lieber her unnd fründ, den bericht, so ir mir des zechendes halb ze Klotenn geben, han ich mit fröuden vernommen; han nit zwyfel, so ver wir mit einander in ein märckt komend, ir werdend nach üwerm vermügen helffen handeln, das unns ein zimlicher kouff begegne, nach gstalt der sach unnd diser zit löuffen. Dwyl aber vorhanden gewesen ist, die früntlich geselschafft der schützenn miner gnädigen heren von Zürich gan Sant Gallen ze züchenn, darzů ir unnd ander mine heren unnd gůt gsellen mich früntlich ladent, daby anzöugent, das wir dann diser sach halb wyter red wellend habenn: daruff sagen ich des ersten üch unnd anndern heren unnd gsellen grossenn danck, und röwt mich der gůt will nit wenig, das ir mich gern by üch gehept hetend; bin ouch in der warheit von dem zit har, als die üwern Zürich gewesen, keins anndern willens gsin, dann mit den gsellen von Zürich zů üch ze ryten. So hat mich not des libs bezwungen (mit erloupnus üwer Eren) in ein bad ze sitzenn, das mir zů diser zit geschefften halb am fügkichenn (!) gewesen ist. Darumb wellend mich im besten gegen üch lassen entschuldigot sin unnd gägen anndern ouch entschuldigen. Gott welle, das dise geselschafft zů jemer werender früntschafft dienen möge. Darby was ich üch unnd allen minen heren von Sant Gallen in früntschafft

bewysen kan, söllend sy mich willig unnd geneigt vinden. Des zechendes halb wellend wir also in stille behalten; unnd diewyl es nun an der zit ist, das man schier anhept die früchte ze samlen, kan man nit wol ee in der sach handlen, dann das yederman sine früchte samlet. Wenn es sich dann darnach fügt, das ir in andern geschefften gan Zürich kämind, mogent ir mich beschicken; wellend wir wyter red mit einander han. Darzwüschent wird ich in stille handlen, ob ich mines gotzhus zechenden in der eydtgnossen gebiedten möchte mit nutz verkouffen, als ich güter hoffnung bin, es beschäch; dann wo das selb nit, so wer mir ouch nit muglich ze kouffen. Was aber mir oder üch in diser sach wyter begegnet, künnend wir einandern allwegenn wol gschrifftlich berichten. Damit sinnd got bevolhenn allzit. Geben ze Cappell, Donnstag nach Jubilate 1527.

Wolffganng, appt zů *Cappell*.

Dem fürsichtigenn, ersamen unnd wysenn heren heren Joachim von Watt, burgermeister zů Sant Gallen, minem sonndern gůrstigen lieben heren.

[1]) Vgl. oben, Brief 439.

II 30. 486.

Diethelm Röist[1]) an Vadian.

Zürich. 1527. Juni 13.

Gegenüber dem Gerüchte, Zürich habe vom Könige von Frankreich Pension angenommen, versichert er, dass Zürich nur dasjenige Geld verlange, welches der Franzose der Stadt vor Jahren schuldig geworden sei.

Hochgelerterr, fromer, vesterr, wiser herr, min willig dienst syend üch alltzit von mir bereit. Ůrich, miner herren statlöuffer, hat mir anzögt, als er nechst verschiner tagen by üch gewesen ist, hab er verstanden, das ein gemeine red by üch sy, wie mine herren von Zürich des küng von Franckrich pension angenomen habind, und etwas gloubens in gemeinem man darvon gehallten werd. Uff das zög ich üch bester meynung an, damit die warheit nitt verhallten wert, das sömlichs keiner anderen gestalt durch unsern seckelmeister uff nechst gehalltnem tag ze Lutzern erforderet ist, dann allein das bericht gelt, so uns der Frantzos schuldig ist, so vor jaren ze Friburg in Öchtland gemacht ward, deren uns vier jar uſstand. Dann wer anders von minen herren uſgeb, beschech das mit der unwarheit. Das welind alles von mir im besten vernemen.

Und als ir wüsend, das leider die welt als lichfertig (!) ist, das sich etlich lüt nüt schemend, die unwarheit ze sagen, ouch glouben ze geben, ist min pitt, wo das oder anders von minen herren ußgeben wurd, dem kein glouben ze geben; dann ich keiner anderen hoffnung bin, diewil got sin gnad nüt von uns wende, wir welind alltzit handlen, das wir mit allen eren gegen got und der welt mit warheit wol welind verantwurtten. Darmit sind got alltzit bevollen. Datum Donstag nach pfinsten, an(no) im XXVII.

Diethelm Röest.

Dem hochgelerten, frommen und wisen heren herr Ioachim von Wat, burgermeister der statt Sant Gallen, minem günstigen lieben herren.

1) Von *Diethelm Röist,* Bürgermeister von Zürich, liegt nur dieses eine Schreiben vor.

487.

II 301.

Johannes Öcolampad[1]) an Vadian.

Basel. 1527. Juni 14.

Freude über den Brief Vadians und den Fortgang des Evangeliums, trotz der Umtriebe der Gegner. Bericht über Beschlüsse des Rates in Basel wegen der Messe. Übersendung seiner Antwort an Luther. Die Disputation in Baden.

Gratiam et pacem a Christo. Clarissime vir, literis tuis per Bertzium nostrum allatis valde oblectavi me, partim quod me tam amice tamque familiariter salutas et amplecteris, partim quod evangelici negotii[a]) ecclesiarumque dei non mediocrem curam præ te fers, quo nomine et te veneramur ac venerabimur, mirum dei consilium et opus attendentes. Episcopi cæcutiunt et verbum dei persequuntur magistratusque non paucos, muneribus et obsequiis corrumpentes, impietatis suæ socios faciunt. Christus, ut se iudicem declaret rerumque omnium habenas sibi a patre concreditas, spretis hypocritis et in nihilum versis eorum consiliis, deligit et ex tribunalibus incorruptibiles viros, qui suam plebem opprimi non sinant a falsis prophetis, sed ipsi viribus, opibus, consiliis atque adeo se totos impendentes, pietatis negotium[a]) obeant. Quæ profecto, ut maxima sacerdotum nota est, sic a sacerdotii ordine, quo plurimum fidebant, excidere: ita fidelium patronorum, quos spiritus sanctus sibi initiat, egregia gloria est. Aconita miscent animarum medici, ea tantum, quæ ventris sunt, curantes; pharmaca salubria mentibus ægris parant corporum curatores, ne solum in humilibus istis versentur. Sic et infulatis tacentibus in

ecclesia, magnalia dei loquuntur laureati. Adeo nullus in oculis dei personarum est respectus; atqui ob hanc laudem iam olim nobis fuisti observabilis. Precamur itaque deum, ut diu nobis in Christo patrocineris et nunquam ab aratro retrospectes. Hic tepidiores esse videmur et sumus. Nuper senatus, perpetuis contionantium[a] altercationibus tandem fractus, decrevit in re missaria, ut intra mensis spatium[a] utrinque libelli offerrent[b], quibus suæ[c] quique rationes redderent doctrinæ: adversarii, quare missam suam asserant piam utilemque vivis ac defunctis in remissionem peccatorum; nos vero, quare eam ut abominabilem et perniciosam execremur. Et nos quidem, gratia dei, satis armatam orationem paravimus. Quid autem adversarii sint acturi, ignoramus; cessant plane et ad solitas vertuntur technas. Incertum, qualem se exhibiturus sit senatus; speramus pium fore. Rumor fortassis plura de ea re spargit, sed vana sunt, qualia divulgari solent. Mitto responsionem meam ad Lutheri furorem, quam, si vacat, leges, ut videas, quod antea etiam non ignoras, quam parum christiane ille nobiscum egerit. Ferunt, Zurzaci prostaturam depravatam illam Badensem disputationem; fortassis consultum fuerit, ut orbi, quid in ea desideretur, indicemus. Dominico igitur et Iufflino ac aliis fratribus rem propone, quod, si quid in ea re suorum[d] interesse putant et editum cupiunt, significent; quorum me precibus commendabis. Vale, vir prestantissime. Basileæ, 14. Iunii, anno 1527. *Ŏcolampadius.*

Ioachimo Vadiano apud Sanctogallenses, viro pietate et eruditione insigni.

a) „c" für „t". — b) Ist in „offerentes" corrigiert, zu welchem aber der Nachsatz weggeblieben ist. c) Scheint aus „suas" corrigiert. — d) Eher „suarum".

[1]) Von *Johannes Ŏcolampad*, dem Reformator Basels (1482—1531), liegen 4 Briefe an Vadian aus den Jahren 1527—1530 vor.

II 302.

488.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1527. Juli 3.

Zustände und Kriegsgefahren in Bern. Freude über das Auftreten Wilhelm Farels im französischen Gebiete von Bern. Streitigkeiten zwischen Bauern und Predigern. Franz Kolb. Grüsse an Bekannte.

Si qua salus usquam est, eam tibi precamur et optamus, charissime Vadiane. Et si Sebastianus ille, frater noster communis, ab ore omnia referre possit, quę apud[a] nos scitu digna aguntur, tamen nolui eum ad te redire nostris nugis vacuum. Accepisti[b] iamdudum, quo numine liberata

Berna captivitate sua plus quam papistica. At interim ridentibus et ıdentibus adhuc nobis Sathan sic nostrates circumvenit, ut iam non ıuo sanguinem sitiant alienum. Veloces reddidit aurum liligerum pedes effundendum sanguinem. Turbatur procul dubio mirum in modum publica christiana ex tam insano furore. In bella ruunt nostri, quos la religio, nulla gustati verbi suavitas, nullum periculum, nulla admo- o retrahit. At interim satis nobis sit, quod diligenter commonefecimus lacrimas[c] usque, quandoquidem in nobis situm non est. Quis scit, d Christus in arcanis consiliis suis arbitretur. Purgatione mundus eget, ›cunque pacto id fiat. Ceterum[b] in dominio Bernatum lingua Gallico, len scilicet, hac die civium decreto Guilhelmus Farellus Gallus, nul- ıacris profanis[d] initiatus, vir tamen linguis omnibus expeditissimus, verbo nini enuntiando[e] et pueris abcdariis instituendis præfectus est. Hunc uti Męcenatem[b] exosculamur omnes. Nec voluimus te latere, ut vel hac ·te nobis congauderes. Digladiantur continuo rustici cum pastoribus ›er negotio verbi, et eo res omnis mihi vergere videtur, ut tandem ınmunem omnium Bernatum pastorum collationem, Tigurinorum re, observemus. Bone deus, quam feliciter cederet toti Helvetio- n patrię, ubi hęc fieri possent! Tu interim, qui calcaribus nullis eges, ım precare pro ecclesia nostra, ut feliciter[b] cedant et proficiant, quę ninus cœpit[b]. Franciscus meus Kolbius et impiis vere Kolbus us totam vestram salutat ecclesiam et illius ministros, Zilinum no- ım, qui tam literis parcit, ut papirum carius venalem apud[a] vos existi- rem quam paleas, rursum Iufflinum, Iacobum Reinerum, Chri- ınnum Fridboldium ceterosque omnes[b]. Valete charissimi fratres nes. Pestis foras pulsat et vocat insperato, ut valedicere oporteat, n commode datur. Rursum valete. Bernę, 3. Iulii, anno 27.

Bertoldus Hallerus, ex animo tuus.

Ut actum sit apud[a] nos literis fratris cuiusdam Mathęi ab der ti, Sebastianus narrabit; in posterum estote cautiores. nmonefac tam Sebastianum quam et Fridboldium, quatenus pel- um mittant pirretum[f]; modo sit amplum et capitis mei carnosi capax.

Viro iuxta docto ac prudenti, Sanctogallensium consuli, Ioachimo Vadiano, maiori suo in domino perpetim observando.

a) „aput". — b) „ę" für „e", „cęt-", „Męcęn-", „fęl-", „cęp-". — c) „ch" für „c". — d) „ph" für — e) „c" für „t". — f) Oder „perr-"?

l) Vgl. III, Brief 434.

II 305.

489.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1527. Juli 22.

Glückwunsch zur Wahl als Bürgermeister. Bitte, seinem Schwager in der Bewerbung um das st. gallische Bürgerrecht beizustehen. Bericht über seinen ungünstigen Gesundheitszustand. Übersendung seiner Anmerkungen zum zweiten Buch Mosis.

Gratiam et pacem a deo per Christum. Quandoquidem innumera tua in me sunt beneficia, vir egregie, quid mirum, si, toties a te provocatus, ad petendum alacrior iam factus, iterum te accedere audeam? præsertim publicum te iam populorum parentem factum, ut interim et tibi et populo urbis tuæ gratuler, consulem scilicet te non tua ambitione aut cupiditate, sed publico omnium bonorum consensu creatum. Hoc virtus tua, hoc modestia tua meruit. Immo[a]) hoc superum benignitate factum esse, nemo dubitat, qui te morum correctorem ac emendatorem reipublicæ præfecerunt. O felicem[b]) populum, cui talis consul contingat, qui libertate et salute civium quam servitute ac calamitate magis gaudeat, qui labore et vigilantia omnium utilitati consulere studeat, qui cum civibus suis quasi cum liberis parens vivat. Hæc non adulandi studio, sed gratulandi potius animo a me dicta accipe, vir excellentissime. Iam vero ad rem, unde cœperamus, redeamus. Rogat me sororius meus, ut pro se apud te intercedam; putat enim, nonnihil preces[c]) meas apud te valituras. Solvit apud nos, ad vos migraturus, cupitque (si liceat) civitate vestra donari, conducibilius (?) sibi istinc[d]) fore arbitratus. Qua in re ut patrem te ei præstes, non opus esse ratus sum, ut multis apud te impetrarem. Nam præterquam quod omnes pauperum te patronum prædicant, non dubito, omnia te mei causa diligentissime ac summa cum fide facturum, quæ[e]) quidem per honestatem et publicas leges licent. Scio autem tibi non solum considerandum[f]) esse, quantum eius paupertas, quantum æquitas et publicum ius postulet, ne suo commodo privato respublica iacturam faciat. Tibi ergo, mei amantissimo, charissimum meum magnopere commendo, ut cum ea benevolentia prosequaris, qua soles amicissimos. Quoniam vero ad medicum scribo, non possum tibi non significare, me adhuc adversa valetudine laborare, quam pharmaca nulla tollunt, sed magis exasperant. Sed deo gloria, qui me suæ crucis[g]) nonnihil participem facit; det ipse tolerantiam, ne carnis imbecillitate victus succumbam! Hoc unum scio expertus, immodica lectione morbum vires resumere. At offi-

cio meo ut satisfaciam, oportet; neque enim mei sum iuris, sed minister Christi. Perpetuus ergo erit morbus; nam perpetua erit lectio, perpetuum studium. — Ceterum[b] ut grati animi in te mei indicium quantulumcunque ostendam, mitto tibi, quæ in Exodum ex ore Zwinglii nostri annotavimus, non omnia quidem, sed eam partem tantum, quæ excusa est, reliqua etiam, dum absolvuntur, missurus. Tu interim vale, optime vir, et munusculum hoc boni consule. Saluta[i] meo nomine fratrem tuum, Iuvelium, Vogelum, Zilium, omnes pios. Ex Tiguro, 22. Iulii 1527.

Leo Jud tuus ex animo.

Excellentissimo *viro Ioachi*mo Vadiano, *Sangall*ensium *consuli.*

a) „Imo". — b) „fœl-". — c) „præces". — d) „isthinc". — e) „que". — f) „consyd-". — g) „me" wiederholt. — h) „Cęt-". — i) „Salute".

[1]) Vgl. III, Brief 370.

490. II 306.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1527. Juli 26.

Bericht von dem Besuche Cratanders, der Bücher oder wenigstens ein Verzeichnis derselben aus der Bibliothek in St. Gallen zu erhalten wünscht. Übersendung einer Zuschrift von Öcolampad. Er verspricht zu prüfen, was gegen die Disputation zu tun sei.

Gratiam et pacem a domino. Fuit hisce diebus apud nos Cratander Basiliensis, vir colendissime, qui sic iter instituerat, ut ad te quoque profecturus esset, ni quottidiani nimbi aliud suasissent. Domum itaque sese recipiens obtestatus est, ut te moneam, quid aliquando spei sibi feceris de exemplaribus, quę forsan etiamnum in bibliotheca monasterii vestratis blattas pascunt. Orat itaque, quandoquidem videbat, sibi spem omnem per te indipiscendi a nobis esse prçcisam — non enim ignoro, quomodo tibi cum abbatibus conveniat —, siquidem aliud non possis, rationem saltem librorum, qui istic[a] habentur, transmittas; si vero arte quacunque tandem quid possis proficere, ne parcas. — Oecolampadius istas ad te dat; qui, quantum vos suadetis, ut aliquid contra disputationem mutiam, dissuadet, non imbecillibus argumentis. Attamen, ut primum in strophas catabaptistarum Elenchum (hoc enim erit libro nomen) absolvero, tum primum et disputationem legam et pro virili expendam, quid facto sit opus. Monitionem interim, immo[b] vim vestram, qua me plurimum abhorrentem (quid enim agas cum tam perversis hominibus?) non solum traxistis, sed ad operam istam ferme alligavistis, sic consulo, ut, si scribam, vobis debea-

tur, quicquid futurum est: sin minus, alia sim vobis parte pro tam anxia ecclesię cura gratificaturus. Vale per deum et fratres omnes iube per eundem salvos esse. Tiguri, 26. die Iulii MDXXVII.

H(uldricus) Z(vinglius), tuus ex animo.

Herren burgermeyster von Watt zu Santgallen.

a ‚istic'. — b ‚imo'.

1. Vgl. I. Brief 100.

II 307.

491.

Jakob Bedrotus[1] an Vadian.

Strassburg, 1527, August 1.

Unzufriedenheit über das lange Schweigen Vadians. Bericht über die Umtriebe der Wiedertäufer. Bitte um Bericht über die wiedertäuferischen Unruhen in St. Gallen. Mitteilungen über seine Lehrtätigkeit.

† Gratia et pax. Nisi tabellio hic pręter spem properasset abitum, charissime præceptor, fusius tibi scripsissem atque adeo etiam expostulassem nonnihil, quod ne littera quidem me toties te provocantem dignaris. Nam vulgaria hæc[a] τῆς ἀπροσηγορίας argumenta, quibus officii neglectum excusare solemus, nullo negotio[b] confutari possunt. Proinde haudquaquam istæc[c] accipiam. Non enim tam utrique dissidemus neque, ut plurima sint negotia[b], quibus distineris, tam es occupatus[d], ut[e] vel salutare amicum veterem aut non liceat aut non vacet. Ego sane te non desinam urgere, donec vel verbulo indices, meam tibi non sordere amicitiam. Nulla hic nova habemus, quorum meminisse referat. Ecclesiæ nostræ statum abunde satis exploratum tibi credo. Telam verbi dei, quod semel pure docendum susceperunt nostri, absolvere pergunt strenue non sine fructu. De eucharistia nihil dissentiunt a Zvinglio, utut ringatur Lutherus intemperiis suis, ne quid acerbius dicam, νεανικῶς ἐκτραγῳδίζων. Catabaptistæ pharisęi non parum negotii[b] ecclesiæ nostræ fecerunt, chorago potissimum Denkio, qui cum in aliquam multos dogmata sua instillasset, urbe exactus ad Vangiones cum Hetzero suo commigravit, subversurus indubie et Wormatiensem[b] ecclesiam. Cuius rei et egregium edidit specimen contionatore[b] istic[c] primario in suam pertracto sententiam, adeo ut is publice disputanda proposuerit impiisima de Christo dogmata, quem et per contumeliam Iesum de Nazareth appellare gaudent. O impietatem, o mores, o tempora! Piget me atque adeo pudet vel meminisse hominum istorum, præsertim[a] apud te, cui iam pridem, quid

nstri alat factio hæc perditissima, compertum est. Sed et commode idit, cuius me non ita pridem Bucerus noster admonuit, ut, si quando te scripturus essem, suo nomine te rogarem, quo nobis certo perscri-es, catabaptistæ fuerint necne fratres hi[f], quorum superiori anno alter erum, iussu patris scilicet, trucidavit. Cum enim nuper quibusdam male-iatis catabaptismi sui fructus obiecisset Bucerus, fortiter negabant], fratres hos nequaquam fuisse catabaptistas, sed istæc[c] potius conficta adversariis, quo maiori degravarentur odio. Te igitur, mi Vadiane, ro, ne pigeat de his[f] nos certiores facere, quo prefractos illos ἐπιστο-ειν commodius liceat. Salutant te diligenter Capito et Gerbellius. o, ne et nescias, quid etiamnum agam, Grece doceo, conductus stipen-magistratus. Τὴν περιήγησιν Dionysii nuper exorsus sum, in qua irranda mirum in modum tuis adiuvor commentariis. Vale in Christo u, præceptor atque amice multo mihi charissime, et litteras has tanta eritate scriptas, ut relegere easdem mihi non fuerit integrum, boni isulito. Kalendis Augusti etc. XXVII.

Iacobus Pludentinus, tuus ex animo.

Ornatissimo viro Ioachimo Vadiano, medico et poetæ iuxta pio ac erudito, domino et præceptori suo observandissimo.

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — c) „isth-". — d) „ocup-". — e) „ut ut". — f) „hii, -s".

1) Vgl. oben, Brief 471.

492. II 308 b.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1527. August 23.

Die Schwächung der Augen durch angestrengtes Studium des Hebräischen hat ihn vom hreiben abgehalten. Ersucht um ärztlichen Rat. Klage über die Haltung der Magnaten. Gerüchte über den Gang des Krieges in Italien.

Gratia domini tibi augeatur, vir ornatissime. Quo te provocemus ad scribendum nobis, priores ad te dare literas, etsi nulla gravis caussa esset, voluimus. Quarto die ut Berna egressi eramus, huc salvi, etsi nonnihil fatigati, venimus ecclesiamque nostram et senatum non parum narrato successu[a] gloriæ dei apud Bernates exhilaravimus. Spes quoque est, illorum exemplum nostris profuturum. Antichristiani nostri, quoad possunt, cursum gloriæ dei remorari student; catabaptistæ plurimum quoque evangelio Christi obsistunt; sed cum videatis, sit princeps mundi, cui isti, quanquam diversis studiis, metent, scimus, omnes utrorumque conatus ad illustrationem nominis Christi facturos. Conscribendum aiunt apud nos exercitum atque ducendum in Italiam. Dabimus

olim pœnas Germani, quod nulla fere natio est, cui populandæ non inserviamus. Nisi urserint res Italicæ, scimus esse, qui sperent, nos petendos et alios, qui Christo sese dediderunt. Sed non dormitat, nedum dormit, qui nos custodit. Oppidum quoddam cum pagis aliquot multis iam annis pignoris loco ab episcopo nostro urbs nostra possedit. Id his diebus 17 milibus redemit. Multi pridem sperarunt, vi adimendum. Dum igitur pecunia adhuc ista redimuntur, creditur nondum vim vel meditatam vel paratam. Præterea nihil est, quod scire te referet aut, si scias, oblectamento sit. Scripsi parocho vestro tumultuario[b], nam admodum sum occupatus, quæ potissimum mihi veritatem eucharistiæ primum indicarint. Petiit enim id a me. Mitto eius tibi exemplum. Si forte, quod non spero, non candide omnia acciperet, sciretis, quæ illi scripsissem. Tam inhumaniter multi illius farinæ nostra accipiunt, ut nescias, quid singulis fidas aut quid a quovis eorum exspectes[c]; quanquam credam, istum vestrum non adeo omnem, ut quidam, humanitatem exuisse. Salutant te impense Capito, Bedrotus, Hedio et cum multis aliis te orant, quod ego te oravi coram, de chorographia sacra. Vale et saluta nobis Dominicum diligentissimum aliosque Christi ministros apud vos et fratres. Argentinæ, 8. Februarii.

M(artinus) Bucerus tuus, quantus est.

Ioachimo Vadiano, poetæ, geographo et medico eruditionis raræ, consuli laudatæ rei publicæ apud S. Gallum, summe pio gravique observando præceptori suo.

a) „succesu". — b) Am Rande von anderer Hand: Lit. A. — c) „exp-".

l) Von *Martin Bucer* (Butzer), geboren 1491 zu Schlettstadt, seit 1523 Reformator in Strassburg, 1548 nach England geflüchtet und dort am 28. Februar 1551 in Cambridge gestorben, sind 29 Briefe aus den Jahren 1528—1546 in unserer Sammlung. Das unvollständige Datum des obigen lässt sich aus dem Inhalt mit Sicherheit ergänzen.

Die für Benedict Burgauer bestimmte, mit Lit. A bezeichnete Beilage folgt hiemit als solche:

(Lit. A.) XI 120.

Gratia domini. Erat occasio, ut dilaberemur citius, quam possem præstare, quod tibi promiseram. Iam id accipe. Dum licebat, quæstionem eucharistiæ reiiciebam, quod multos ea offendendos viderem. Cum reiicere iam non possem, occupatis[a] illa fere omnibus, primum oravi dominum, ne sineret me a vero errare; deinde quattuor loca, quæ eucharistiæ institutionem memorant, Matthæi, Marci, Lucæ et Pauli, in unam chartam conscripsi, ad verbum e Græco versa, ut iuxta considerare illa possem, et primum vestigavi, an necessario docerent corporalem præsentiam. Ibi inveni, cum multæ

sint orationes similes illi «hoc est corpus meum», quæ tamen non significent extremorum identitatem, ut «ego sum vitis, tu es petros», id est «saxum»: quod ista sola oratio «hoc est corpus» non evinceret, panem esse ipsum corpus, multo minus corpus esse in pane, quia ita non sonaret. Hic non satisfaciebat commentum Lutheri: Christum vere esse vitem, sed spiritualem, Simonem vere saxum, sed spirituale. Vitis corpus est, non spiritus, sic et saxum; et nemo negare potest, rectissime explicari prædictas orationes: ego sum instar vitis, tu Simon es instar saxi, neque sunt vites et saxa spirit(u)alia, sed sunt res spirituales, quæ in suo genere cum his similitudinem habent. Videbam ergo, aliunde probandum esse, substantive ut panis sit ipsum corpus. Veni ergo ad illud: panis, quem frangimus. Agnovi autem, qui fide communicant corpore Christi, vere eo communicare neque opus esse, ut simul corporaliter illum edant. Sicut ergo ethnicis communicatio erat dæmonum caro, quam simul edebant, nec erant tamen corporaliter dæmones in carne, ita et panis eucharistiæ potest nobis esse communicatio corporis Christi neque tamen opus est, ut sit in pane corpus Christi; pane communicamus corpore, mentibus Christo, sicut illi edebant ore corporis tamen carnes, animis communicabant dæmonibus. Qui baptizantur, Christum induunt, inquit Paulus; ergo in aqua corporaliter est Christus? Non dices. Demum accepi loca illa: reus corporis et non diiudicans corpus. Cumque[b] viderem vere reum corporis domini esse, qui symbolum eius contemnit, eundemque non diiudicare corpus domini, vidi et hæc nequaquam cogere, ut credendum sit, esse corporaliter in pane Christum. Iam cum satis sciam, scripturam, quæ credenda sunt, abunde tradere immo sæpius repetere, facile agnovi, commentum hominum esse hoc dogma de corporali præsentia Christi. Nam quæ vera et a deo tradita sunt, ita fuse et aperte illa tradit, ut necesse sit, manifestas negare scripturas, qui eiusmodi quid negare voluerit. Deprehenso igitur, quod hoc dogma humanum commentum esset, vestigavi, si satis reiici scripturis posset. Nam ut omnia vera illa evidenter evinci possunt, sic ea omnia falsa etiam irrefragabiliter possunt deiici. Consulens igitur scripturas inveni, fidei in Christum pro nobis mortuum et nunc in cælis regnantem omnia tribui. Dixit enim ipse: Habet vitam æternam, qui in me credit. Iam caro Christi, ipse Christus, ubiubi est, salvator est et prodest; nusquam potest frustra esse. At si in pane eucharistiæ esset, frustra esset. Habet enim vitam æternam, qui fide edit Christum. Quid igitur adiiciat manducatio carnalis? Si non, etiam eucharistia obest. Deinde iubemur memoriam eius celebrare, donec veniat; non addit scriptura «gloriosus», sed «donec veniat». Præterea in cena[c] Christi, si in pane fuit realiter corpus Christi, habuit duo corpora vel non corpus humanum. Nam humani corporis non est, ut simul in sua forma visibile assideat et sit lit,eraliter) ac corporaliter in pane. Iam vero in cenis[c] nostris si sit iterum permiscebitur natura humanitatis divinitati. Eius solius est, ubique esse et omnia implere. Quem horrendum errorem, qui omnem nobis resur-

rectionis spem subvertit, Brentius cum suis palam docet. Deus liberet eos spiritu contentionis! Ex his et multis aliis hæc sunt, quæ modo occurrerunt. Certo didici, commentum hoc cum scriptura pugnare. Id et tu olim agnosces, simulatque quid Christus nobis factus sit et quid scriptura doceat, plenius agnoveris. Hæc occupatissimus scripsi. Boni omnia consule et diligenter omnia perpende. Excute humanam auctoritatem[d], fugam crucis, palinodiæ et receptas opiniones. Solum quære Christum eumque ex solo ipsius spiritu et solis ipsius literis et videbis, nos hac in re mentem eius consecutos. Vale in domino et saluta fratres. Argentinæ, 8. Feb(ruarii).

M(artinus) Bucerus tuus.

Benedicto Burgower.

a) Nicht völlig sicher, weil an der letzten Silbe corrigiert. — b) „Cunque". — c) „cœna, -is". — d) „auth-". — Fast durchgehends „ę", vereinzelt „e" für „æ".

507. II 322.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1528. Februar 15.

Bericht über die Verlesung der Briefe Vadians im Rate und über eine Zuschrift des Rates nach Appenzell, welche beigelegt wird, damit Vadian sie nach Appenzell schicke. Bitte um ärztliche Ratschläge. Die glückliche Rückkehr der Strassburger Boten. Zerstörung von Bildern und Altären im Gebiete Berns. Er verspricht die Zusendung der Beschlüsse des Rates und wünscht von Zili Bericht über den Unterricht in St. Gallen. Berufung von Lehrern nach Bern.

Salutem. Opportunissime tuas accepi[a] literas, charissime consul, ea siquidem hora, qua iam senatus cum diacosiis conveniebat. Tilmannus quęstor literas utrasque ad senatum detulit, quibus auditis non minus pileati impostoris impudentiam quam suorum simplicitatem, quod tam facile illis imponitur[b], admirati sunt. Inter consulendum item tibi gratię sunt relatę, quod Bernatum glorię detre(c)tari tam ęgre feras. Scribit itaque senatus ad Apezellanos, quo animo plebano literas condonarint. Verum ut omnia commodius expedire poteris, copiam literarum magistratus nostri adiunximus. Misissent nostrates proprium nuntium[c], sed id verebantur, ne forte coram paucis, et his oligarchis[d], literę legerentur. Unde consultius videbatur, ut hęc provincia tibi commendaretur, qui, dum simul congregati fuerint Abzellani, commode poteris per nuntios[c] aut pios pręsentare. Age igitur, ut soles, quo dei gloria promoveatur apud[e] istos bonos homines et impostura nebulonum detegatur. Visum item fuit nostratibus, ne ego scriberem; maioris enim auctoritatis erit, ut solus noster senatus audiatur. Ceterum de regimine salubriori, item et medela pedum tam facile tumentium totiusque molestię[f] meę corporeę commoditate tua

exspecto[g] consilia, dum per otium[c] licuerit. Scio, nihil negabis. Unum hoc me urget quam maxime, quod, cum ad integrum ferme mensem nobiscum fueris, ad saturitatem tibi colloqui negatum fuerit. Epistola igitur expediat aliquando, quod intervalla locorum negant. Argentinenses fratres felicissime[h] ad suos rediere a Berna ad Argentinam usque 6 horis et tribus diebus, etiam per medios hostes et hostium castra transeuntes. Bella nunc movent missis suis. Multi item in Bernatum dicione[i] omnia exstirparunt[k], ut vix vestigia altarium videres. Propediem habebis Tiguri excusa, quę domini consuluerint. Heri translatum est hospitale urbis ad conventum pedicatorum[l]. Cęsarei minantur Constantiensibus bella; sed dominus pro nutu suo omnia dirigat. Quicquid interim scitu dignum apud[e] nos acciderit, te non latebit. Quo vero pacto pædagogiam[m] apud[e] vos primum cœperitis[a], singulatim scilicet pueros aut congregatim erudiendo, ea, quæ prelis[a] excusa sunt, fac Zilinus meus depingat. Dominum Michâlen Schappeler, virum humanissimum iuxtaque pium ceterosque[a] fratres omnes salutabis. Vocarunt nostrates Megandrum, Sebastianum, œconomum et apud[e] Rhętos didascalum, qui et contionibus et lectionibus prosint. Vale. 15. Februarii, Bernę, anno 28. Tuus ex animo *Bertoldus Haller*.

Unum hoc te non lateat. Vocem meam audiunt[n] usque adeo gravem. Vidisti item templum nostrum, quam amplum sit, unde, cum puer eram, uno latere castratus, altero nunc latere ruptus. Maiora igitur vereor pericula. Consule igitur, quibus mediis ea prævenire possim.

Prudentissimo apud[e] S. Gallenses consuli Ioachimo Vadiano, maiori suo summe observando.

a „ç“ für „e“, bezw. „œ“. — b) „imponi“ mit Abkürzungsstrich über dem „n“. — c) „c“ für „t“. — d) „olyg-“. — e) „aput“. — f) „mol.“ mit Abkürzungsstrich. — g) „exp-“. — h) „fęl-“. — i) „t“ für „c“. — k) „ext-“. — l) Ohne Zweifel absichtlich für „Prædicatorum“. — m) „e“ für „æ“. — n) „aud.“ mit Abkürzungsstrich.

l) Vgl. III. Brief 434.

II 324. 508.

Marcus Bersius[1] an Vadian.

Basel. 1528. Februar 28.

Bitte an Vadian, in Sachen des ihm zugefallenen Erbes nach seinem Gutfinden zu handeln. Zusendung von Schriften. Verweisung an seinen Neffen, den Caplan Columban Berschi in Rorschach, für andere Mitteilungen. Der Fortgang des Evangeliums.

Gratia et pax a deo per Christum. Mirum in modum gratæ[a] mihi fuerunt litteræ tuæ, ornatissime vir; non enim ignoro, quantæ sit mode-

stiæ, virum tam frequentibus cum publicis tum privatis distentum negotiis meis quoque nugis gravari. Admones me inprimis officii, ad quod mea sponte sum propensus. Putat forte nepos meus, se aliqua parte in hereditate dividunda esse fraudatum, quod equidem nunquam cogitavi. Verum multo diversum accidit, nempe ut ipse sim deceptus, fortassis (ut ego puto) non cuiusquam dolo aut malitia[b], sed mea incuria et inertia, quod harum rerum nulla penitus mihi sit peritia. Curabo tamen, ut resciscas, admonitionem tuam non fuisse frustraneam. Quod autem ea, quæ Bernæ tecum conferebam sub discessum, nondum animo exciderunt, mihi non minus necessarium est quam gratum. Video enim eos, quibus id negotii demandari oportebat, plus ęquo esse negligentes. Puto autem, sic rem esse tractandam: Primum tibi, tanquam singulari meo patrono, ex tua gratia trado et concedo optimo modo et iure, quo fieri debet et potest, omnem facultatem censum illum meum vendendi et alienandi tanquam rem tuam idque attestor hac mea propria manu. Deinde si libuerit, poteris uti opera domini Christophori Krenk, collegę tui. Nam Bernæ dicebat, senatum vestrum brevi aliquos census empturum pro sustentatione pauperum, cui tunc pollicebar, sicut et nunc polliceor, quinque aureis minus accepturum, quam sit sors, centum fl(orenos); hac tamen condicione[c], ut mihi residuos 95 aureos Basileæ faciant numerari sine ulteriori detrimento, quod et facile fieri posset per mercatores. Postremo te oro, ut cum emptorem aut emptores nactus fueris, litteras traditionis aut translationis — vulgo «ubergebbrieff» — fieri facias et tuo signeto munias, sine omni tamen tua aut tuorum iactura. Tu, quid facto opus sit et consultum, multo melius novisti; tuæ sollertiæ[d] totam causam committo. Annotationes Plinianas et Budeanas mitto per nepotem meum; de pretio non est opus, ut sis sollicitus. Facile fiet, ut compensetur. Apud nos præterea nihil novi excuditur quam replica illa aut responsio Oecolampadii nostri super libello suffuranei (lapsus sum, sed non male), suffraganei dicere volebam, quam mitto tibi et fratribus legendam. Litteras censuales require apud quendam sacerdotem cognatum meum Columbanum[e] Berschi, capellanum[f] in Roschach. Ille etiam indicabit alia scitu necessaria. Oecolampadius te salutat. Nomine Oecolampadii et meo saluta fratres omnes et tu quoque vale. Ex Basilea, 28. Februarii, anno XXVIII. Evangelium apud nos promovet, sed admodum

ęgre, renitente pro omnibus viribus potestate tenebrarum et Antichristi etc.

Tuus *Marcus Bersius.*

Clarissimo viro D. doctori Ioachimo Vadiano, domino suo observando apud Sanctogallum etc.

a) Durchgehends „e“ für „æ“, wo nicht „ę“ geschrieben ist. — b) „c“ für „t“. — c) „t“ für „c“. — d) „solert-“. — e) „Collumb-“. — f) „capp-“.

[1]) Von *Marcus Bersius* (Berschi), Prediger zu S. Leonhard in Basel, geboren 1483 in Rorschach, gestorben 1566 in Basel, sind in unserer Sammlung 29 Briefe an Vadian aus den Jahren 1528—1550 vorhanden; ausserdem 1 an Ambrosius Blaurer, 2 an Johannes Kessler, 4 an Josua Kessler, 1 an Marcus Grynæus.

II 325.

509.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1528. März 4.

Er ersucht Vadian um seine Verwendung für die Auslösung der Erbschaft des Onofrius Studer und wünscht von ihm eine Entscheidung über die Hinterlassenschaft des in Rom verstorbenen Melchior von Watt. Er klagt, dass ihm die Nutzniessung seiner Pfründe in Constanz noch nicht zustehe und empfiehlt seine Schwester Sapientia. Nach dem Wunsche Vadians sendet er seinen in Rom geschriebenen Brief über die Sache Melchiors und seines Kanonicats an Vadian zurück mit der Bitte um Verschwiegenheit.

† Doctor egregie, domine quoque et amice observande, prius salutem et commendationem plurimas. Accepi præsentium per latorem D(ominationis) V(estræ) literas, quarum continentiam intellexi[a]). Eisdem autem respondendo repeto priora scripta mea, quibus inter alia me obtuli paratum ad gratificandum personæ D. V., in quibus valeam iuxta contenta in illis, quodque casu, quo heredibus Onofrii Studer summa apud vos arrestata solvenda foret, ego, si michi facultas esset, in eventum, quo per D. V. suosque solutio huiusmodi commode fieri non posset, solverem. Sed quia solvendi facultas michi, Romæ omnibus facultatibus denudato et spoliato, non erat nec est, obtuli me nichilominus contemplatione D. V. ad fideiubendum, si prodesset seu opus foret, pro D. V. suisque pro solutione huiusmodi summæ, immo[b]) etiam, si aliter fieri non posset, curare velim et recipere mutuo summam personam D. V.[c]) pro rata illam concernente in huiusmodi solutione etc.; per quæ clare cognosci potest, me non habere facultatem, in numerata pecunia in tanta summa aliis subvenire posse. Verum quoad personam D. V., quod scripsi, scripsi, et sum paratus, facta æquali divisione summæ debiti magistri Melchioris bonæ memoriæ inter singulos et omnes fratres

›rores eiusdem magistri Melchioris defuncti portionem pro rata per-
ım E(gregiæ) D. V. contingente amicabili mutuo recipere et pro per-
ı sua respondere. Pro reliquis autem fratribus et sororibus suis pronunc
l facere nequeo, nisi si opus fideiussione una secum et cum illis usque
:empus, quo per D. V. fratresque et sorores huiusmodi solutio com-
le fieri posset; licet ea non esset opus, quum absque fideiussione tem-
ɛ congruo et commodo per eosdem solutio huiusmodi fieri valeret.
ta itaque æquali inter magistri Melchioris heredes divisione summæ
iti et ea intellecta[a], quod pollicitus sum me offero facturum. Pariter
liis, ubi gratificare potero D. V., me voluntarium reperiet[d]. Quodsi
impræsentiarum omnes fructus etc. præbendæ meæ Constantiensis
erem, possem forsitan pro maiori summa respondere; sed usque ad
ısem Augusti vel Septembris exspectare[e] habeo plenam et integram
tuum distributionem. Interea cum gravi onere et familia secundum
um meum vivere cogor, prout melius potero et non prout vellem et
derarem. Quare una mecum patientiam habeat michique compatiatur,
›. Cum quibus et bene valeat D. V., cuius fidei et integritati sororem
ıi charissimam Sapientiam, priorissam, cum suo conventu devoto
erius commendo. Ex Überlingen, die quarta Martii 1528.

E. D. V. *G. Wirtt,* canonicus *Constantiensis.*

Remitto præterea literas per me dudum ex urbe scriptas, a D. V.
:titas, quarum prima pars negotium magistri Melchioris, altera vero
osterior pars canonicatum Constantiensem et eo tunc occurrentia
›icit; nec expediret continentiam posterioris partis illius aliis exhi-
, ne vulnera antiqua iam sanata iterum renovarentur, quod nemini
lesse, sed potius obesse posset. Quare divisionem feceram, excopiando
smodi, unde, si copia sufficeret manus meæ, possent hæ[f] literæ ad
remitti, retenta copia prioris partis, de quo etiam sorori meæ prio-
ɛ scripsi etc. Quid autem his[g] velim, satis intelligit[a] D. V., quæ
ım bene valeat.

Clarissimo et præstantissimo viro domino Ioachim de Watt,
artium et medicinæ doctori, magistro quoque civium oppidi[h]
Sancti Galli, domino et amico plurimum observando.

Herren doctor Joachim von Watt, burgermaister zú S. Gallen.

a) „intele-“. — b) „ymo“. — c Offenbar „concernentem“ oder „contingentem“ ausgefallen. — ppe-“. — e) „exp-“. — f) „hee“. — g) „hys“. — h) „opidi“. — Durchwegs „e“ für „æ“.

II 326.

510.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1528. März 18.

Dringende Bitte um Übersendung seines Guthabens an Melchior von Watt.

Præstantissime et egregie domine doctor, amice observande, salutem cum commendatione etc. Significavi nuperrime D(ominationi) Viestræ detexique necessitatem meam D. V., hortando eandem, ut, cum summa debiti quondam bonæ memoriæ magistri Melchioris, arrestata per Studeros pro solutione 60 coronarum quondam Onofrii Studers fienda, providere vellet, et ego residui satisfactionem curaturus essem. Quo non obstante nullo denique consilio vel auxilio per D. V. præstito, ego, ut charissimam sororem meam priorissam suo cum conventu devoto et præclaro ab iniqua Studerorum molestia quietas redderem, non absque meo magno præiudicio[a]) gravamineque indebito, aliis amicis meis interpellatis, de 60 ducatis etiam extra locum destinatum responderi facere habui. Unde plurima necessitate constrictus præsentibus iterum amice monere volui D. V. (cui, ut accepi, ab aliis domini magistri Melchioris coheredibus commissio satisfaciendi michi tradita existit), quatenus egestati meæ compatiendo efficaciterque consulendo ordinem dare seu curare velit, ut michi etiam de credito magistri Melchioris seu debito michi respondeatur citius absque indigna mora ulteriori, quo michi rem necessariam et alias æquam ac iustam præstabit fideique suæ et suorum satisfaciet. Cum his[b]) bene valeat D. V., cui me et priorissam charissimam cum conventu devoto suo fidei et dexteritati suæ plurimum commendo. Ex Uberlingen, die XVIII Martii 1528.

E. D. V.

G. Wirtt, canonicus *Constantiensis.*

Clarissimo medicinarum doctori domino Ioachino de Watt. magistro civium oppidi[c]) Sancti Galli præstantissimo, domino et amico plurimum observando.

Herr doctor Joachim von Watt, burgermaister zu S. Galien ze handen.

a) „t" für „c". — b) „hiis". — c) „opidi". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vrgl. I, Brief 52.

511. II 327.

Ambrosius Eigen der alt[1]) an Vadian.

(Luzern?) 1528. März 29.

Bericht über einen Tag der 13 Orte. Das Burgrecht von Zürich und Bern mit Constanz. Massnahmen zur Beilegung des Streites zwischen Schwiz und Zürich. Ansetzung eines neuen Tages auf den 28. April.

Min underdengig, willig dientz. Lieber her bůrgermaster, nůwes lof halb, die mir ietzmalls hantt geheptt, lan ich uch wissen, das geman egnossen bin enandera sintt gesesen die drigzechen ortt. Do aber die kassera ir anbringen hantt donn, do hatt Zůrrich und Bern nitt bi ina wellen sitzen und sintt usdretten. Und ir anbri(n)gen ist gesin, das si gertt hantt an die alfaf ortt, das si mitt Zůrrich und Ber(n) ferschafen, das si von der burgerschafft standen mitt dena vonn Kostentz, und hantt den egnossen hatter ussi gesatt, der kasser, desglichen der kůng uß Unger und hůs von Osterrich und der Schwebis Bůntt die kůnentt und mogen und wellen die bůrgerschafft nit dallen. Aber Zůrrich und Bern die hantt dena egnossen zů anttwortt gen, si wellentt schlechtt nitt darfon ston in kan wis noch weg; darnach solentt sich darnach wissen zů richtten. Sůs ist nitt sonderlis gehandlett; den von dena ansprecher wegen der Lůtters handel ist nie gedoch worden. Des spans halb, Schwitz und Zůrich zemen hantt, da hatt man achtt botten verordenett, die ubrigen ortt: fier gen Zůrich und fier gen Schwitz; die sontt zů beden della mitt ina reda, das si sich schicken in die sach und den egnossen sollichs ubergebentt; so well ich underston zů handlen, das si zů betten dellen in Raben[a]) komen und frůndschafft und anikatt werde gemachtt under ina allen. Ich bin och in hofnung, es geschegi; den ich han die egnossen in 10 jaren nie gesegen anhelliger und frůnttlich leben, den uf dissen dag. Gott sigs geloptt! — Lieber her bůrgermaster, grůtzen mir alli mina heren, und was ich mag don von wegen anr statt oder minen heren, das lontt mich wissen, so wil ich alzitt gůttwillig sin. Lon uch wissen, das an andera dag ist gesetz; uf XXVIII. dag Aberel sol man wider an der herbrig sin. Nitt me. Gott sig mitt uch. Geben an Sandag[b]) nach Lettdari, im XXVIII. jar.

Ambrosi[c]) *Egen,* uwer williger diener zů allen zitten.

Dem fürmenem (!) und wissen her Jochen von Watt, fogtt derichs, minem gůstigen lieben heren.

a) Oder „Rabin"? — b) „ßandag" oder „ßondag"? — c) „Ambrori". — Ein öfters über „n", einmal auch über „p" angebrachtes Zeichen — Verdoppelungsstrich? — ist unberücksichtigt geblieben.

[1]) Vgl. oben, Brief 458, dazu Eidg. Absch. IV, 1, a, Nr. 517, S. 1291 ff.

XI 198

512.

Konrad Som[1] an Vadian.

Ulm, 1528, März 30.

Dank für die Anknüpfung schriftlichen Verkehrs. Feindliche Absichten und Rüstungen des schwäbischen Bundes gegen das Evangelium. Die Wiedertäufer. Gerücht über Freilassung der gefangenen Evangelischen in Wien.

Gratia et pax a domino per Christum. Dici non potest, pręstantissime[a] Vadiane, quam me delectarint literę tuę gratulatorię, quibus et te multo setius[b] affectum esse declaras ac reliquos huius sęculi[a] magnates, quorum tantus est fastus tantumque supercilium, ut obscuriores viros (qualis ego sum) vix dignentur vel alloqui. Tu vero, qui et ingenii fecunditate[c] et civili prudentia ceteris[c] longissime pręstas[a], non modo alloqueris, verum et inter tuos connumerare soles, id quod et Bernę et Tiguri pręsens[a], iam vero gravissimis literis tuis absens expertus sum. Hoc autem tanti facio, ut, si aliud nil ex Helvetiis reportassem, quam tanti viri benevolentiam, satis felicem[c] ęstimarem[a] profectionem meam. Oro igitur, ut, quod pollicitus es, pręstes[a]: hoc est, ut crebro ad me scribas, si prę[a] occupationibus licuerit. Ego tua humanitate fretus non verebor, vicissim meis literis tibi obstrepere potius quam scribere. Te enim mea omnia, qualiacunque sint, boni consulere non ambigo. Sed de hoc satis. Ego domi omnia in statu suo inveni, ita ut grave adhuc certamen restet. Ęquum[a] esset, ut in restituendo christianismo totus desudarem et magistratum ad nil aliud hortarer. Verum ad alia rapior. Habet et nostrum sęculum[a] suos Nerones, Domitianos, Diocletianos et Julianos, emergenti verbo furiose obluctantes. Quod ut planius intelligas, paucis accipe. Squamę illę Behemoth, hoc est Svevici Pacti primores, squamarum instar sibi ipsis cohęrentes[a], evangelio bellum indixerunt. Eorum institutum est, Christum non setius[b] ac lupus culicem deglutire. Iam enim Augustę comitia[d] celebrantes impiissime decreverunt, quadringentos equites conscribendos esse, et his in quattuor cohortes divisis demandarunt, ut catabaptistas omnes, quotquot interceperint, igni puniendos tradant; deinde eos, qui pręsentiam[a] carnis Christi in pane negant, indicta causa condemnant et in pœna[a] catabaptistis ęquant[a]. Contra hos tam manifestarios Christi hostes iam bellum gero et impiam eorum tyrannidem tanta acerbitate traduco, ut maiore nequeam. Catabaptistas proscribendos, non perdendos esse censeo ob solum catabaptismum, nisi

ımenti violatio et alia crimina accesserint. Qui vero Christum non ıe, sed a dextris dei quęrunt[a], in nullo prorsus peccarunt. Satani- gitur est, tales velle perdere. Ad hęc[a] peculiariter me urit, quod ı cum ceteris[c] civitatibus Svevico Pacto insertis in hanc impieta- onsenserunt, putantes se vi pacti ad hoc astrictos esse, cum tamen ontificia testentur, iuramentum non esse vinc(u)lum iniquitatis, ita nec m aut fœdus[c] ullum. Huc (!) omnia tentabo, quod pietati conducere navero, cum privatim, tum publice. Communibus votis oremus Chri- cuius nomine infensi sunt nobis impii, ut causę nostrę ęquitas[a] ær[c] succedat nec sinat impios pręvalere et nos ad internecionem[e] re iuxta eorum votum et sententiam. Amen! Fama apud nos volat, certa, Ferdinandum eos, qui ob verbum in vincula coniecti fue- Vienne, liberos dimisisse et demandasse, ut anabaptistę scripturis m reducantur. Quod si fecit, ex Fabri officina non hausit. Ego ıus meis aliud genus catabaptistarum monstravi, monachorum sci- qui nocentissimi catabaptistis exsistunt[f]. Ordinem catabaptismum unt et crebro alia nomina indiderunt iis, qui professionem fecerunt; os fratres appellarunt et nos ceu ethnicos aspernati sunt; bonorum ıunio apud eos fuit; verbi ministros contempserunt et sese apostolicos :atores esse iactarunt, cum per orbem circumvagari soleant; magi- i semper rebelles exstiterunt[f] et a publicis oneribus sese exemptos :bant, in quo catabaptistarum malitiam longe superant. Si ergo ndi sunt catabaptistę[a], cur illos (dixi pro publica contione[b]) non per- ? Quod si quid nimium a me dictum ęstimas[a], admone, quęso[a], :eras. Adieci tamen, nec hos nec illos ferro aut igne perdendos esse, :rbo ab errore revocandos. Satis superque de hoc. Optime vale et ımmendatum habe. Ulmę, XXX. Martii[b]. Resalutat te Strölinus : officiosissime etc.

Chunradus Som, tuus ad vota.

Gravissimo simulque prudentissimo viro Ioachimo Vadiano, Sanctigallensium consuli, domino suo semper observando.

a) „e“ für „ç“, bezw. „œ“. — b) „c“ für „t“. — c) „ç“ für „e“, bezw. „œ“ in der Stammsilbe. — m-“. — e) „internit-“. — f) „exist-“, „ext-“.

1) Von dem ulmischen Reformator *Konrad Som* (Sam, Saum), geb. 1483 zu Rotten- n der Donau, im würtembergischen Oberamt Ehingen, gest. 30. Juni 1533, sind 4 Briefe ian aus den Jahren 1528—32 vorhanden. — Vorstehender Brief ist offenbar kurz nach der ıtion in Bern geschrieben, die im Januar 1528 stattfand und der auch Som beiwohnte; fällt ne Zweifel auf den 30. März dieses Jahres. Der Titel «consul» auf der Adresse trifft llerdings nicht genau zu, da Vadian 1528 das Bürgermeisteramt nicht bekleidete.

513.

Wolfgang Capito[1], Martin Bucer[2], Jakob Bedrotus[3] an Vadian.

Strassburg, 1528. April 14.

Dank für den Brief Vadians und Freude über die Beseitigung des unzuverlässigen Pfarrers B. Burgauer. Bitte, seine Ortsbeschreibung des heiligen Landes möglichst bald zu vollenden. Freude über die Einigkeit der Eidgenossen. Unveränderter Stand der Dinge in Strassburg. Berichte über Truppenansammlungen. Krieg zwischen Geldern und Brabant. Gerüchte über bevorstehende Bewegungen in Deutschland. Heftige Kritik der Schrift Luthers vom Abendmahl Christi. Bucers Schrift über Johannes. Grüsse.

Gratia domini tibi augeatur, doctissime atque pientissime Vadiane. Literæ tuæ mirum in modum nos delectarunt cum eo, quod te nostri amantem testantur, tum et iis, quæ de successu evangelii narrant. Gratias tibi magnas habemus, quod rescribere nobis dignatus es, et precamur, ut idem sæpe facias. Etenim et Paulo vicissitudo literarum visa est magnum ad fovendam Christi amicitiam habere momentum. Liberatos vos parocho, quandoquidem non potuit agere constantius, gaudemus. Dolet autem, quod infirmis oviculis – schaf – infirmior ipse pastor præfectus est. Sed dabit forte tandem solidum robur illi Christus, nisi non sit eius; quod nolumus credere. Chorographiam illam sanctam, cum poteris, absolvas, adhuc precamur; sed ut possis, magis oramus tibi dare Christum. Nobis siquidem inæstimabile est, quantum ea lucis scripturarum studiosis affulgebit. Scimus occupationes tuas sanctas, quia publicæ utilitati deditas. Ab iis absit, ut te revocemus, nisi cum dominus ipse dederit, ut videas, te et huc vocari. Unice recreavit nos, quod ex literis tuis didicimus, non esse dissidium confœderatorum exspectandum[a]. Tyrannis nihil accideret gratius eoque confœderatorum reipublicæ[b] nihil perniciosius[c]. Nobis tamen semper spes fuit, dominum haudquaquam permissurum, ut innocua Helvetiorum plebs pœnas daret perfidiæ quorundam ea pietate præditorum, qua solent, qui castra sequuntur; id quod omnino fieret, si glisceret inter vos dissidium. Nostræ res fere sui similes sunt, nisi quod nuper cœpit[d] certior quædam spes affulgere, tandem senatum nostrum reliquiis superstitionis manum admoturum. In vicinia nostra milites pridem convocati his demum diebus coronato inauctorati Augustam — aut Meronam, nescio[e] – ablegati sunt. Aiunt Marcum ab Embs, Wilhelmum Furstenbergium et alios quosdam duces circiter 10 milia peditum et ducem Brunsvicensem super mille equites ducturos in Italiam

Interea belligeratur inter Geldrios et Brabantos atrociter. Ante paucos dies depopulati sunt Geldrii Grevenhag, sedem primi concilii Hollandici. Sic dominus ultus est necem præclaræ martyris suæ, quam paulo ante igni adiudicarant, eo quod de eucharistia et aliis rebus christiane sentiret. Ortum fuit dissidium inter sacrificos et episcopum Traiectensem; illi iunxerunt se Geldris, hic Brabantis. Geldros iuvant Franci et Angli. Ita regionibus istis sunt sancti isti sacrificuli, quod semper et omnibus esse solent: ate[f] quędam et certa pernicies[c]. Apud Hessos magni quoque motus sunt. Quicquid monstra alant, feruntur coniurasse dudum in nuptiis ducis Saxio*num* (!), filii Iohannis electoris, cui Friderichus mortuus frater erat, dux Cliveum, cuius filiam ille duxit, Hessus, duces Lunenburge*nses* et plerique alii, quidam etiam episcopi; nam ferunt Minde*nsem* atque Padelbornensem episcopos uxores duxisse. Vulgo sparsum est, Saxonem invasurum Germaniæ regnum, sed vanum credo; quanquam sint, qui putent, Coloniensem et Maguntinensem episcopos non adeo magno negotio posse adduci, ut, si spes esset do*mina*tiones suas retinendi, ut episcopos ponerent et pro præsu*libus* principes fierent. Quibus si accederet Ioachimus elec*tor* et non refragaretur Palatinus conniveretque Trevirensis, facile posset in regno fieri ingens permutatio. Georgius tamen, comes a Wirtenberg, nuper ab Hesso reversus, nobis dixit nihil tale futurum; quanquam motus aliquis indubie instet,quicquid sit. Ego valde timeo, ne, si Hessus et alii principes, qui ab evangelio sunt, arma sumant, eundem experiantur successum, quem expertus est Franciscus a Siccingen. Nobis patientia, non armis pugnandum et vincendum est. Non autem solo ferro pugnatur, optime Vadiane. Edidit libellum Lutherus contra nos, cui titulum fecit: Vom abentmal Christi bekendtnuß M. Lutheri, triginta quaternionum opus, quo nihil orbis unquam vidit magis sophisticum et calumniosum. Et fatetur tamen, cum dicitur: panis hic est corpus Christi, non esse prædicationem identicam neque esse inter panem et Christi corpus unitatem naturarum, sicut inter patrem et filium, neque personæ, sicut divinitatis et humanitatis in Christo, neque operationis, sicut inter columbæ spiritum et spiritum sanctum, cum in specie columbæ apparuit, sed sacramentalis; quæ quid aliud est quam unitas signi et signati? An non idem et nos docuimus? Sed insanit et furit miser, plus quam dici queat. Hæc nostra nova sunt. Brentius cum suis definit, humanitatem Christi semper fuisse ubique, sicut dei-

tatem. Vide, quæ monstra pariat nobis ἡ φιλαυτία. Mitto hic, quæ nimis quam tumultuario in Iohannem congessi[4]) eoque et mea et chalcographi culpa valde inemendata. Cum Bernam adirem, primum caput nondum absolutum erat; reliqua omnia reverso a Berna præcipitanda magis quam scribenda fuerunt. Statueram de disputatione Bernensi plura in præfatione memorare; sed nundinæ instantes et citius quam oportebat advenientes coegerunt concise adeo et mutile narrare, ut modo vellem aliud argumentum in præfatione tractatum. Sed Christiani sunt, quorum res agitur et quibus labor meus desudavit; ii omnia ferent ac boni consulent. Vale, vir optime, et saluta nostro nomine Schapplerum et Dominicum ac alios Christi præcones. Argentinæ, 3. paschæ 1528.

V(olfgangus) Capito,
M(artinus) Bucerus,
Iacobus Bedrotus, tui quanti sunt.

D. Ioachimo Vadiano, poetæ, mathematico et medico doctissimo, consuli Sanctogallensi gravissimo et pientissimo, domino suo observando.

a) „exp·“. — b) „R. P.“ — c) „t“ für „c“. — d) „cęp·“. — e) Die 3 letzten Worte am Rande nachgetragen. — f) = ἄτη?; es kann nicht anders gelesen werden. — Der Brief ist am rechten Rande aufgeklebt; daher die cursiven Ergänzungen.

1) *Wolfgang Fabricius Capito* (Kœpfel), geb. 1472 zu Hagenau im Elsass, gest. 1541 in Strassburg, war neben Martin Bucer und Matthæus Zell der Hauptförderer der Reformation in Strassburg. Von ihm sind ausser dem vorliegenden, übrigens von Bucers Hand geschriebenen Briefe, 12 Briefe an Vadian in unserer Sammlung vorhanden aus den Jahren 1528—1538. — 2) Vgl. oben Brief 506. — 3) Vgl. oben Brief 471. — 4) Es ist gemeint die Schrift Bucers: Enarratio in Evangelion Iohannis.

II 331.

514.

Jakob Bedrotus[1]) an Vadian.

Strassburg. 1528. April 14.

Seine Freude an der Unterhaltung mit Vadian. Besorgnis wegen der Unruhen in Deutschland. Klage über den üblen Stand der Schulen. Bericht über seine Lehrtätigkeit in Strassburg. Mahnung, die Ortsbeschreibung des heiligen Landes zu vollenden.

S. Adeo mihi fuit iucundum, pręceptor optime, tuum hoc τὸ προσειπεῖν, quod Buceri litteris adnexuisti, ut non possim me cohibere, quin te non modo resalutem, sed et integra epistula obstrepam, quamlibet importunus. Eius siquidem neque modum neque finem facere potuissem, nisi te magis seriis καὶ μείζονος τῆς φροντίδος δεομένοις occupationibus distineri certo scirem. Usque adeo cum Vadiano fabulari libet vel ad satietatem usque, si modo τις τῶν καλῶν κόρος, atque ego inter honesta vel primas dare nihil verebor honestæ de rebus honestis cum amico confabulationi.

Amicum autem cum te voco, haud inique feres, opinor, nisi tua me fallat humanitas, quam olim Viennæ expertus multo maximam, nunc Bucero teste ultra id, quod summum est, auctam facile persuadeo. Quem igitur in discipulorum albo conscriptum habes, inter amicos iam recenseri et gaudeo et glorior. De rebus novis, quando non tam καινὰ sunt pleraque[a] quam κενά, scribere multa non libet, cum Bucerus noster idem fecerit diligenter. Divinant cordatiores plerique, ex his[b] motibus Germaniam magno suo malo commistum iri, partim propter impotentem hanc rasorum et vero cedere nesciam tyrannidem, partim propter principum certorum conatus haud satis forsan prudenteis, horum, inquam, qui sub evangelii prętextu magis forsan suam quam Christi gloriam quærere[c] videntur. Nostri hic, quantum equidem intelligo, eventum exspectabunt[d], nihil temere molituri. Faxit dominus, ut, quod ad sanctificandum nomen suum est facturum (!), cadat feliciter. Interim vero, cum nemo non suum negotium agat atque adeo dolium volvat suum, dolet mihi vehementissime, litteris nostris nullum esse honorem reliquum. Quota enim quæque respublica scholas instauratas aut curat aut cupit! Nam, ut de aliis sileam, nostra, quæ tamen in primis habetur, paulo segnius, quam par est, rei huic honestissimę manus admovet, quum tamen abunde satis, ut ego quidem iudico, esset occasionum. Et quamvis Hedio, Bucerus, Capito impigre in hoc adhortentur magistratum, semper tamen est, quod causantur, quominus sanctum hoc consilium hactenus sit inceptum. Ego certe non possum non vehementer timere pietatis herbescentis naufragium, nisi studiorum humanitatis ratio habeatur; ut enim his[b] debemus bonam lucis evangelicæ partem, quæ hac nostra ætate magno fidelium bono inclaruit. Sic rursus, ubi litteras meliores — tanta socordia dicam an ingratitudine — negligere pergant nostri homines, quid aliud nobis sperandum est quam novos sophistas et veteribus multo perniciosiores? Iam vero quum video, quanto tum usui, tum ornamento sint rebus publicis οἱ συμφράδμονες humanioribus litteris expoliti: dii boni, quam admiror, quam deploro tantam sæculi nostri erga litteras incuriam! Sturmii profecto nostri, tui atque tibi similium exemplum expergefacere plerosque[a] deberet, ut liberos quisque suos litteris imbuendos curaret, quo non tantum opibus, sed eruditione varia arcium et propugnaculorum vice essent civitatibus. Si enim Pindarus πλοῦτον ἀρεταῖς δεδαλμένον ἀστέρα ἀρίζηλον καὶ ἀληθινὸν φέγγος dicere est ausus, quanto nos iustius virum pium, qui et idem melioribus

litteris sit tinctus, non stellam, sed solem ipsum dixerimus? Istæc[e], quia non dubito, quin et ipse dolenter feras studiorum neglectum, in sinum tuum effundere libuit, ne non vel ista ratione dolorem meum lenirem. Doceo Græce hic, sed non admodum frequenti auditorio, quod quia commune est et aliis professoribus, eo iniquius fero. Tu, quod in chorographia Terræ Sanctæ absolvenda Bucero es pollicitus, per Musas, rogo, memineris. Mire enim scripturæ studiosis res hæc commodabit. Vale, vir doctissime idemque pientissime, et nugas has nostras pro tuo candore boni consulito. Ex Argentorato, XIIII. Aprilis, anno etc. XXVIII.

Iacobus Bedrotus Pludentinus.

Domino Ioachimo Vadiano, poetæ et medico eximio, Sanctogallensium reipublicæ senatori primario, domino et præceptori meo observando.

a) „plçraq-". — b) „hiis". — c) „e" für „æ". — d) „exp-". — e) „Isthæc".

1) Vgl. IV, Brief 471.

II 332.

515.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1528. April 18.

Dank für die erhaltenen Briefe und Freude darüber, dass Melanchthon mit seinem Bekenntnis auf Zwinglis und nicht auf Luthers Seite stehe. Unerfreuliche Zustände in Bünden und traurige Nachrichten aus Italien.

Gratiam et pacem Christi. Ornatissime vir, litteræ Humanitatis tuæ ultra, quam credi potest, me exhilararunt, tum quod ab te missæ sunt, tum quod multa desiderata prçstant, nempe Bernensium profectus ac Sanctogallensium; etiam Melanchthonis[a]) confessio, qui hactenus silentio suo quasi cum Luthero sentiens præ[b]) se tulit. Nunquam tamen animum induxi, ut crederem, virum istum a Zvinglio dissentire; nam scriptis suis, ut mihi videbatur, ad hunc sensum allusit. Laus deo sit! Non dubitandum, quin plures per illum ad nostras partes gressuri sint. De rebus nostris quid scribam, ferme ignoro. Inculta sunt omnia nec assunt, qui dirigant; sed qui conturbent, non desunt. Sæpius[b]) tibi in sinum, ut amico optimo, conquestus[c]) sum, quo pacto corrupti homines integritati consulturi sunt. Si malum hoc bellorum ac fœderum avaritia[d]) natorum erueretur radicitus, spes esset reformationis. Quamvis statuerint proximis comitiis, Ilanti habitis, se ex omnium principum contractibus redempturos ac[e]) libertate sua fructuros; sed contra grassantur et fremunt permulti. Spero

tamen, dei auxilio no(n) effecturos impios, quod affectant. Davass, provincia[f] nostræ Rhætiæ[g] non ignobilis, abominationem missarum penitus exterminavit ac quæcunque ad gloriam dei spectantia in locum surrogare satagit. Ex Insubria nulla sunt digna, quæ[b] scribantur. Calamitates ineffabiles cruciant[f] miseros. Audivi ego ipse ex capitaneo Veltlinensi, in Mediolanensi ducatu ultra 30,000 hominum fame defecisse ac in dicione[f] Bergensi ultra 7000 hominum. Nunc rumor est, imperatorem Karolum Italiam applicuisse. Si hoc verum est, restant mala maiora; sed deus optimus maximus bene vortat. Castellanus de Musch iterum a rege Francorum defecit ad Hispanos[h]. Vale. Ex Curia nostra, 18. Aprilis[i] 1528.

Tuus ex animo *Ioannes Comander.*

Piissimo præstantissimoque viro Ioachimo Vadiano, consuli *Sangallensi* ac domino suo *inter* primos observando.

a) „Melanchtonis". — b) „e" für „æ". — c) „æ" für „e". — d) „c" für „t". — e) „a". — f „ti" für „ci". — g) „Rhe-". — h) „Hysp-". — i) „Appr-".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

516.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

II 333.

Bern. 1528. April 20.

Klage über seinen Gesundheitszustand und seine Überhäufung mit Arbeit. Verschiedene Gefährden. Feier des Abendmahls nach neuem Ritus. Erneuerung des Rates und dessen Massnahmen für das Evangelium. Die fratres currentes. Brief des Rats an die Appenzeller. Bitte um ärztliche Ratschläge.

S. Tam fideli nuntio[a] has tuas commendaveras, charissime Vadiane, ut a Berna omnino discedere nollet, quin in meas reddidisset manus. Deinde quoque, cum iam illi redeundum esset, has extorsit, quibus suam testaretur diligentiam et integritatem; non quod difficilis sim ad effundendam erga quosque meam barbariem, qui eam boni consulunt; sed quod, iam denuo morbo correptus, totus valetudinarius sum et usque adeo negotiis[a] obrutus, ut vix respirare etiam bene valenti liceat. Accurrunt undique tot fratres, ingerunt se multi, cumque videant, se non mox ad sidera[b] vehi, plaustra in me iniuriarum effundunt. Occupatissimus est senatus, ut vixdum initia rerum ordine innovandarum iacta sint. Urget Sabaudus Gebennenses, et hi urbem nostram invocant, etiam Sabaudo fœderibus[c] iunctam, ut nihil videres quam in omni rerum turbine præsentissima bella. Et quod omnium gravissimum est, villani quo-

que et qui in agro degunt, cum monachismus cum missa abrogatus sit, de repetundis bonis multa machinantur. Interim sermo domini currit suo more. Cenam[c] celebravimus pro commoditate ecclesię nostrę; totus accessit magistratus populusque Bernatum, paucissimis demptis. Scultetus panem domini e manu mea suis accepit manibus; faxit deus, sincero[d] id fecerit animo. Deinde magistratus noster feriis his pascalibus renovatus est. Büttschelbach una cum omnibus adulteris repulsam tam a minori senatu quam a diacosiis passus est, lexque sacramento sancita est et firmata, ut qui adulteri deprehendantur, mox e senatu proscribantur; si artificio vivant, id ipsum illis inhibeatur; ubi minus resipuerint, ab urbe et agro amandentur. Sic 20 ex diacosiis repulsam passi sunt, quattuor e senatu. Emanuel a præfectura in senatum vocatus est et bonorum piorumque virorum numerus sic adauctus est, ut incredulos superet. Speramus omnino aliam ecclesię nostrę faciem, modo bella nos non impediant. De sanguinaria illa pecunia ableganda speramus optime, modo dominus perficiat id, quod cœpit[c]. Ceterum[c] in commendandis fratribus velim te pro tua integritate hanc observare tessaram, quam et Zvinglius et Oecolampadius nobiscum communem habent. Veniunt enim quique et a te commendari desiderant; quod cum, ut humanus es et plane ipsa humanitas, negare nolis nec possis, mox abutuntur et quidvis expostulare audent, impudentissime etiam, Vadiani testimonio freti. Tessara itaque nostra est secreta, ut calci literarum subscribas: Soli deo honor et gloria; quam cum vel ad te dedero vel tu ad me, iam certi erimus utrinque, quid faciundum. Senatus noster tardus est ad amovendos impostores parochos; sed dum pacatiora reddita fuerint, quæ nunc turbatissima sunt, calcaria dabo. Adfuerunt ferme 70 currentes fratres, non missi, e quibus omnibus duo aut tres tessara dumtaxat insigniti erant; interim tamen omnes ferme commendati. Hi plus mihi negotii[a] fecerunt, non impensis, sed importunitate currendi, quam omnia, quibus insudare cogor. Deinde misimus ad te senatus nostri literas ad Abzellanos cum copia earundem propter parochum illum. Quas si acceperis[c], scribas[2]). Postremo quæ infirmitas corporis mei sit, hac scheda lingua depinxi nativa, ne quid negligam. Tu igitur pro tua in medica arte dexteritate consule pro remediis conservativis, curativis ac præservativis, quibusve cibis et potibus abstinere oporteat, dum per otium[a] licuerit. Interim felicissime valeas. Doctorem Sertorium, virum mihi charissimum, cuius etiam unas accepi[c] literas, nomine

non meo solum, sed totius ecclesię salutabis. Item et Dominicum, Iufflium, Avienum, Christannum Fridbold, qui nullam a nobis exspectabit[e] papyrum[f]; sic enim levir suus commiserat. Salutant te quoque comministri mei Franciscus, Megander, Sebastianus Rellicanus, urbis a secretis, Nollius, Hagius, Spillman ceterique[c] omnes. Tillmannus nunc Tiguri est. Vale igitur et me tibi unice commendatum amplectere. Bernę, XX. Aprilis anno 28.

Tuus ex animo *Hallerus,* minimum scilicet numisma[g].

Prudentissimo viro D. Ioachimo Vadiano, consuli urbis inclytę Sanctogallensis, maiori suo in domino cum primis observando.

a) „c" für „t". — b) „y" für „i". — c) „ç" in der Stammsilbe. — d) „syncęro". — e) „exp-". — f) „papirum". — g) „nummisma".

1) Vgl. III, Brief 434. 2) Vgl. dazu dazu: Strickler, Actensammlung I, Nr. 1901, S. 593. und oben Brief 507.

* * *

XI 94.

Das ist mir zum dritten mal begegnet: Ein grosse kelte begrifft mich, das ich erzitteren, und sticht mich an dem bein, ietz am rechten, dann am lingen, als ob es ein pestilentz wäre, und wirt ob den knüwen einer hand breit als rott als ein für. Demnach schüst es under die knüw in den gantzen fůß und consumiert sich, das die hut abgat. Nun das sorgen ich nitt. Allein das, das mine bein so gar gneigt sind zů der gschwulst; und wo ich sy nitt alltag mitt schirligbinden satt bunde bys in die knüwbüge, sorg ich, wurde es mir übel ergon. Essen und trincken im tag zwei mal mag ich fast wol und schlaffen darzů; so bin ich lidig gschickt, medicin ze nämmen. Allein bedorfft ich ein täglich remedium und regiment ze läben. In summa: ir habend wol gsähen, was ich für ein kund bin. Demnach wissend, das um miner schwären red, grösse dess libs, öch unser pfarrkilchen, in deren ich nun im 10. jar predigen, herniam in dextro latere erliden, wiewol ich sorg von iugent uff, aber erst ietz zeigt es sich herfür. Nun lid ich kein schmertzen; aber ungschicklicheit empfind ich. Das sind nun zwei krütz, die ich üch als minem vatter uffthůn. Helffend und rătend mir, als ich üch so trůw. Das dritt krütz ist propter Christi verbum; hatt sin remedium Christum selbs. Ecce, mi Vadiane, sic me tibi totum aperio et commendo, nihil diffisus de tua in me sedulitate. Tantum age, ut, si quæ[a] mittere statueris consilia, certo nuntio[b] id facias. Rursus vale. Idem *Hallerus.*

a) „e" für „æ". — b) „c" für „t". — Ein häufig vorkommender Abkürzungsstrich auf auslautendem „-m" in deutschen Worten, besonders einsilbigen, blieb unberücksichtigt.

II 334.

517.

Nikolaus Briefer[1]) an Vadian.

Basel. 1528. April 21.

Berufung auf ihr Zusammentreffen an der Berner Disputation. Schenkweise Übersendung von Schriften des Wilhelm Budæus. Mitteilung über Bücher, die der Buchhändler Johannes Böhm in Feldkirch aus Basel bezogen hat. Grüsse an Bekannte.

Salutem dicit. Quoties in mentem venit eius temporis, quo disputantibus apud Bernam ambo assedimus, vir eruditissime, toties felicem[a]) me fuisse cogito, cui contigerit Vadiani familiaritate et contubernio tantisper uti. Neque enim mihi tam molestum fuit quorundam nimium prolixos et sæpe repetitos sermones audire, quam suave erat, privatim tuis lepidissimis et eruditissimis frui colloquiis. Qui itaque perpetuo tui sum memor, nactus modo latorem commodum, mitto ad te dono Guilhelmi Budæi duplices annotationes: alteras in opusculum De contemptu rerum fortuitarum, alteras in epistolas ipsius tam priores quam posteriores, quum intelligerem ex Beato Rhenano ac aliis eruditis, annotationes easdem nedum ad dictarum Budæi lucubrationum, sed ad auctorum[b]) veterum quorumque intellectum conducere et esse necessarias; nam ex ipsius Budæi officina prodierunt, tametsi titulus palam hoc non indicet, quod puduerit, tantum virum ad hæc humilia descendere. Sed utut taceat titulus, stilus tamen et elegantiarum[c]) ac mysteriorum[d]) Latinæ linguę doctrina Budæum auctorem[b]) arguant, ut etiam edocti sumus a nonnullis, qui his diebus e Lutetia Pharisæorum (!) huc venerunt. Iohannes Bohemus, bibliopola in Feldkilch, præter dictos libellos hinc venales Bucerum in evangelium Iohannis cum præfatione, quæ summam disputationis Bernensis complectitur, Capitonem in Oseam prophetam, Anatomiam Benedicti Veronensis ad Maximilianum Cæsarem, Flores ex Sallustio[e]) et Curtio per Huttenum collectos, L. Florum castigatiorem factum, opera Tertulliani, dialogos Erasmi: alterum de recta pronuntiatione[f]) Latini Græcique sermonis, alterum de optimo genere dicendi, Paulum Iovium Novocomensem de Moscovitis et orbe nobis hactenus incognito et codicem Theodosianum cum aliis multis libellis ad oppidum Veldkilch nuperrime advexit. Qua de re monitum te volui, ut si qui apud vos studiosi quicquam horum desiderarent, scires, unde petere debeant. Bene vale, vir clarissime, et exiguum munusculum

non tam respicias, quam animum meum perpetuo tibi devinctum. Basileæ, XXI. Aprilis, anno MDXXVIII. Tuus ex animo *Nicolaus Brieffer.*

Salutem ex me dicito doctori Christophoro, Benedicto Burgower, Dominico Zyly ac tribuno plebis, viris doctissimis ac integerrimis, mihi amicissimis. Salutat te admodum *Beatus Rhenanus.*

Clarissimo viro D. Ioachimo a Watt, consuli civitatis S. Galli, amico ac domino observando.

a) „fęl-". — b) „aut-". — c) „eleng-". — d) „mist-". — e) „Salustio". — f) „pronunc-". — Durchgehends „e" für „æ".

l) Von *Nikolaus Briefer* in Basel ist nur das vorliegende Schreiben vorhanden.

518. II 335.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1528. April 21.

Übersendung einer neuerschienenen Schrift: Anmerkungen zu den Pandekten, auch eines Ratsmandates. Die Beseitigung der Bilder und Altäre aus den evangelischen Kirchen. Grüsse.

S. D. Ego nonnihil addubito, an te probe intellexerim, de quibus annotationibus mihi scripseris. Nam iis diebus, cum in Foro Piscatorio, ubi libri habentur venales, deambularem, ostendit mihi Beatus Renanus adhuc alteram editionem[a]) Annotationum in Pandectas, quas nunc mitto, et eo libentius, quo tibi inserviendi sum propensior. Domino decano, collegæ tuo, gratissima fuit salutatio tua. Mittit nonnulla eiusdem auctoris[b]). XVI. Aprilis omnes imagines cum altaribus ex templis nostris, in quibus evangelium prædicatur, puta S. Leonardi, Martini, Hospitalis, apud Augustinianos, Minoritas, sunt sublatæ; sed non omnino sine motu. Tamen senatus pro sua prudentia omnia composuit et compescuit, licet adhuc gravibus et periculosis laboremus et odiis et intestinis dissidiis. Orate pro nobis cum tota ecclesia vestra, ut deus omnia bene vertat. Me et causam census mei vendendi tuæ industriæ et fidei committo. Saluta nomine meo fratres omnes; salutant et te et fratres omnes Oecolampadius et Volfgangus. Vale et tu cum omni familia tua felicissime[c]). XXI. Aprilis, anno XXVIII.

Mitto et mandatum, quod ex iussu senatus Dominica iam præterita lectum est in omnibus zunfftis etc. *Marcus Bersius* tuus.

Omnibus numeris absoluto viro domino doctori Ioachimo Vadiano, domino suo observando apud Sanctogallum.

a) „ædit-". — b) „aut-". — c) „fœl-". — Durchgehends „e" für „æ".

l) Vgl. oben, Brief 508.

XI 129.

519.

Martin Bucer[1]) an Vadian.

Strassburg. (1528.) April 26.

Betrachtungen über den Stand der Dinge mit Verweisung auf den mündlichen Bericht Christian (Fridbolts?).

Salve in domino, vir ornatissime. Etsi immersi modo negotiis simus et, quicquid scire te referat, d. Christianus hic noster longe melius narrare queat, quam nos scribere, attamen, ut videas, si quid esset, quod ad te scriberemus, quam prompto id animo faceremus, has ad te literulas dare libuit, præsertim id exigente admodum amice, hoc est magnopere contendendo, d. Christiano, viro tam observando et amabili. Nostræ res vel Christi potius lento quidem hic gradu pergunt, at nondum steterunt, nec est timor, ut cedant retro. Dominus det, ut quæ non ignaviter sane cœpimus[a]), fortiter perficiamus. Et daturum id magis spero, quam unquam antea, postquam, dum nos valedicere hostibus eius non potuimus, effecit, ut illi valedixerint nobis. Agnoscent se iam invicem filii dei melius et, quæ domini sunt, magis cordi erunt, ut aliquando ad eam vitæ emendationem aspicere[b]) liceat, quam vos in exemplum omnibus sanctis et insignem Christi gloriam tam severiter profitemini. Sic solet suam exercere virtutem servator, ubi sinceriter pietati deditos dederit verbi sui præcones. Benedictis si usi fuissetis[2]), huc haudquaquam pervenissetis. Dominus vestros ecclesiastas ac vos, tam pium senatum totamque plebem, spiritu suo cottidie ditet amplius; ei nos precibus vestris commendate. Saluta nostro nomine Dominicum et fratres reliquos omnes. Salutant vos Capito, Hedio et alii fratres, quorum nomine hæc quoque scripsi. Argentinę, 26. Aprilis.

M(artinus) Bucerus.

Eximia pietate, eruditione et prudentia viro D. Ioachimo Vadiano, poetæ, medico et urbis Sanctogalli consuli integerrimo, domino suo inprimis observando.

a) „cęp-“. — b) Eher als „aspirare“.

1) Vgl. oben, Brief 506. — 2) Geht ohne Zweifel auf Benedict Burgauer. Diese Anspielung auf den eben als Pfarrer in St. Gallen beseitigten Mann lässt den Brief mit Sicherheit in das Jahr 1528 versetzen. Unter dem «Christianus» mag Christian Fridbolt gemeint sein, der vielleicht die Ostermesse in Strassburg besucht hat, von welcher am Schlusse des vorhergehenden Briefes die Rede war.

520. II 337.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1528. Mai 26.

Bezahlung eines Buches von Zasius. Nachrichten über Bücher. Heftiges Zerwürfnis in Sachen des Glaubens. Unsichere Kriegsgerüchte.

S. Doleo nonnihil, prudentissime vir, te alioqui occupatissimum meis quoque nugis degravari. Diligentiam autem tuam probo atque commendo. Deus det, ut tuis in me beneficiis digna aliquando gratia respondere valeam. Velim te de pretio libellorum non tam esse anxium; sed quando non aliter pro tua integritate æqui bonique consulis, nisi te hac anxietate liberem, si placet, potes nepoti meo Anthonio Sartori pro libro Zasii[2]), quem nunc mitto, (1 dicken pfenning) numerare; tanti ego emi a bibliopola. Quos prius miseram, dono dati sunt; quamvis, si opera tua, quam nomine meo perdis, æstimetur, maximo constent. De Athanasii opusculis in ipsa Frobenii officina, quæ peculiariter Erasmo est consecrata, investigavi; nihil autem invenire potui, quam quædam Chrysostomi[a]) ab Erasmo versa, quibus adiunxit nonnulla, quæ Athanasio hucusque adscripta sunt, non sine suspicione tamen eruditorum, tum Erasmi, tum Oecolampadii. Si illa habere cupis, fac me scire, et ego sine cunctatione mittam. Venditur totus codex forte pro altera parte floreni. Pietatis causa hic gravissime simul et periculosissime laborat: nam multi dii, multæ fides, multa baptismata, multi domini et patres apud nos strenue prædicantur, non sine maximo et in dies crescente totius ad Ephe. 4. populi dissidio. Sed bone deus, quomodo[b]) possent coire animi in tanta spirituum et doctrinarum varietate, cum sola spiritus unitas pacis sit vinculum! Interim tamen, deo gratia, evangelium fortiter emergit, sed cum persecutione[c]). Nobis omnibus sine intermissione orare incumbit, ut deus negotio suo non desit. Præterea magna hincinde vagatur militum copia, varii bellorum feruntur rumores. Omnia tamen adeo sunt incerta, ut de iis nihil scribere libeat. Fratres meo nomine salutabis omnes. Vale. Basileę[d]), 26. Maii, anno XXVIII. *Marcus Bersius* tuus[e]).

Pietate et eruditione præstanti viro, domino doctori Vadiano, domino et præceptori observando apud Sanctogallum.

a) „Chris-". — b) „quo" mit Abkürzungsstrich. — c) „persequutione". — d) „Basilęe". — e) Gestrichene Nachschrift: Bonus ille tabellio. Videtur satis esse fidelis et commodus; petit et tibi esse commendatus. — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 508. — 2) Die in Brief 518 erwähnten «Annotationes in Pandectas»?

II 338.

521.

Erasmus Ritter[1]) an Vadian.

Schaffhausen. 1528. Mai 30.

Bericht über die zweideutige Haltung des Benedict Burgauer. Grüsse an Bekannte.

Gratiam[a]) et pacem a deo per Iesum Christum. Petiisti[a]), ut quam primum te literis certiorem redderem, Vadiane doctissime, qualisnam Benedictus evangelii præco foret. En paucis accipe. Petrum formidulosum, qui a longe sequebatur Christum, videre cupiens, quem finem acciperet, si nosti, Benedictum habes (et o utinam non Iudam, proditorem Christi, ageret!). An talis dignum agat episcopum, tu iudica. Omnia facit, ad omnia connivet, ut ipse ventrem repleat; missarum quoque abusum minimo digitulo non attingit, cum ipse sibi non constet, quid adhuc sit acturus. Quid plura? Dictum est michi a fide digno viro, illum duos dedisse aureos ceteris sacrificis (ut illorum mos est), quo particeps sit eorum sodalitate, sub his verbis: Nescimus, in quem finem se vergit res illa. Habetis hic duos aureos, ut, si quando accideret, particeps essem præsentiarum[a]), quas vocant. Et quamvis vigiliis interesse noluerit, — ita sonant eorum vocabula —, ut nomen sibi apud vulgus vendicet, quasi immunis[b]) esse velit ab ista mercimonia, statim tamen in initio[a]) census quosdam privatos, qui parochiano[c]) sunt constitutæ (!), ut eo diligentior[a]) vigilias exsequeretur[d]), expostulavit et habere voluit accipitque eas (!). Et hoc verissimum est; de duobus vero aureis non ita certus sum: sed tamen firmiter credo. Si igitur est: quid sibi misellus populus de tali pastore polliceri debet? num hostem profligaturus erit, qui ita fugam molitur? num ille is fidus pastor erit, animam ponens pro ovibus, qui lupum a longe venientem sibi conciliat? Non possum tibi satis hominis vafritiem[a]) describere. In me agit illum Benedictum, quem se fore apud S. Gallum promisit[e]). Proposui sententiam[f]) meam de eucharistia (immo[g]) non meam, sed Christi potius[a]) populo, quem[h]) ille publice et occultim carpsit struitque illas insidias et technas, quod mecum conflictum inire nititur coram senatu et ante illos, qui antea exosam hanc habent sententiam[i]). Quid igitur in hac re agendum sit, tuo consilio opus erit. Vale[j]). Ex Scaphusia, 30. Maii 1528. Saluta fratres nomine meo.

videlicet doctorem Cristophorum Schapeler, Dominicum, Wolfgangum, Iacobum Riner, quorum precibus me commendo.

Erasmus Ritter, verbi minister indignus apud *Scaphusiam*.

Dem hochgelerten, vesten herren doctor Joachim von Wat, sinem lieben herren.

a) „c" für „t". — b) „imun-". — c) „parreciano". — d) „exe-". e) „promissit". — f) „ci" für „ti". — g) „imo". — h) Wohl für „quam" verschrieben. — i) „Valę".

[1]) Von *Erasmus Ritter*, evangelischem Prediger in Schaffhausen, liegen 7 Briefe aus den Jahren 1528—1541 vor.

522. II 339.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1528. Juni 1.

Bericht über die Streitigkeiten in Bern. Die erwartete Verteidigung aus Appenzell. Die Verehlichung des Franz Kolb. Gesundheitszustand. Grüsse an Bekannte.

Gratiam et pacem a domino. Literas tuas certissimis omnis humanitatis symbolis refertas et eas quidem postremas a Memmingense quodam a te commendato accepi[a]; quibus, quod bene se res vestrę habeant, cum intellexerim, immodice congratulor. Nam etsi Sathan a nobis nonnihil videatur explosus, tale tamen virus tantumque fœtorem post se reliquit, ut cerneres ipsum ferme præsentissimum. Quinque partes ex agro seditiosę erant; cum quattuor res omneis compositę; quinta pars etiam iuri stare renuit, nisi coram pagis aliquot selectioribus Helvetiorum. Interim tamen nemo armis quicquam attentat; sed quid Sathan interim moliatur, nemo non cogitat. De missa reduce clamant, sed frustra. Domi quoque accerrime divexamur pensionum ablegandarum gratia. Sunt siquidem pensiones optime de multis meritę; quibus domos et aras novas struxerunt, quibus vestes sericas, census, prædia adauxerunt, quibus mensas et adornarunt et variis ferculorum delicatiorum generibus oppleverunt: quomodo hi tam salutares pecunias tam facile evangelii gratia amandarent! Hic nunc labor est, hic sudamus, hic cruciamur ab una parte. Ab altera sunt, qui fidem pro Gallo præstiterunt pro innumera pecuniarum summa; reliquis desunt nescio quot stipendia. Sic tandem fæx[b] hominum est. Minima Christi relinquitur pars, qui nihil omittunt, quo sanguinarius ille quęstus ad Indos usque profligetur. Atque hoc die huius rei gratia diacosii cum senatu conveniunt. Faxit deus, ut pro gloria nominis sui et commodo patrię singula agantur; nam in comitiis

Lucernanis cum Helvetii quique nostratibus respondere dicerent de pensionibus amandandis, in risum verterunt omnia. Postquam Bernates, dicunt, in fidei sanctę negotio[c] resipuerint, audiemus eos. Scis itaque, charissime Ioachime, necessitatem nostram; unde fratres verbum domini apud[d] vos ministrantes sępius adhortare, ut et ipsi sępius plebem vestratem adhortentur ad preces effundendas pro ecclesia nostra apud[d] deum. Ceterum[e] currit sermo domini et nemo est amplius, qui palam adversetur. At si postliminio per practicas nonnulli omnia reducere possent, nec impensis nec laboribus parcerent. Consistorii iudices ad instar Tigurinorum deputati sunt, item et elemosinarii. Sed tantis in dies obruitur senatus negotiis, ut nihil turbulentius unquam viderim. De apologia Abzellani asini nihildum contigit. Utinam eam mitteret et dedolatam mox typographis commendaremus!

Nova alioqui nulla sunt apud[e] nos, quam quod doctorem Sebastianum Zofingę præfecimus. Interim nos in linguis versamur et nunc sacra biblia quattuor linguis ordiemur. Franciscus vero Kolbius, factus novus maritus, beguttam duxit coætaneam[f] et honestam et de bona familia, 300 fl. divitem. Precaberis ergo et illi thorum felicem. Postremo de medicina corpori meo præstanda etsi calcaribus non egeas, tamen sic persuasi mihi de te, dum monuerim; non male consulas. Addidi zedulam, in qua tertio[c] nunc me pungentem morbum depinxi[2]). Interim salutabis mihi Zilinos, Iufflinos, Reineros et præ omnibus illum sincerissimum[g] fratrem nostrum Cristoferum Sertorium. Salutant et vos quoque, quotquot Bernę Christo nomina[h] dederunt. Vale itaque, charissime Vadiane, et me tibi obnixe commendato ad aram usque utere. Bernę, prima Iunii, anno MDXXVIII.

Tuum ex animo minimum numisma[i]
B(erchtoldus) Hallerus.

An den ersamen, wysen, hochgelerten doctor Joachim von Watt, burgermeister zů Sant (Gallen), sinem günstigen (zů ver)erenden herren.

a) „accępi". — b) „fex". — c) „c" für „t". — d) „aput". — e) „Cęt-". — f) „e" für „æ". — g) „syncęr-". — h) „Chr. no" mit je zwei Abkürzungsstrichen. — i) „nummisma".

1) Vgl. III, Brief 434. — 2) Vgl. oben S. 107.

523. II 340.

Johann Tschertte[1]) an Vadian.

Wien. 1528. Juni 5.

Freude über gute Berichte von Vadian.
Bitte, ein Brückenmuster für ihn aufzunehmen.

I. C. N. S.[a])

Der got des frides, der von den toden ausgefürt hat den grossen hirten der schaff, der mache euch geschikht in allen gůten werkhen ze tůn seinen willen, mit wünnsch (!) aller annderen glückhlichen zufellen. Hochgelerter, günnstiger, lieber her doctor zuvor etc.

Ich hab gesundthait und sonndere erleuchtung der genad gottes von meinem günnstigen, gueten front Kobler von euch vernomben, des ich mich nit clayn erfrewt. Dem herrn sey lob, das sein nomen (!) bey unnsern zeiten durch sein wort erkennt, dardurch wir in zuvor und unnseren nächsten lieben und aus ungeferbter tat die werch des glaubens erzaigen etc.

Hochgelerter, lieber herr, ob euch mein schreyben etwas frembd, dieweil ich euch so in lannger zeit, seit ir von Wienn wegkhgezogen, nie geschriben hab: ist ursach, das nit christliche lieb, vertrauen und annders geübt, wie diser zeit der sonnenglantz die hertzen erleucht. Hab auch nit also ocasionem zu euch haben mügen. — Aber ich hab meinen gueten front Kobler auf sein antzaigen mir ain prugkhmusster aus seinem land zu bringen gebeten. Der mir zu versteen geben, wie ir euch selbs gegen ime erboten, mit sambt ime der annder zu gen und abzutzaichen verholffen sein. Des ich umb euch nye verdint. Dieweil aber ich als diser zit königl. Maiestät etc. und der herren von Wienn der prugkhn verweser, wellte ich auch gern das besste thun. Hab desshalb ain musster, des (!) dann Kobler gesehen, gemacht; wellte darneben annder koph und ingenia gernn sehen. — Ist demnach[b]) an euch mein sonnder vleissig bitt, wellet mir zu gefallen dieselb prugkhen besehen und mir alain die lineamenta, was die tragung in ime hat, abzeich(e)n lassen, ob ich etwas bessers, dann ich fürgenommen, daraus gemainen nutz dienenndt heben oder vassen möchten. Wellet mich auch wissen lassen, was die selb prukh für ainen lasst oder swer tragen mag. Das wil ich umb euch als meinem günnstigen, lieben herren und brueder in Christo, womit ich sol, kan oder

mag, zu verdinen geflissen sein. Damit wennde der herr sein angefangne genad von uns nit ab. — Geben in eyl, zu Wienn, adi 5. Juni, anno etc. 28.

Johann Tschertte,

purger (?) zu *Wienn,* manu propria.

Dem hochgelerten herren Vadiano, der siben freyen chunsten unnd ertzney doctor, meinem gunnstigen herren.

a) Ist wohl „In Christi Nomine Salutem" aufzulösen. — b) „dennach".

1) Von *Johann Tschertte,* Brückenmeister zu Wien, liegt nur dieses Schreiben vor.

II 342.

524.

Georg Tannstetter[1]) an Vadian.

Wien. 1528. Juni 8.

Er entschuldigt die Kürze seines Schreibens und bittet, ihm die in einem Briefe Vadians erwähnten Schriften zuzuschicken. Erdbeben in Konstantinopel. Belagerung von Trentzin durch das österreichische Heer. Übersendung einer Schrift des Ursinus.

S. Constitueram tuis humanissime scriptis literis epistola respondere longiore; sed id cupienti mihi et vehementer conanti insperatis casibus atque impedimentis et maxime ophthalmia[a]), qua nunc laboro, est negatum. Ne autem scribendi officium in me desideres[b]), volui vel paucis, idque per amanuensem, tecum agere, quod te pro eximia tua humanitate æqui bonique consulturum non dubito. Literis tuis tam humaniter ad me perscriptis exhilaratus sum mirifice. Libros, quorum meministi, videre quidem cupio; sed hoc in loco — quod facile ipse coniecturare potes — non sine periculo licet. Verumtamen, si qua ratione tuto atque occulte transmittere ad me posses, esset id quidem mihi longe gratissimum. Quid rerum novarum hic sit, ex hoc communi amico plenius clariusque, quam a me nunc scribi possit, cognosces. Certis nuntiis[c]) nuper accepimus, magnum terræ motum Constantinopoli, Peræ et Gariopoli esse factum, quo istarum urbium bona pars corruit. De Turcæ adventu nihil adhuc certi habemus. Exercitus noster Trentzyn nunc obsidet, arcem quidem munitissimam, sed quæ diu tam bene instructo exercitui resistere tamen nequeat. Convolarunt in eam totius Germaniæ latrones insigniores: Thoma de Abspergk, dominus Albertus de Sternbergk cum filio, dominus Streyn, Cynespain, Schlesinger, Kauffangk et plerique alii, quorum numerus ad duo milia excrevisse fertur. Mitto libellum, quem nuper Ursinus noster evulgavit; hunc, rogo, læta fronte accipias[d]), daturus occasionem mihi mittendi aliquando ad te

plura. Vale, mi charissime Ioachime, et me, quod vere facis, amare perge. Cursim, Viennæ, anno huius sæculi XXVIII., die VIII. Iunii.

Tuus *Georgius Tannstetter*.

Regina nostra nunc Pragæ in Bohemia agit, istic[e] brevi paritura.

Adresse fehlt.

a) „opth-". — b „desyd-". — c) „c" für „t". — d) „accipas". — e) „isthic".

1) Vgl. II. Brief 288.

525. II 343

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1528. Juni 12.

Erklärung seiner Schreibträgheit. Berichte über den Fortgang der evangelischen Bewegung, über politische und literarische Angelegenheiten.

Gratiam et pacem Christi. Ornatissime vir, litteras tuas multam iucunditatem[a] adferentes accepi, in quibus segnitiem meam in scribendis litteris increpas. Pro qua re non est, ut magnam apologiæ molem struam. Fateor equidem ac causam dudum dixeram eam esse: ingenii inopiam, stili sordes; adeo ut plus laboris insumam unis litteris, quam tua Humanitas perquam multis. Sed respondes in his verbis, scio: putas, quod hæc in te vel tuis litteris considerem vel attendam? Ego pietatem et charitatem specto ac desidero; utcunque scribas, saltem scribas. His fretus ego libens et ex animo ad te litteras do, licet pauciores, quam velis, et breviores. Sed quicquid hucusque negligentiæ commissum[b] est, condonabis. Ego ut frugalior fiam diligentiorque, operam dabo; tu interim iuxta candorem tuum erga me, ut soles, pergas. De evangelii negotio hæc habeto: in dies augescit externe, abolentur missæ, confringu(n)tur idola. Tamen in civitate nostra duæ abominationes adhuc erectæ stant. Una: in excelso sacrificatur, eo quod civitati nullum sit dominium super ecclesiam kathedralem; altera: Francicæ factionis legatus sui principis partes fovet, corruptionibus scilicet, ut nosti. Cum igitur senatus plerique his infecti sint, quid candidi solidique inde sperabis, obsecro? Ex Insubria nihil certi habeo. Fallunt quandoque rumores nimis credulum. Frumenta minoris incipiunt vendi, quam pridem. Exercitum imperialem Pergam obsessurum aiunt. Præterea nihil novi, quod audiam. Lutheri opusculum quoddam circumferunt adversus antistites nostros, Zvinglium et Oecolampadium, quo ad nauseam usque scommata sua exspuit[c],

Ego vero, sumptui parcens, non emi nec usque adeo necessarium putavi. Puto enim, quod in Zvinglii responsione mihi satis fiat. De Melanchthone[d] si quid certi nactus fueris, fac, obsecro, ut resciscam; nam de viro illo nihil sinistrum aut impium suspicari possum. De Saxonum duce multa fabulantur; sed tu, si quid habes certi, ad me scribas. Vale, vir egregie, et me, ut soles, foveto et consolare. Ex Curia, 12. Iunii, 1528.

Tuus *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro doctori Ioachimo Vadiano. Sanctogallensi, proconsuli, suo inter primos observando.

a) „iocunditatem". — b) „neglientiæ comissum". — c) „exp-". — d) „Melanchtone".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

II 344.

526.

Thomas Gassner[1]) an Vadian.

Lindau. 1528. Juni 12.

Er entschuldigt sein spätes Schreiben und berichtet über die Unruhen der Wiedertäufer in Lindau. Umtriebe der Bischöfe. Gerücht über Erfolge der Fürsten von Sachsen und Hessen und von einem dem Abschlusse nahen deutschen Städtebunde. Bitte an Vadian, dem Rate in Lindau zu schreiben. Freude über die Einigkeit der Evangelischen in der Schweiz. Die neue Schrift Luthers gegen Zwingli. Grüsse an Bekannte.

Pax Christi tecum. Quod tantisper ad te scribendum distuli, non alia subest ratio, doctissime Vadiane, quam quod meis litteris indoctis te doctum legendo onerare nolui, quem scio tot tantisque proficuis Christianorum reipublicæ studiis vacare, interim de mente tua in me candida nichil addubitans et firma amicitia[a], quam plane multis argumentis in hac profectione Bernam expertus sum; tum quod ipse hisce diebus molestissimis negotiis et exili ingenio meo nimium gravibus cum anabaptistarum secta, ut meo quidem iudicio[b] impia, sic et pertinacissima et spiritu suo nimium superba oneratus fuerim. Arbitror, rem eam a nostris iam olim tibi notam; sin minus, paucis percipe. Dum tecum Bernę essem, evenit, quod mihi tum suggerebat animus et nonnullis conquestus sum, nescio an tibi quoque: suum conceptum venenum sic sparsere in vulgus insipiens totque sua hypocrisi[c] seduxerunt, ut tumultum quoque timerem, dum a magistratu nostro horum antistites caperentur e civibus nostris tres rebaptizatos, alienigenis e dicione[b] proscriptis et iuramento prohibitis. Qui tandem vix septimana elapsa temerarie navigio noctu redeunt ductu sui ver-

tiginis spiritu. Non solum in civitatem, sed ad publicos quoque carceres currunt, acclamantes captivis, ne sententia sua cederent. Capiuntur ilico[d] et ipsi, ut sua ipsorum temeritas meruerat. Ego iterum atque iterum cum cooperatoribus meis invisi illos iussu senatorum in vinculis, edisserens iuxta mei spiritus mensuram scripturas et sui erroris protestans et convincens, ut ne unum quidem possent contradicere scriptura; sed tantum per spiritum sibi revelatum gloriabantur, ut solent. Tres pro publica contione revocarunt, at parum, ut audio, constantes. Vereor, ne novum parturiant incendium. Quattuor sua sententia pertinacissimi iam in octavam hebdomadam[e] in vinculis sunt. Quid cum illis magistratus noster statuat faciundum, ignoro; et illi quoque suspensi hęsitant[f]. Sepositis igitur hoc tempore omnibus sedulo pro posse meo admonui ecclesiam nostram, ne his[g] spiritibus seductoribus credatur, ne se in sectas scindi pateretur. Et gratia deo plurimorum corda hoc pestifero veneno infecta resipuerunt, quamvis et supersint, de quibus male suspicamur. Tu cum tuis nos adiuvato consilio et precibus, obsecro, ut dei patris benignitate servemur integri ab his[g] spiritibus malis. Vix dicam, quanta angustia et dolore affectus sim hoc genere hominum, malo timens ecclesię[f] meę, quam dominus plantavit hactenus bona pace in verbo virtutis suę[f] etc.

E civitatibus vicinis rerum novarum habeo nichil, quas te nescire putem. Diu pręterea[f] est, quod nullus meorum amicorum mihi quicquam scripsit. Machinationem hanc quorundam episcoporum impiorum in Christi professores abominamur omnes simul et gratias deo agimus, quod manifestaverit technam, ne inscitii obrueremur. Spero et hoc eorum consilium, immo[h] conciliabulum, irritum fore propitio deo, ut quam plurima antea. Rumor apud nos est hodie, principem Saxonię cum Hesso iam alterum episcopum vincisse. Pręterea[f] redierunt pridie legati duo ex senatoribus nostris ex conventu civitatum iam Ulmę[f] congregato, qui in cetera dicunt brevi communem fore omnium civitatum Germanię[f] congr(eg)ationem et synodum[i]. Hęc[f] melius tibi omnia frater narrabit ipse, quam ego scripserim. Si quid deinceps rescivero, diligentius scribam, dum plene iam percipio, id te velle et tibi gravamine non esse. Porro Blaurerum tuo consilio admonui, ut senatui nostro scriberet adhortariam, et obsecutus est sua sponte homo pius et bonus. Tu, si quando vacaret, idem faceres, Vadiane; non inanem operam navares, scio. Observant te enim præ ceteras omnes nostri. Gaudemus Helvetios posu-

isse arma in Doggenburgenses. Adversarii enim nostri multum gloriabantur[k], hoc dissidio fore, ut deleretur lux evangelii in regionibus vestris. Piissime et Tigurini et Bernenses faciunt, qui hoc unum curant maxime, ut inter vestros consistat pax bona. Admiror præterea, num legeris extremum Lutheri libellum contra Zwinglium. Sunt non parum multi nobiscum, quibus maxime placet et pro christiana veritate affirmant. Ego nancisci hactenus exemplar non potui, ut legerem. Vale et me meamque ecclesiolam commendatum habeas, precor. Sis non vicinus tantum bonus, sed patronus et pater iuxta animi tui christiani candorem et pietatem. Gratias habeo quoque tibi quas possum maximas, ut me, tibi multo imparem, iam alteris excitas (!) ad scribendum litteris tam amice et fraterne. Utinam tandem opportunam habeam occasionem mei animi in te gratitudinem declarandi! Iterum vale. Lindavii quam ocissime[l], quare parce ineptius scribenti; copia relegendi non dabatur. 12. Iunii, anno 28.

Thomas Gaßnerus, tuus deditissimus.

Saluto fratres omnes: Schaplerum, Dominicum, Rinerum et Iufflium etc.

Clarissimo et integerrimo viro domino Iochaimo (!) Vadiano, apud Sanctogallenses medico et præfecto[f] fideli, domino suo observando.

a) „amiticia". — b) „t" für „c". — c) „hippocrisi". — d) „illico". — e) „p" für „b". — f) „e" für „æ", bezw. „ę". — g) „hiis". — h) „imo". — i) „i" für „y". — k) „glorieb-". — l) „ocyss-".

[1] Vgl. oben, Brief 484.

II 345.

527.

Johannes Comander[1] an Vadian.

Cur. 1528. Juli 7.

Klagen über die Intriguen der französischen Partei und die Laxheit der Frommen. Nachrichten über den abgehaltenen Bundestag und den Krieg in Italien.

Gratiam et pacem per dominum nostrum Iesum Christum. Clarissime vir, nactus tabellarium commodum[a], meis litteris vacuum dimittere non decuit. Accipe ergo pauca quædam, quæ scriptu digna nunc censueram. Francica factio apud nos nondum exstincta[b] est, quam severius increpare cœpi, quam antea. Sed illi homines ut sunt corruptissimi et ad pietatem plus omnibus papistis ineptissimi, graviter in me irasci cœperunt. Pontificiis se adiungunt potius pietatem persequentibus, quam ut,

quæ prospere deo auxiliante cœpta sunt, promovere studeant. Dein et is, qui regis Franciæ partes fovet, legatus eos, qui bellis vivunt, sibi adiungit, qui ipsum etiam seditionibus tueri parati sunt. Est et catabaptistarum colluvies, qui sese illis omnibus potius reconciliant quam evangelio vero. Pii interim, quorum exiguus est numerus, flaccescunt et quęrunt quisque, quæ sua sunt. Ecce sub his oneribus et ærumnis[c] anhelo, a solo Christo consolationem exspectans[d]. Ego quidem, si carni meę obsequerer, omnibus dimissis et infectis abirem quocunque. Sed deo propitio vocationi suæ parere statui et in ea vitam amittere satius esse putavi. Fiat voluntas domini! Optimates nostri iamiam comitia celebrarunt, ex quibus hæc sunt prȩcipua, quæ prodierunt: Bella indixerunt, quantumcunque strenue potuerunt. Pontificiis nostris consistorium abstulerunt. Episcopo dietam ad petitionem[e] suam in primam Augusti Dominicam statuerunt. Ex Insubria hæc audivimus: Bergomates sese auro ab obsidione, quæ necdum cœpta fuerat, redimerunt. Exercitus de hinc Laudam obsedit, quam nondum percepimus obtentam. Duo iuvenes mecum fuerunt his diebus, quorum alter eques fuerat; qui dixerunt mihi, nullam pecuniam[f] dari militibus nec primi mensis adhuc plenam solutionem factam; unde ad magnam inediam[g] coacti multi ægrotentur ac moriantur, etiam equitum, quorum numerus sesqui milia[h] fuerint, vix mille supersint, si et viri equites non tot perierint, sed equi usque adeo moriantur; hæc insuper addentes, regnum Neapolitanum penitus esse subactum a Gallis et quod triginta duo ex primatibus capitaneis captivi ducti sint in Galliam; unde angusta spes obtinendæ Italiæ iam Cæsari sit reliqua. Hæc sunt, optime vir, quę te scire volui. Tu vicissim fac, ut resciam, quæ[c] apud vos recentiora fuerint, præsertim de Saxonibus, de Philippo Melanchthone[i] et Luthero, quomodo de eucharistia concordent. Vale, vir eximie. Ex Curia Rhætorum[c], 7 die Iulii 1528.

Tuus ex animo *Ioannes Comander*.

Præstantissimo ac doctissimo viro d. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi proconsuli, domino ac fratri suo observando.

a) „comod-“. — b) „ext-“. — c) „e“ für „æ“. — d) „exp-“. — e) „petic-“. — f) „pecc-“. — g) „æ“ für „e“. — h) „millia“. — i) „Melanchtone“.

II 346.

528.

Johannes Vogler[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1528. Juli 8.

Vereinbarung zwischen Zürich und Bern über das christliche Burgrecht. Verlängerung seines Aufenthalts in Zürich. Antwort Zwinglis an Luther. Zusage von Glarus.

Gratiam et pacem etc. Min günstiger unnd lieber herr unnd vatter, ich mag üch nit verhaltten, wie kurtz mir zschriben zitt worden ist, der bottschafft halb. Uff nächst Mentag sind miner hern von Bern bottschafft zů Zürich vor klain und gross rätten erschinen und den aid genomen, die nüw verbindung und burgerschafft nach lutt der artiklen ze haltten ewigklich; des ich üch in kurtzem ain copy zů senden verhoff. Uff söllichs rittend maister Blüwler und seckelmaister Werdmüler des tags dato hinuff gen Bern, da selbs inen och schweren; glicher wis si gethon und besiglett, werden si och versiglen. Gott si hoch gelopt des cristlichen furnemens; der gebe sin krafft! Uff nächst Sontag, hatt mir ob tisch der Iacob Werdmüller gsagt, werde sölichs der gantzen gmain zů Zürich verlesen. Die werden also anhellicklich och schweren. Was witter sin würde, wil ich üch nitt verhalten, sondern als erst müglich wissen lassen. Ich wird noch ain monat beharren můssen der schüler halb. Tůnd das best in minen sachen, als ich hertzlich vertruwen zů üch trag, och das vil und offt empfinden. Ich gon zů m(aister) Ulrich zů tisch. Es sind hütt 10 tag, als er dem Luther antwurttett; als uff morn werden vollendett baid epistel Cor(inther) im truck. Glariß ist handtvest des zůsagens Züricher und Bernern gethon. Nit mer. Ylentz, 8. Iulii 1528.

Jo(hannes) Vogler, üwer gantz williger.

Fragen disen botten, waß si der zitt zů Zürich gehandlett haben und ir anttwortt empfangen.

An minen günstigen hern D. Joachim von Watt zů sinenn handen.

Mit den übergeschriebenen Zeichen verfährt Johannes Vogler ziemlich willkürlich.

[1]) Dieser *Johannes Vogler,* von dem 4 Briefe aus dem Jahre 1528 vorliegen, fällt doch wohl mit dem früher schon oft erwähnten Diakonus dieses Namens zusammen — vgl. das Register zu II und III —, jedenfalls nicht mit dem vom Jahre 1532 an mit zahlreichen Briefen vertretenen gleichnamigen Altstätter Ammann.

529. II 347.

Johannes Vogler[1]) an David von Watt.

Zürich. 1528. Juli 13.

Übersendung neuer Büchlein und Bericht über bevorstehende neue Veröffentlichungen. Vogler hat viele Schüler im Saitenspiel, hat schöne Zimmer bei den Barfüssern und glaubt, auch nach Basel verschrieben zu werden.

Min gantz früntlich und willig dienst bevor. Geliepter fründ unnd günstiger juncker, üwer schriben mir nächst gethon, hab ich mit fröden empfangen, gott si lob! Und bitt üch minem hern und brůder anzaigen, wie ich uff Frittag nächst die bůchly hab genomen uß der truckery, in willen söliche im ze schicken, so erst ich bottschaft haben möchte; doch mit dem geding, das si nit in frömde hend komen vor Franckfortter mess. Er hatt sonst nüt nüws. Uff morn wirtt er anfachen ze trucken die antwurtt über das letst bůch Luthery. Ecolampadius hatt sin verantwurtt yetz nächst Fritag by sinem diener heruf gschickt und werden beide zesamen getruckt vor Verene. Eß statt treffenlich ruch zů Basel; der gwaltt ist gantz unrüwig. Das bůchli ist allain in Zürich gsin, sunst kains. Hatt mir es Cunratt Rollenbus geben. Der hatt es von Änderli Gessler gehept, das ich üch etwas nüws ze schicken hette. Darin wol ze mercken ist, der bär von Sant Gallen sye dem MurNarren och ain bankhartt. Im wird bald geantwurttet. Es statt sonst nit übel, gott hab lob! Die Berner werden sölich bůchli nit lon onverantt-wurttet, minder wan die von Zürich. Ich laß üch wissen, wie so früntliche gselschafft by mir lernet allerlay saitenspil und hab die besten, lüstigesten gmach inn zů den Barfůssen. Es sind iren 28, die da lernen. Noch sind ir vil willens ze lernen nach dißen monat, daß ich nit gewiß bin, wan ich ledig wird. Ich besorg mich, ich werde gen Baßel bschriben werden, des ich gebetten und gforderett worden bin. Kains wegs wurd ichs thon.

Bevelhend mich üwerm hern und brůder als sin gantz willigen diener mit minem armen dienst, das er mir schribe, ob im worden sye die Brediger von Bern[2]) und ander gschrifften an in gethon. Hie mitt sind gott bevolhenn. Actum Zürich, 13. tag lulii 1528.

Johannes Vogler, üwer williger.

Dem erenvestenn junkernn David von Watt, sinem insonders lieben und gůtten fründ zů Sant Gallen.

1) Vgl. vorstehenden Brief 528. — 2) Vgl. Strickler, Actensammlung V. S. * 44, Nr. 333.

II 348.

530.

Jakob Reutlinger[1]) an Vadian.

Nürnberg. 1528. Juli 20.

Bericht über ein Gastmahl ehemaliger Schüler Vadians in Wien und Übers Schriften des Kaspar Ursinus. Allfälliges Antwortschreiben Vadia

Anno domini 1528, a di 20. Juli, in Nurmberg, per S potten.

Mein willig deinst und alles gůtz zuvor. Erber, guntstige ewer gesunttheit mitsambt allen den ewer errfur ich hertzlich g halb daink ich got etc.

Erberer, lieber her, dyſs mein schreiben wellet mir ni Diewil yetz konigl. Mtt. von Ungern und Behem zů Prag hatt sich zůtragen, das mein wirtt ettliche doctores zů[b]) gast Untternn ainderenn reden ist main der disputation zů Be worden, die mir dain ain gůtter freundtt von Franckfortt a meſs geschik hatt etc.; welliche ich meinem wirtt gelichen z hatt sich darby auch eweren abschaid gelessen mit daink sag soliche kunttschafft hatt doctor Caspar Ursinus, doctor magister Johannes, schůlmaister k. Mtt., ewer in allen gutt und erneuwertth alltte freunttschafft, die ir in gethon habt dieweil ir rector da gwest seit und si ewere schůler. So aber per Urssius (!) ist historiogrophus k. Mt., hatt er in kurtz beg půchlin alle kaisser, derglichen alle romische pischoff biſs uff d Clementen; darbey zů lob k. Mtt. ain půchlin, wie sein M weyssenburg in Ungern gekronet ist; weliches alles ir w werdtt, die ich euch hiemit zůschik, von doctor Casparn ge zůzůschiken alls ain geschank, auch sein haintgschrifft weist

So dain E. E.[c]) ettwas wolltt wider schreiben den selbi irſs mir zůschiken oder meinem vatter anttwortten nach ewe lenn (aber disse gůtten doctores und freund sind dem wort liches bey euch ghaindlett, enttgegen). Euch zů deinen bi willig. Die gnad gottes sey mit uns allen, amen! Actum Galler potten.

Ewern E. W. W.[c]) *Jacob R*

a) Oder „G“? — b) Fast immer „w“ mit übergeschriebenem „o“. — c) Etwa „E und „E(rsam) W(ishait/ W(illiger)“ zu ergänzen.

Dem erbren, hochgelerten und weyssen doctor Joachim von Watt, burgermaister zů S. Gallen, meinem besonder günstigen lieben herren detur littera.

S. Galln.

1) Von *Jakob Reutlinger* liegt nur dieses Schreiben vor.

531. II 350.

Johannes Vogler[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1528. Juli 22.

Abschluss des christlichen Burgrechts zwischen Bern und Zürich. Antwort Zwinglis an Luther; er schreibt an den Herzog Johann von Sachsen und den Landgrafen von Hessen. Bucers Dialogus adversus Lutherum de Eucharistia.

Min underthänig, gehorßam dienst und alles vermögen. Insonders min günstiger herr, uff datto diß hab ich üwer schriben, gesunthait aller andern cristlichen brüderen deßglichen vernomen. Daß göttlich fürnemen der gottloßen und falsch genanten gaistlichen ain groß fröd, daß ain wurckung gottes ist. Dem sy lob in ewikait! Der verpüntnus halben der burgerschafft hatt m(aister) Huldrich die arbait über sich genomen, die zewegen bringen, üch die minen gnädigen hern zů schicken. Wie wol vorhanden was und fürbracht, sölichs ze trucken, hatt nit mügen fürgang haben. Doch nit on ursach. Gott wil es recht fügen. Es hatt sich witter gstreckt und hart verknüpft. Als mine herren zů Bern haind gschworen, wie die von Bern vorhin zů Zürich schwůren, habend aigenlich angenomen, ewiklich ain anderen darby ze handhaben, waß iren bürgeren zůstand, dem mindesten als dem maisten, das wortt gottz betreffend ain anderen helffen ire burger schützen, als vil gott gnad gibt, mit lib und gůt. Darzů hör ich manchen erenman, miner herren gross günner, verhoffen, sy söllen die ersten sin in der verbüntnus. Gott füge es, das es bald gscheche. Die antwurttungen Luter[a]) stond ain klin still. Min herr vermaint nit vil ze schriben; so kan und mag er nit alles fürgon und schript es den zwayen fürsten hertzog Hanßen und dem landtgraffen von Hessen. So erst es absolviertt wirtt, sol es üch werden. Es ist ain bůchlin vorhand, wellt ich üch gschickt hain, vom Butzero, ain dialogus adversus Lutherum de eucharistia. Werden ir wunder hören. Zwinglius besichtigett es; so wirtt es mir. Ich hoff in 4 wuchen ußgelertt haben, das und anders mit ze bringen. Ich hab 31 schůler, erßam,

erlich herren und gsellen; darneben der jungen schûler arm. Es ist nüt bsonders vorhanden mer. Grutzen (!) mir alle hern und brûder. Ylentz. Magdalene 1528.

Üwer williger *Johans Vogler.*

Dem hochgelertten, ersamen hern D. Joachim von Watt, richsvogt der statt Sant Gallen, minem insonders günstigen herren.

[1]) Vgl. oben, Brief 528.

II 351.

532.

Johannes Vogler[1]) an Vadian.

(Zürich.) 1528. Juli 22.

Übersendung einer Copie des christlichen Burgrechts zwischen Bern und Zürich.

Wissend, als ich ob tisch maister Ülrichen radts fragett, wie ich minen herren und üch vorab ain copy der verainigung zewegen bringen möchte; batt in, daß best darin ze handlen: also hatt er haim gsûcht burgermaister und räth etliche, in anzaigt üwer begeren. Ist im nachgelassen abzeschriben, das by üch minen herren lassen beliben biß uff witter handlung, nit lassen abschriben, nit verbotten der burgerschafft ze lèsen oder andern nachpuren. Sölchs uß bevelch maister Ülrichs üch ze schriben; dan er überuß beladen ist mit gschäften, wie wol vacancie sind 14 tag. Es hatt Alexius ain halben tag gewarttett daruf. Ich han uß ratt und ghaiß m. Huldrichs den substituten ain ticken d(enar) geben zû vertrincken und hatt es doctor Mangolt selbs corrigiert, das es gerecht und war ist dem original. Lassend mich, üwern armen diener, bevolhen sin; dan ich trüwlich ainer loblichen stat und fromen herren als ain gschwornen burger fromen und nutz fürderen und schaden wenden, so witt min lib vermag, gnaigt sin. Datum ylentz ze nacht, Marie Magdalene 1528.

Ü(wer) gantz williger diener
Jo(hannes) Vogler.

Dem hochgelertten, fürsichtigen und wisen hern D. Joachim von Watt, minem insonders lieben herren und günnern.

[1]) Vgl. oben, Brief 528.

533. B 302.

Andreas Cratander[1]) an Vadian.

Basel. 1528. Juli 25.

Entschuldigung für seine Bemerkungen zu einer lateinischen Wendung Vadians. Neue Ausgabe des Mela und andere Veröffentlichungen. Bittet um einen Katalog der St. Galler Bibliothek.

S. Primum omnium, vir eruditissime, rogo ruditatem meam, qua te in tuis interpretandis gravatum sentio, boni consulas, ingenii mei inopiam spectans; nam ingenue fateor, te non solum Latine, sed et elegantissime «dari» pro «permitti» posuisse. Tantum abest, ut quantumvis parvi erroris Romanæ linguæ te, hominem eloquentissimum, barbarus ego et pæne elinguis insimulare unquam cogitaverim. Bone deus! quis vel parum prudens id suspicari auderet? Verum quod initio et in transcursu non tam exacte intellexerim, facile, ut spero, ingentes et fere intolerabiles et laborum et curarum moles, quibus modo obruor, apud te, æquissimum iudicem, excusationem merebunt. Ad hæc rarissime soleo literas eas in manus resumere, ad quas per nuntium[a]) obvium ex insperato respondere cogor. Deinde quod ingeniorum monumenta omni auro cariora antiquioraque ducis, more sapientissimorum agis. Nihilo tamen setius per me non stabit, quominus quantulacunque compensatio tuum laborem sequatur. Ceterum[b]) tempus, quo Mela noster iterum transscribendus sit, certo definire præscribereque non possum. Forte imminenti hieme[c]) prela[d]) Galeni vel Dioscoridis operibus occupabuntur. Vehementer namque[e]) iam in medicis non quibusvis, sed doctissimis restituendis delector eruditorum opera et consilio. Neque illiberale neque infructuosum ingloriumve duco, vetustissimos medicinæ auctores[f]) ab internecione[g]) pro virili vindicare. In quo iam desudo; quoniam Soranus cuius Galenus plus semel meminit, C. Plinius Secundus, ut titulus habet, item Apuleius de herbarum virtute, antiquissimi et citra controversiam doctissimi medici, coniunctim ex nostra officina in medium prodibunt. Denique Cyrillum, Alexandrinum theologum, multa accessione per Oecolampadium nostrum auctum, propediem studiosi accipient. Sed ad rem. Si Pomponium interim relegeris, adornaveris et rursus emendaveris, ita ut sequenti æstate abs te emaculatus sub incudem revocandus sit, satis tempestivum opinor nec ulla alia festinatione præcipitationeve opus. Postremo diligenter eius admoneo, quod olim pollicebaris:

te videlicet omnium librorum vestræ bibliothecæ, quam instructissimam audio, catalogum mihi missurum. Id si Humanitas tua præ aliis, quæ ex officio, quo tuis non sine laude præes, quotidie incumbunt, præstare poterit, gratissimum erit. Vale in domino. Basileæ, XXV. Iulii, anno MDXXVIII.

Andreas Cratander tuus, quantusquantus est.

Excellentissimo et eruditissimo viro domino Ioachimo Vadiano, prudentissimo Sangallensium consuli, domino atque amico suo optimo etc.

a) „c" für „t". — b) „Cæt-". — c) „hyeme". — d) „præla". — e) „nanque". — f) „authores". — g) „internitione".

1) Vgl. II, Brief 183.

II 352.

534.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1528. Juli 31.

Klage über verwirrte Zustände und Verleumdungen. Einfall eines französischen Heeres in Italien.

Gratiam et pacem a domino. Vir spectabilis, nactus iterum tabellarium, scriberem libens quidem; sed temporis angustia admodum artor, ut brevius, quam cupiam, finire coger. (!) Quæ ad evangelium pertinent, ita inculta ac turbida sunt, ut nihil boni sperem, nisi deo optimo melius desponente (!), quam facies rerum ipsa præ[a]) se ferat. Tamen, ut sæpe[a]) fit, quæ multum spei prima fronte pollicentur, tandem non adeo usque respondent, ut sperabatur, ac contra res dirutæ, incomptæ, fragiles ac desparatæ fere quandoque admirando fine deo propitio potiuntur. Sic, si divinare licet, nostræ partes aptissimæ censendæ sunt, ut grandi miraculo deum celebraturæ sint in sæcula[a]); nam tot sunt, qui diruunt et rumpunt, ut structorum opera velut nulla censeatur. Ego tantis calumniis incessor, ut iam scribere locus non sit; sed in posterum cor meum effundam tibi. De rebus profanis[b]) tabellarius sanius sermone cominus edocebit, quam turpiter scilicet exercitus ille superbissimus evanuerit, solo deo expugnante. Sed hucusque omnibus evenit, qui adversus veritatem quicquam moliebantur. Deo confessio, laus et gloria! Exercitus regis Galliæ montes superavit numerus 13000 peditum et 600 equitum. Spe magna Insubriam capiendi ducitur; sed deus scit, quid futurum sit et quid ipse destinarit. Vale. Ex Curia nostra, ultima Iulii 1528. Tuus *Ioannes Comander.*

Prestantissimo doctissimoque viro d. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli ac in Christo fratre suo charissimo.

a) „e" für „æ". — b) „prophanis".

1) Vgl. oben, Brief 468.

535. II 355.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1528. September 3.

Bemühungen von Mülhausen, in das Burgrecht von Zürich und Bern aufgenommen zu werden. Die Haltung von Glarus im Glaubensstreite.

Gratiam et pacem a deo. Misissem nunc, tabellionem nactus, responsiones nostras ad Luterum, nisi nihil dubius essem ad vos dudum perlatas esse. Aliud est, quod nunc volo. Agunt privati homines Milhusani, quamvis non privata auctoritate[a]), sed eorum iussu, quorum maxime refert, ut in civitatem Tigurobernam recipiantur; id autem obscure adhuc, hoc est caute et clam. Nos a secretis et ego rem nondum retulimus, hanc potissimum ob causam, quod et vestram petitionem exspectamus[b]) et nullo negotio[c]) confectum[d]) iri speramus. Atque interim illis bona pollicemur, quodque ad proxima trium urbium comitia, si eis videatur, velimus referre, et quicquid e re sua putaverint fore, summa fide facturos. Hęc nolui, ut vos laterent. Rescierunt enim Milhusani, vos in hoc esse, ut in civitatem coeatis, sed non ex perfidis, verum ex fidelibus, qui sciunt, fœdera urbium vestrarum, Sanctogalli et Milhusii dico, ferme esse simillima. Vos igitur, quicquid consultissimum credetis, sequamini. Vale. Tiguri, 3. die Septembris 1528.

Claronensis populus in fide verbi perstat.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Dem ersamen, wysen etc. herren von Watt, burgermaister zů Santgallen.

a) „aut-". — b) „exp-". — c) „c" für „t". — d) „-tam".

1) Vgl. I, Brief 100.

536. II 356.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1528. September 5.

Der Streit mit den Wiedertäufern ist die grösste Schwierigkeit für die Freunde des Evangeliums. Übersendung einer Schrift des Jakob Wirben in Biel gegen die Wiedertäufer. Veräusserung seiner Tafeln.

S. D. Novarum rerum, quæ scitu aut scriptu dignæ sint, parum apud nos est. Bellorum ac minarum rumores, quibus contra veritatis verbum se erigunt filii ac huius sæculi principes, nihil nos movent, persuasum habentes, capillos capitis nostri omnes numeratos. Ceterum dissidium

illud intestinum, quod catabaptistæ nobis parant (hominum genus in perniciem evangelicæ sinceritatis[a] et natum et iuratum) omnium, quas ferimus, molestiarum molestissimum est. Iacobus Wirben, ecclesiæ Bielensis minister non contemnendus, iis diebus præfationi cuidam *Ludovici* Hetzer[b] in Baruch catabaptistico spiritu[c] plenæ respondit. Nos hic fecimus[d] inprimi, quo fratres alii huic pesti medendæ reddantur instructiores. Libellum ad te mitto. De tabulis meis nihil est, quod scribam, quam ut quantocius eas distrahi velim, etiam cum iactura, si secus fieri non potest. Fratres omnes meo nomine saluta. Vale. Ex Basilea, V. Septembris, anno etc. XXVIII.

Marcus Bersius tuus.

Eximio viro, domino Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium magistratui, domino suo observando.

a) „sync-". — b) Der Name ist mit Verweisungszeichen am Rande nachgetragen, aber leider ohne solches im Texte. — c) „plenam". — d) „fœc-". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. oben, Brief 508.

II 357.

537.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1528. September 11.

Erbietung seiner Dienste für den Rat in St. Gallen. Mahnung zu raschem Vorgehen für die Aufnahme ins Burgrecht. Lügnerische Berichte über das Vorgehen des Ammanns Vogler in Altstätten. Beschluss über Beseitigung der Prädicanten in Arbon und Altstätten, welche zur Ruhe gemahnt werden müssen. Ermutigung des Arboner Boten zum Schutze des Prädicanten. Abmahnungen vom Kriege. Verhandlungen mit den Boten des Abtes wegen der Toggenburger. Aufhebung des bischöflichen Ehegerichts in Rätien. Schrift des Lazarus über Ulpian L.

Rerum novarum vel hoc habe, quod Scaphusani senatus decretum constituerunt, ne quid posthac senatus citra diacosios sive patres minorum gentium in evangelii negotio[b] constituat. Ego per amicos bonam spem concipio de illis. Porro quę inter nos est de finibus contentio[c], non aliter exibit, quam inter quos hęreditas dividitur. Ii iurgantur ad horam, at brevi in gratiam redeunt. Vale. Tiguri, 27. die Ianuarii, 1529.

Zvinglius tuus.

Herren Joachimen von Watt, burgermeister zů Santgallen, sinem vererenden herren.

a) Die ganze eingeklammerte Stelle ist Randbemerkung. — b) „c" für „t". — c) Vgl. I, Brief 100.

Stadt-A. St. G. Tr. IX. 57 b.

553.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. Januar 29.

Hauptmann Jakob Frei wird von Zürich angewiesen, ganz nach der Anleitung St. Gallens vorzugehen. Zwingli seinerseits empfiehlt kräftiges Vorgehen, damit nicht unvermutet ein neuer Abt aufstehe. Bitte, auch fernerhin treu zu Zürich zu halten im Vertrauen auf dessen Hilfe.

Gratiam et pacem a domino. Mittunt προβουλευταί nostri literas ad ducem sive, ut vocant, capitaneum Iacobum Fryum, quibus demandant, ut omnia pro vestro consilio agat. Is et literas eas tibi exhibebit; nam ut est vir integer ac prudens, quantum hęc ętas fert, tuto creduntur illi omnia. Sed ad iam arduam rem non male conveniunt consulti homines, qualibus vos abundatis[a]. Nunc ipse loquar: Mihi videtur strenue[b] res gerenda esse, nec tamen ita, ut temere actum esse quicquam quisquam queri possit, puta si quis post obitum abbatis deprehenderetur[c] quid subtrahere aut non obtemperare duci, ut ei manus iniiciantur, et omnino res omnes et consilia sic esse temperanda, ut non temere surgat novus abbas. Interim orant vos probuleutę nostri, ut pergatis ea fide erga deum et nos uti, qua consuestis hactenus. Vale, clarissime vir, et quicquid nos poterimus, tibi paratum ac numeratum esse persuade. Tiguri, 29. die Ianuarii, MDXXVIIII. *Huldricus Zvinglius* tuus.

Dem ersamen, wysen herren Joachim von Watt, burgermeisterrn zů Santgallen, sinem vererenden herren.

a) „hab-". — b) „strennue". — c) „ę" für „e" in der Stammsilbe.

[1]) Vrgl. I, Brief 100.

Stadt-A. St. G Tr. IX. 57 d.

554.

Joachim Vadian[1]) an Bürgermeister und Rat zu St. Gallen.

Arbon. 1529. Januar 30.

Die Vorschläge Zürichs über die Verhandlungen mit dem Abt. Es soll im Einverständnis mit Bern vorgegangen werden. Verhandlungen mit dem Hofmeister und den Räten des Bischofs von Constanz.

Min alzyt genaygt willig dienst zůvor. Fromm, fürsichtig, wyß, günstig min herren, die ersam potschaft, mir zůthůn, han ich sampt minem mittgsellen j(unker) Lienharten vernomen und daby die brief, so E(wer) Wyßhait von Zürich zůkhomen, verleßen. Und wiewol khains wegs not gsin, minem klainfügen radt ze erfordern, dannocht han ich üwerm begeren nach min gůt gedunkhen E. Wyßhayt nitt verhalten wellen. Und thůn üch hiemit ze wissen, das mir der dritt radschlag, welcher Ü. Wyßhait ouch angenem sin wil, am besten und fürderlichesten gfalt, uß vil ursachen, hie nitt not zů melden. Acht ouch für gůt, das ir ain botschaft gen Baden an ünser aydgnoßen und christenlich burger von Zurich und Bern verorndt hand. Doch wil mich nitt ongelëgen sin bedunkhen, das gemelter bott den ainen brief, namlich den tütschen maister Ulrichs Zwinglins mit im gen Baden nemme und minen herr Rösten und meister Tummyßen den selbigen zů verleßen anzayge, damit sy dester empsiger werdind mit denen von Bern zů handlen, das Ü. Wyßhayt in in fürgenomnem handel fürderlich und erschießlich sin mag. So han ich widerum an maister Ulrichen gschriben, damit er zů Zürich anhalt und by den vertruwten haimlichen rädten nit underlaß die sach zů triben, namlich dem dritten radtschlag nach, damit der wagen für sich gang und an sin end khomen mög; mitt großem begër, E. W. welle gedachten brief durch ainen aignen vertruwten löufer gedachtem maister Ůlrichen zůkhomen laßen, damit üch minen herren widerum nach gehaltnem tag zů Baden an luter antwordt ouch von Zurich har werden mög. Hiemit so wirdt der bott ouch beschaid bringen, weß man sich zů Bern versechen mög, gůter hoffnung, er werde gůten beschayd bringen. Daby so khan ich uß dem schriben, so maister Ůlrich gethůn hatt, wol abnemen, das von denen von Zürich mit ernst ewerm willen nachzůkhomen gehandlott werden wil. Gott sy lob! Und sy man daby still und undernimm man nüntz frävenlicher wiß zů handlen; es wirdt mitt füg ring dannen gon.

Unser sach halb wiß Ü. W., das wir sampt den botten von Zurich alles das, so gottes wordt betrifft, vast anhin zwüschen den partyen glüklich vertätigett (!) und zů mittell bracht hand. Uff morn morgenß so werdend deß bischofs hofmaister und rädt zů üns nidersitzen und helfen dasjenig, so die oberkhait und zytliche verwaltung antrifft, ob gott wil, ouch zů gůtem end bringen. Acht, wir werdind uff Mentag abentz gar grech. Gott, unser sterkhe, welle E. W. bevestnen mit sinen gnaden alzyt. Geben zů Arbon, um die nünd stond nachtz, Samßtag for purificationis, im 1529. jar.

Joachim von Watt, E. W. alzyt gehorsamer.

*M*inen fürsichtigen, ersamen, *wysen* burgermaistern und *radt der st*att zů S. Gallen, mi*nen genaig*ten und günstigen *herren* zů handen.

[1]) Vgl. I, Register, unter Vadian. — Nach Kesslers Sabbata, neue Ausgabe S. 304 ff. waren Vadian und Junker Leonhard Zollikofer auf den 27.[a]) Januar nach Arbon abgeordnet worden, um dort zwischen Gemeinde und Rat der Stadt und dem bischöflich-constanzischen Regiment zu vermitteln. Inzwischen waren in seiner Abwesenheit von St. Gallen die zwei Briefe Zwinglis vom 27. und 29. Januar offenbar an den dortigen Rat gelangt und von diesem sofort weiter nach Arbon geschickt worden.

a) „21" bei Kessler ist Druckfehler.

Stadt-A. St. G. Tr. IX. 57 f.

555.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. Februar 2.

Versprechungen, Mahnungen, Zusicherungen. Versuch eines Karthäusers aus Ittingen, goldene und silberne Gefässe nach Basel auszuführen. Vorkehrungen für den bevorstehenden Tod des Abtes. Sieg des Evangeliums in Glarus. Enthauptung des Abtes von S. Luci.

Gratiam et pacem a domino. Quod senatus tui nomine polliceris, omnia caute etc. facturos, quodque propensionem προβουλευτῶν ac fidem collaudas, pro virili exposui. Monent igitur, ut solita fide erga veritatis negotium[a]) utamini. De militibus istis extemplo curant. Ego enim post expositam causam protinus, ut meum consilium dedi, abire coactus sum. Arbitror autem, legatum ilico[b]) amandari. Anxii enim sunt probuleutę, ne quid sua oscitantia contingat, quod merito possit adcusari. Ceterum[c] ipse narrabo brevibus, quod exemplum vobis sit ad agendum. Primarius Carthusię Ittingensis quędam aurea et argentea clam Scaphusiam demisit, ut inde Basileam deveheret. Probuleutę ut primum senserunt, legatum mittunt, qui pręfectum agri Tigurini, quem nunc transpositis

literis Turgicum vocamus, super ea re percontetur: qui fiat, ut non attentius in hęc incumbat? et post omnia moneat, ut monachus adservetur, donec omnia, quę subtraxit, redeant. Is tenetur Frouenfeldii. Si igitur quid certi habebitis, iam videtis, quid possitis duci nostro consulere, non iam ut abbatem animam efflantem capiat — abeundum enim illi est ad Plutonia regna —; sed ut harpyias istas et muscas, quę aulam eius terunt et artibus ac dolis ipsius famulantur, si qua deprehendat, nihil vereatur prehendere[d]. Claronę vicit pars, quę est ab evangelio. Deo gloria! Hoc nostrum negotium[a] amicis significavi, qui, ut per omnia constantes sunt, indubie nobiscum audebunt omnia, si modo audaces sumus, quomodo perfidi homines nos vocant, non constantes ac iusti et ęqui vindices. Cetera[c] de iis legato vestro nuntiavi[a]. Abbas S. Lucii capite plexus est, Metii Suffetii pœnas[e] daturus, si non interpellassent amici. Vale, et quod me iubebis agere cum tuo, tum senatus nomine, impigre scias impleturum. Salvi sint domini et fratres omnes. 2. die Februarii 1529.

Tuus *H(uldricus) Zvinglius.*

Dem ersamen, wysen herren Joachimen von Watt, burgermeysternn zů Santgallen, synem lieben, vererenden herren.

a) „c" für „t". — b) „ill-". — c) „Cęt-". — d) „prę-". — e) „pęnas".

l) Vgl. I, Brief 100.

556.

II 380.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1529. Februar 2.

Übersendung einer Druckschrift über den Fortgang des Evangeliums in Basel. Veräusserung seiner Tafeln.

S. Quantum evangelium et quibus modis apud nos promoverit, ex hac impressione facile videre potes[2]). Nos speramus fore, ut in dies magis atque magis Christi gloria augescat. Præterea[a] quod scribam, modo non habeo, nisi quod tabulas meas vellem distractas etiam cum iactura, si secus fieri non potest. Vale, ipso die purificationis, anno XXVIIII.

Marcus Bersius tuus.

Illustri viro domino doctori Ioachim Vadiano apud Sanctogallum, domino suo observando.

a) „e" für „æ".

l) Vgl. oben, Brief 508. — 2) Es ist damit wohl der bei Haller, Bibliothek der Schweizer-Geschichte III, 124, Nr. 337, und bei Strickler, Actensammlung V, *52, Nr. 382 erwähnte «Befelch eins ersamen rats zuo Basel etc.» gemeint.

II 382.

557.

Berchtold Haller[1]) an Vadian.

Bern. 1529. Februar 9.

Vadians erfolglose Empfehlung eines Chirurgen für die Stadt Bern. Mahnung zur Besonnenheit im Vorgehen gegen den Abt, um nicht den Feinden eine Handhabe zu bieten. Eine Schmähschrift des Johannes Eck über die Berner Disputation. Gute Berichte aus Basel und Strassburg, das durch kaiserliche Gesandte an der Abschaffung der Messe verhindert wurde. Der Verrat in Cur. Bevorstehender Tag in Luzern. Abschaffung der Messe im Gebiete von Bern. Grüsse.

S. Perdidit bonus ille vir, quem tantopere commendaveras, charissime Ioachime, et operam et impensas; nam fratri in hac provincia iamdudum alius, illi probe cognitus, successerat. Nihilominus ubi olim urbs nostra tali chirurgo[a]) caruerit, te monebo, quandoquidem illi prodesse desideras[a]). Ceterum[b]) quę de reliquiis et fæce[c]) abominationum scribis in urbe vestra, placent; modo negotium[d]) sic agatur, ne abbas[e]) conqueri unquam possit, se, scilicet inermem monachum, cum suis violentia vel vestra vel civitatum iunctarum a fide sua avulsum. Derogaret siquidem dei glorię apud exteros et adderetur ansa maior calumniandi adversariis; nam Eccius ille impudentissimus (taceo portenta Murneri) omnia diligentissime colligit, quibus partes nostras universo orbi traducat. Scripsit triginta paginas contra conventum nostrum, cui tu præeras, nec tui oblitus. Doctos et pios quosque ita scommatis et ronchis offundit, ut in homine uno tantum iniuriarum vix credidissem. Sebastianus Oeconomus illi paucissimis respondet. Ad fæcem monachi vestri redeo. Nihil omittam in persuadendis bonis viris et primariis urbis nostrę, modo omnia sub silentio maneant abscondita, ne, quod prætendimus, ille versutiis suis præveniat. Ab Oecolampadio hac hora accipio bonam spem de Basiliensibus, item ab Argentinensibus, qui iam extremę spei erant, missam missam facere; sed intercipiunt spem legati Cęsarei atque tantum possunt, ut post comitia Spirensia missa illa misera vivat. Urgent interim contionatores exemplo nostro tam privatim quam publice. Proditionem Curiensium et omnia, ut illic acta sunt, vellem te ad unguem depinxisse; nam varia referuntur a variis apud[f]) nos, nisi Tilmannus, qui hoc vesperi a comitiis Badensibus rediit, certiora adferat. Ad feriam secundam post Dominicam Oculi indictus est dies Tigurinis et Bernatibus, quo iure convenire moliuntur Lucernę Murnerum. Ceterum accesserunt urbi nostrę, quoad fœdera[g]) servanda, Friburgenses et Sa-

lodorenses; speramus etiam evangelii nostri participes fore. In tota dicione[b] nostra missa abrogata est. Utinam e cordibus omnium avulsa esset! Nulla sunt apud[f] nos, quæ vos scire referat. Salutant vos confratres mei et primates. Salvus sit Dominicus Zilinus, Iuvlinus, Cristannus et ceteri[c]. Vale. Bernę, nona Februarii, anno MDXXIX.

Tuus ex animo *Bertoldus Hallerus.*

Prudentissimo viro Ioachimo Vadiano, apud Sanctogallenses consuli, suo maiori in domino summe observando.

a) „y" für „i". — b) „ę" für „e". — c) „e" für „æ". — d) „c" für „t". — e) „abas". — f) „aput". — g) „fęd-". — h) „t" für „c".

[1]) Vgl. III, Brief 434.

558.

Stadt-A. St. G. Tr. IX. 57 i.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. Februar 17.

Unterhalt der Mönche. Verweisung für weitere Berichte, insbesondere über verräterische Machenschaften im Rheintal, auf die zwei Überbringer.

Gratiam et pacem a domino. Huic legationi nostrę de concordando super alimento monachorum nihil commendatum est — ea enim res tunc recte tractabitur, cum abbas[a] ad inferos superos abierit —, at de abolendis imaginibus et ceteris[b], quę ipsi plane exponent atque vestro tum consilio, tum auxilio utentur. Röstius omnino cum προβουλευταῖς summam illis pollicetur liberalitatem, si ille ad ęternam noctem dormiendum abierit. Proximo tabellioni verbum scribere non quivi. Quę in Valle Rheni proditorie concinnata constabit, his potes credere. Ambo integri sunt, at magis prudens corpore quoque maior; quamvis recens sit curię laniorum magister factus. Dici nequit, quam constans ac vere nobile pectus circumferat. Quod soletis, vigilate, quod nos perinde faciemus, et bene valete, dum interim abbas[a] meo iudicio recte valeat, melius tamen valiturus, si animam posset exhalare. Salvos iube Marium ac dominos et fratres omnes. Tiguri, 17. die Februarii 1529.

Cetera[b] narrabit sororius meus, ille ex legatis senior ac imbecillior, quomodo scilicet prefectura Gastal constanter responderit Svitensibus.

Huldrych Zvinglius, tuus per omnia.

Herren burgermeister von Watt, synem lieben herren.

a) „abas". — b) „cęt-".

[1]) Vgl. I, Brief 100.

II 383.

559.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

(Basel.) 1529. Februar 18.

Bericht über einen Auflauf des Volkes und gewaltsame Wegnahme der Bilder aus den Kirchen. Ausschluss der Altgläubigen aus dem Rate. Unterhandlungen der Boten von Zürich, Bern, Solothurn, Schaffhausen, Constanz und St. Gallen mit dem Rate. Vergebliche Bemühungen um die von Vadian gewünschten Schriften von Budaeus bei den Buchhändlern in Basel.

S. Tantam rerum, tam civilium quam sacrarum, mutationem non puto a sua conditione Basileam vidisse. Reipublicæ status immutatus est et omnia ferme præpostere sacra suo loco mota sunt, hoc est in ordinem aut redacta aut redigenda adhuc; hæc tamen omnia divina providentia ita dirigente, ut a verberibus et cædibus temperatum sit. Fuit autem hæc causa posterioris illius tumultus. Hi[a]), qui a plebe selecti erant, numero 12, ut cum senatu de rebus, quas emendatas oportebat, agerent, supplicando senatui proposuerant nonnullos articulos, ad quos respondere senatus ferme per 10 dies differt, licet selecti cum plebe responsionem anxie requirerent et exspectarent[b]). Huic accedebat, quod recessus (vulgo «abscheid») singulis zunfftis dati et signati non satis integre servari videbantur. Quo factum est, ut plebe urgente selecti (nos dicimus «der uß-schutz») Dominica Quinquagesimæ de rebus consulturi convenirent, die vero Lunæ sequente tota contio[c]), quæ stat a verbo dei, mane circiter quintam horam vocata confluit ad templum Minoritanorum. Ubi nunc preces matutinæ[d]) haberi solitæ sunt, ibi omnium vocibus et querelis senatus cessatio accusatur; quibus visis senatus iam tandem responsionem dare festinat, sed lente nimis. Vulgus pro more suo tumultuatur; frustra laborant, qui compescere volebant. Circiter horam tertiam[e]) pomeridianam ad arma concurrunt, aciem instruunt et sic armati Forum Frumentarium planum est ante Prætorium occupant; sequentem noctem ita perseverant. Die Saturni[f]), qui est Carnisprivii, mane petunt, 12 senatu excludi, quos suspicabantur evangelio adversarios. Consul, qui inter excludendos primus erat, in navicula cum nonnullis aliis aufugit. Eo die post meridiem exercitus armatus circa 300 templum cathedrale ingrediuntur, valvis effractis erant enim clausæ; omnes statuas et imagines demoliuntur, deinde ædem S. Petri, ubi collegium est, et omnes ædiculas ubique per civitatem perlustrant, ut ne imaguncula quidem delitere potuerit, quin sit deturbata. Lignis autem imaginum usi sunt vigiles pro arcendo frigore noc-

turno. Sed ais: et quid interea factio pontificia? sine numinis præsentia factum, nemo ambigit, ut omnia hæc dissimularent et pars civibus accurreret, pars urbe exiret, reliqui vero in totum quiescerent. Die Veneris habitus fuit magnus senatus, quorum numero circiter 60 et plures sunt additi præter morem consuetum, et senatus (12 tamen exclusis), cum civibus concordatus, iureiurando se mutuo astringunt, verbum dei et quæ veræ pietatis sint unanimiter manutenendi. Interea advolarant legati Thuricenses, Bernenses, Solodorenses, Schaffhusenses, Constantienses et vestri. Quid vero tractarint cum nostris, scribere non possum; cognosces melius ex legatis vestris. Sic habes obiter totius fere tragœdiæ[g] narrationem. Deus omnia in suam gloriam vertat! Mutianum Felicem[h], quem tantopere cupis, nusquam apud omnes bibliopolas invenio nec alias Budæi lucubrationes præter eas, quas habes. Vale. XVIII. Februarii, anno XXIX.

Marcus tuus.

Præstantissimo viro domino doctori Ioachimo Vadiano, Sanctogall*ensium* dignissimo, domino suo ob*servando*.

a) „hii". — b) „exp-". — c) „c" für „t". — d) „matt-". — e) „terc-". — f) Offenbar für „Martis" verschrieben. — g) „e" für „œ". — h) „Fœlicem". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. oben, Brief 508.

560. II 385.

Leo Jud[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. März 4.

Aufnahme der von ihrem Manne getrennt lebenden Schwester seiner Frau. Bitte um Bericht über die in dieser Sache gefassten Beschlüsse der Richter in St. Gallen.

Gratiam et pacem a deo per Christum. Venit ad me hisce diebus, vir prȩstantissime, uxoris meæ soror Dorothea, quam gravatim suscepi[a], invitus repuli. A viro relictam, repudiatam ac demum solutam per iudices vestros multa sunt, quæ mihi fidem faciunt; rursus dubium me reddit, quod, senatus decreto sive urbe pulsam sive ut marito cohabitet coactam, fama ad nos manat. Ego quid hisce in rebus aut faciam aut consulam, plane ignoro. Rogo ergo te, vir optime ac prudentissime, ut et mihi hac in re consilium tuum impartias (!) et, res ut gesta, me certiorem reddas, nihil vel dissimulans vel celans. Nam si voti esse compos possim mei, velim, viro cohabitaret; sed obstant iniuriȩ, violentiæ et facinora mariti, si sancte iuranti[b] mulieri credere fas est. Ego vero is non sum

nec esse pergam, qui aut contra vestra decreta aut contra publicam honestatem uxorem alterius hospitio[c] detineam. Quod interim facio, fit, ne mulier adulescentula et imprudens gravius labatur sitque in tuto, ut puto, apud sororem. Vale, egregie vir, et ne graveris hac in re Leoni tuo morem gerere. Ex Tiguro, 4. Martii[c] 1529.

Leo Jud tuus.

Egregio . . . . . .

a) „suscepit". — b) „iurantę". — c) „c" für „t".

1) Vgl. III, Brief 370.

I 140.

561.

Konrad Som[1]) an Vadian.

Ulm. 1529. März 5.

Freude über den Erfolg des Evangeliums in der Schweiz. Klage über die Erfolglosigkeit seiner Bemühungen wegen Zaghaftigkeit des Rates in Ulm gegen die Papisten. Die Erwartungen, die auf den Reichstag in Speier gesetzt werden. Die Verhandlungen des Schwäbischen Bundes in Ulm. Kriegsgerüchte. Bitte an Vadian, ihm seine Freundschaft zu erhalten und den Dominicus (Zili) zu grüssen.

Gratia et pax a Christo. Clarissime vir, literis tuis et Cristanni nostri relatione maximo adfectus sum gaudio. Gratum enim et lętum erat audire tam prosperum in Helvetiis evangelii successum. Cogebar et simul nostram deplorare ignaviam et pavorem, qui nihil tale pro Christo audemus. Semper trepidamus et ad omnia fulgura pallemus. Res enim nostrę (id quod dolens scribo) eodem fere modo se habent. Antichristianas cęremonias et missam, omnium impietatum Lernam[a], abolere non audent magnates nostri, quo et piis se inferioribus timorem incutiunt, ne in restituendo evangelio pergant, et impiorum spem alunt; videntes enim timidam cunctationem nostram sperant, se facile papistica omnia posse in pristinum statum restituere. Tepidior insuper redditur plebs hac magnatum negligentia. Vivaciora[b] certe essent omnia antichristianis omnibus abrogatis. Hęc etsi crebro pro publica contione[c] suadeam, tamen non persuadeo. Sentient tandem suo ipsorum malo, quam impie neglexerint Christianismum restituere et quam temere plebis benignitate abusi sint. Confœdustæ[d] sua comitia[e] apud nos celebrarunt. Quid decreverint, ignoratur; erumpet fortasse in comitiis[e] Spirensibus, in quæ omnis impietatis spes collocata est. Magna acceleratione Spiram[f] petunt pseudepiscopi et impii omnes; venient illuc et Saxo et Hessus. Sperant impii, sese et Christum et Turcam simul devoraturos. At, qui in

cęlis habitat, irridebit eos, sicut hactenus omnes eorum conatus risit et irritavit. Urbes Svevico isti complicio (sic enim vere appello) devinctę sua comitia[e] modo penes nos habent, consulturę, quidnam ipsis facto opus sit. Utinam saperent et intelligerent Christo et se digna! Offertur illis sæpe[g] occasio se vindicandi ab illis, qui magna tyrannide earum libertati inhiant, sed eam non agnoscunt. Opus esset, ut maiori fide et fœdere iungerentur quam hactenus etc. Memingensium consul propter abrogatam missam e senatu confœdustarum pulsus est; nolunt enim confœdustę cum urbibus tam impie agentibus quicquam commercii[b] habere. Urbes nunc super hac re consultant; de conatibus earum nonnihil ex Cristanno intelliges. Martios rumores plures hic habemus, sed non admodum certos. Ferdinandici dira fabulantur de Turca, ut fucum aliquando faciant futurę exactioni. Ceterum[h], humanissime Vadiane, te oro, ut eum amorem, quo me semel complexus es, languescere non sinas; et ego modis omnibus integrum et sanctum (?) conservabo. Vale in domino cum tuis et me commendatum habe. Fidelissimum verbi ministrum Dominicum meo nomine digneris et salutare et hortari, ut cum ecclesia sua non cesset cęlestem patrem piis votis compellare, ne nostrę infirmitati desit et omnes omnium adversarios conatus perdat. Amen! Iterum vale. Ex Ulma, V. Martii[c], anno Christi XIX[i].

Chunradus Som tuus ex animo.

Pietate, prudentia et docta humanitate eximio Ioachimo Vadiano, Sanctogallensium rempublicam administranti, domino suo semper observando.

a) „lçr-“. — b) „t“ für „c“. — c) „c“ für „t“. — d) „Confçduste“. — e) „comm-“. — f) „y“ für „i“. — g) „sepe“. — h) „Cęt-“. — i) Für XXIX verschrieben, wie aus dem Inhalt und der Adresse des Briefes hervorgeht.

[1]) Vgl. oben, Brief 512.

562. II 388.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. März 12.

Übersendung eines Briefes an Simprecht Schenk, Prediger in Memmingen, mit der Bitte, ihn durch Vertraute dorthin zu schicken. Besetzung der Pfarreien in Tal und Elgg.

Gratiam et pacem a domino. Deo gloria, qui vos ubique victores facit. Mitto hic epistolam ad Symbertum[2]), Memingæ[a] episcopum, quam tu ea lege debes et resignare et legere, ut tumultuarie scripta non ignores atque in loco ad consulendum non sis imparatus, etiamsi

semper paratissimus sis. Enecant me quidam, amplissime vir, sua cunctatione et intempestivo sive metu sive procacia, dum videre nolunt, bonam Germanici orbis partem citra sudorem et pulverem momento nostram[b] fieri posse, deinde Perdinandorum artes non iam vulpinas, sed asininas nihil quam impotentem ac desperabilem metum esse; id quod res gestas et hominum ingenia ex monumentis non docti adeo cunctanter vident; tu vero, vere doctus et sapiens, perspicis etiam non vana esse, quę scribimus. Sed cum dii volent immortales, expergefiemus et temere iacens imperium legemus, quomodo ille, cui ob felicitatem[c] artificiosa Gręcia nassam adpingebat, in quam Fortuna provincias ageret. Epistolam ubi legeris, tua charta munies ac Germanica inscriptione et primo quoque (?) tempore per fidos Memmingam transmittes. Satis enim anxie semel per Blaurerum, iterum per Symbertum suum privato istic[d] homines consilio, alias senatores, meum consilium postularunt. Quod aliter quam plane et candide dare nec debui nec potui.

Intellexi, quid fratres apud vos animi ac spei de statu suo habeant. Nos omnia pro virili gnaviter tentabimus et urgebimus.

In Thala, Vallis Rheni, ratam habuit senatus Iacobi Rhineri χειροτονίαν. Deinde Vitali et Huldrycho Stollio, sororio meo, convenit, ut te oremus, multis alias occupatum, sed brevibus ac commodis omnia potentem, octo primariis istis, qui Thalę rebus hisce nostris prę-fecti sunt, Iacobum Hevensem commendes, hominem vere et doctum et sanctum, ut diaconi ministerium ei offeratur. Nescis, quam integer sit et constans. Eloquens non est admodum, id quod ipse non ignorabam, cum mitterem; sed ecclesiam tantam esse, plane nescivi. Ipse se priore epistola de ponte deiicit (!), posteaquam et ecclesiam vidit et vocis tenuitatem suę audivit, sed non alia re quam sui extenuatione. Age igitur istis nostra suffragia significes. Destinaveram ipse Thalam Sebastianum Ransbergerum[e], civem vestrum, qui in prędectura Groningę nostrę episcopatum tenet, et Rhinerum vestrum ad Elgoiam nostram, ubi Bovillus precibus nullis retineri potuit, quo magis episcopatu fungeretur. Vale, vir clarissime. 12. die Martii 1529.

Huldricus Zvinglius tuus.

Clarissimo viro Ioacimo Vadiano, Sanctogalli consuli, domino suo cum primis colendo.

a) „e" für „ę". — b) „nostrum". — c) „fœli-". — d) „isthic". — e) Der Geschlechtsname am Rande nachgetragen, ohne Verweisungszeichen.

[1]) Vgl. I, Brief 100. -- [2]) *Simprecht Schenk*, seit 1525 Prediger in Memmingen, vgl. III, Brief 408.

563.

II 389.

Gregorius Her[1]) an Vadian.

Arbon. 1529. März 14.

Bericht über den Stand der Dinge in Arbon. Bitte, einen gewissen Lukas zu veranlassen, dass er am nächsten Sonntag nach Steinach komme, um das Wort Gottes zu verkünden.

Salus a Christo. Magnifice domine doctor, accepi epistolam pietate et sollicitudine[a]) plenam; nempe etiam, quomodo[b]) ecclesia Christi solidis viris, fide et moribus crescat. Ut debeo, sic animo prompto non solum precum gratia quam imperio — multum enim debeo tantis, imprimis[c]) tibi, et patrono et domino — sollicite[a]) obœdio[d]). De Luca[2]) indicat[e]) epistola, quem, etsi Pelagius eum omnibus decorat, tamen Sebastianus Grübell, testimonio[f]) ab iis, qui foris sunt, fieri etiam Paulus dictitat. Neuter ubi ut pisces muti de eo fuissent, tua rata apud me in dubio nemo unquam volitaret; es enim præ numeris[g]) veritatis calculo notandus. Idcirco[h]), candide doctor, fac, proxima Dominica ad Stainach sese divertat dominique palam verbum edicat. Etsi alias notæ[i]) sum minimus, spes latet tamen apud me viva, functurum ibidem episcopi curam. Et si quid, optime vir, habes iubere, iube, impera. Vale. Pelagius tuam Dignitatem plurimum crescere optat in ecclesia. Ex Arbon, feria 2. Dominica post Oculi, anno 29. *Gregorius Her, Arbonensis* ecclesiæ humilis pastor.

Magnifico domino Ioachim von Wadt, Sanctogallensium magistro civium.

a) „solic-". — b) „q" mit übergeschriebenem „o". — c) „inn-". — d) „obedio". — e) Oder „iudicat". — f) Eher „testimonia". — g) Das als ein Wort geschriebene „prenumeris" ist fraglich. — h) „iccirco". — i) „e" für „æ".

[1]) Von *Gregor Her* liegt nur dieses Schreiben vor. — [2]) Dieser « Lukas » oder « Lux » erscheint bei der St. Galler Synode von 1530 als Pfarrer von Steinach; s. Egli, Anal. Ref. I, 125.

564.

Andreas Eck[1]) an Vadian.

Speier. 1529. März 28.

Bericht über seine heimliche Verlobung mit Barbara Studer und Bitte um Vadians Intervention bei ihrem Vater. Es ist ihm eine Hauptmannschaft in einem Zug gegen die Türken angetragen, doch gedenkt er, nach 14 Tagen heim zu kommen.

Salus. — Erenvester, weyser, fürnemer herr burgermayster, wist, XI 31[a]. drum ich Ü(wer) Wishat ietzmal nit latinisch schrib, gschicht alain uß

diser nachvolginder ursach: ob sach wer, das Ü. W. meynen in gütem gedencken und etwas zred wurd werden mit minem schwager, herr underburgermayster Studer, das gedachter schwager miner erbietung, so Ü. W. im, so es sich füglich[a] begeben wurdi, uß gegenwirtigem disem schriben[b] anzaygen möchti, dester merer globen geben. Und ist die sach also gstelt. Ich bin siner tochter Barbliinen von hertzen und innerlich (holdt) in allen eeren, als ayn eersamer gsell oder knab ayner eersamen junckfrowen billicher wis holdt sin mag, mit got und aller verantwurtung; deßglich sy mir (mit) warer trüw und lieb och gsin ist; so ferr, das gnandti junckfro Barbili minem als zů aynem eelichen gmahel und ich sy deß glich mit ainer condition, un allen betrug, hinderlist und verfürung, habend begert und uffrecht und vor got gnumen. Die obgmelt vorbhaltung ist die gwest, das ich uß bitt ir, und sy der glich miner, hand gwelt der zit erwarten, die got hat gwelt bietten über iren vatter lib abgangs uß diser welt. Nu hatt es sich (wie ir secht) ungetzwifflet uß warer ordnung gotz gfügt, das sollich unser eersam handlung kundt und offenbar, ee und mir baydi verhofft habend, ist worden; und das uß kayner andren ursach, deß ich ungzwifletter manung bin, dann das got die ee gschafft, gmacht, bsteet und gordnet hatt, auch aynem par eevolckli nienen bas oder baß versechen ist, als by anandren. In summa: all unser werbung, so wir in allen eeren zůsammen hand thůn, hat so ain glücklichen anfang, mittel und och end gnummen und glücklich zugangen, das das mir uns badi nit gnůgsam habend kunden verwundren. Dardurch wir endtlich ußnemen mögend, das uns got hatt gwelt by aynandren haben als eegmehili; mich, deß glich sy, bis mir anandren erworben hand, vor andrer vermechlung bewart. Mich nimbt wunder, wie es bas verglicht hett gmögen sin; uß der ursach. Ich hab gsölt gaystlich werden und druff gstudiert, sy deß glich gsin. An eeren (nach geduncken) bin ich ir glich, an mann, ir wert; der tuget ir glichmeßig, frumbkait deßglich, eltern heer nit unglich, aber dem gůt und gelt nit glich. Nun wolhin: ir kennend min wesen, thůn und lon, das ir wol wist, das ich kain vertůiger oder unnutz gsell nit bin. So wist ir auch mich der gschicklikait, das ich ain gwunnes gůttli by anandren wird, mit der hilff gotz, kunnen bhalten, das warlich ain kundst ist; und wil das gret han un selbsrům. Ir wist, das ir zům dickermal schimpffwis zů mir sagten: ‹Parcus Andreas› sive ‹parcitas Andreę›. Uß dem bschlüß ich, das ich gedachtem minem gmahel das ir, noch min ar-

mûtig nit unnutzlich verthûn wil, ja allen vleyß ankeren, das ichs mit got und mitt eeren meri und nit mindri, und mich endlich halten, als aynem armen mitburger und biderman wol und zûstat; dermaß das ich endtlicher, ungetzwifletter hoffnung bin, ires vatters und aller fründtschafft huldt, gundst und gnaigten willen zerjagin und zerlangin; ja und das sy nitt werdend wellen, das gedachti junckfrow kainem andren vermehlet weri, als mir. In summa: bin sins, mich ze betragin, das mich niemand mit ursach veydschafften (!) werd mögen. Was wers, das sy ain großen, richen Hansen überkumen oder vermehlet wer worden, der aines unverstandens, groben gmûtz und unerfarner mendsch were, der die tochter mit der zit groblich halten und hasßen (wurdi), von wegen das sy in ainem kloster gsin were? Nu gib ich üch zkenid, wie wol sis mit ainem sölchen gschafft hett und was gûtter ee mit der zit drus wurdi; ich gschwig, wo sy im nit rechts hertzens vorhin holdt gsin weri in eeren! Der und ander deß glich sorg, bedarff weder sy, noch ir elter, diewil sy mich zu ainem eerenbûli und eelichen gmahel hatt erwelt. Wann so ich nit mer verstandt hett, | dann II 329.
sölches; so ich nit wist, ain sölchi ersami, wadlichi, wol erzogni tochter zhaltin gebürlich und eersamklich, tugentlich und trülich mit ir zlebin: so wolt ich mich warlich nit angnumen haben, umb sy ze bûlin in eeren. Hab also uffrecht und eerlich umb sy gworben und das un allen betrug und ainicherlay list. *Ja, ir angeborner vetter (den ich üch nemen wil zů miner zůkunfft) hatt mir sy unanglangt antragen und zwüsschet mir und ir ghandlet, red und antwurdt und brieff von ir mir bracht, deß glich ir von mir*[c]. — Diß bhalt üch selbs, bit üch[d]. — Hatt sych also disy handlung so glück(lich) zůtragen in allen unserm tůn und lon, das wir uns baidi nit gnůg habend kundt verwundren; das ich warlich sich, das es alain gotz will also gsin ist. Der mainung ich endtlich bin: hatt also sin söllen. Darumb thů glich min herr schweher das best darzů; da wil ich inn trülich und fründtlich umb bitten, wann er hett mit siner mendschlichen vernufft noch rattschlegen die sach nit gmögt wenden, also ainen glücklichen fürgang hab ich in diser sach gspürt und gmerck; alsich dann ietz abermals bschandt[e], nemlich das die sach ußbrochen und goffnet worden ist so bald, diewil ich mich doch understanden hab ghabt, der junckfrowen zwartin (und das alain uß grosß(er) und recht eerlicher liebi, die mir zůsamen habt hand), bis und so lang das gott an ires vatters hieigem[f] lebens ain begnůgen hatte ghabt; darinn ich aber die ordnung

gotz klarlich spür, derwil es so glücklich durch ain stüffmütter uſkumen ist. Nun wolhin; zů geschechnen eerlichen sachen soll man das best tůn. Ich bin nit der erst noch dye ledst wirt sy och nit sin, die in sölcher gstalt zůn eeren griffen und zůsamen kumen werden. Deſs tröst ich mich, das ich sich und wais, das es vil besser een werdend und och vil glücklicher gatt, wo zway eegmehili in rechter, eerlicher liebi und holdschafft zůsamen kumend, als wann man sy un alli gundst und holdschafft etwas nötiget zusamen. Ja vil weger soll ir sin, das sy ainen frumen, eerlichen gesellen hatt gnummen, der nüntz hab und das, das in got hatt bschert, handthalti, dann ainen richen, der das syn und ir in grund verkümeri und verthů unnutzlich. Summa sumarum: bin endtlichs willens, mich mit gedachtem minem lieben gmahel zhusin, das nit alain ir eltern und gfründten, sunder iederman kain misſsfallen darab haben werdend. Das mögt ir an statt min versprechen minem herr schweher und wo ir minen by eerenlütten zred wurdind werden; wann eeren und tuget han ich min lebtag liebghabt und nachgstelt. Das wird ich noch tůn bis zů minem end. Ich bitt üch als meynen vertruwttesten, gündstigesten, liebsten herren, ir welt mir fründschafft, huld und gundst an gedachtem minem herr schweher und ainer eersamen fründschafft erwerben und min underdienstlikait und gůtwillikait anzaigen und mich gegen im endschuldigen, das ich im och nit geschriben hab. Gschicht warlich nit in argem, den alain uſs der ursach, das ich fürcht, das er noch kain gfallen an minem schriben mocht han. Hiemit gott bevolhen und mich üch. Datum den 28. tag Mertzen, 1528[1]), zu Spyr.

Tuę Pręstantię ex animo totus *Andreas Eckius.*

Ich byn endtlichs willens, in 14 tagen nach datum diſs brieffs mich uff die fart zgebind, haim ze kumi(n)d gen Sant Gallen; wo nit, ursach schriben, was mich hindri[g]).

Wist, herr doctor, das mich min hertzallerliebster gmahel, junckfrow Barbili, hatt an mich glangt in zwayen schriben, das ich haim kummen solti. Jedoch im ledsten schriben, das mir Crista Fripolt bracht hatt jüngst, schribt sy mir uſs bevelch mines gündstigen, lieben herrend (!) und fründ, herr vogt srichs Cůnratz Maiers: wie wol es sig, das sy gern sech, das ich haim zů ir käm, jedoch so wil sy mir zů lieb warten und paciens haben, wo sach wer[h]), das ich minen nutz wisti ze schaffin. Nu solt ir wissen, das min herr von Rogendorff ainen grosſsen

bevelch hatt vom kůnig Ferdinand, wo sach ist, das der zug in Ungerig widern Turcken angat. Nun hatt er mir verhaissen, er well mich seyner trabanten hobtman machen — der werdend by 46 sin — oder er wolt mir sundst an hobtmanschafft gen über ain fendli knecht. So wolt ich lieber trabantenhobtman sin. Das hatt er mir versprochen; | das war- XI 31b.
lich ain wadilicher dienst wer. Wann ir aber mandtind, das es mir nit ze tůnd sig, so wil ichs underwegen lasßen; wann ich bin nit můtz me ze krigen selbswillig; es wer den sach, das ich (wo ich da haimand woneti) von üch minen herren brucht oder gschickt wurdi; alsdann wolt ich mich so tapffer und redlich halten, als ich all min lebtag nie tůn. Nu derwils aber also gstelt ist und ich sich, das es min nutz und frumen sin möcht, ja ich mich der masßen haltten wott, wie bisheer, das ich hoffti, mine herren soltind minen eer haben und rům, und nit uneer. Ich vermain och, es sölti nüntz schaden oder miner herren bott dardurch nit übersechen oder übertretten, das ich mich ließ bruchen oder so eerlich dienst annem, die wil es nit wider gmain aidgnosßen oder anderer nation gedienet wer, sunder wider die unglöbigen. Hieruff min fründtlich und erdienstlich bitt an üch ist, Ü. Weysshait welli söllichs herr vogt srichs zů verston gen und üch nachvolgind so vil themůtigen und mir uffs beldest, als umer muglich ist, mir an antwurt schriben hieher gen Spir, was mir ze tůn sig; wann ich mich endtlich üwers rats pflegen und halten wil. Minen brieff, den ir mir hieher schicken welt, schlüst in ain papir und stellend die übergschrifft an Wolff Raters brůder, mich dunckt, er haiß Felix Ratter, der bim Farnbůler hie zu Spir wonet. Mit dem selben han ich verlon, das er mir inn wol zůschicken wirt, got geb, wo ich sig. Aber warlich, ich důn söllichs nit, das ich ain krigsgurgel bliben und sin welle, sunder das ich verhoffti, sollichs ze gnüssin. Herr Cůnrat Maier hatt auch sich so früntlich erbotten, daß wunder ist: er welle die tochter ger bi im haben und sy in gůtter hůt haben, und das ich mir nit znot haim sin laß, wo ich vermained, minen frumen ze schaffen (deß ich siner W. tussendfeltig tanck ze sagin waiß); als mir min gmahel solchs uß sinem, nemlich Cůrat Maiers ghaiß, geschriben hatt. Hiemitt ich mich üch baiden alls minen gnedigen, gündstigen, lieben herren bevilch. Vermainden ir, das söllich minem herr schweher anzebringin sig, so tůndts; wo nit, so bhaltendts by üch. Erkunend der junckfrow Barblen mainung och grundtlich, was sy darzů sag. Wil sy endtlich, das ich kum, so wil

ich kumen; wils aber gûtwillig mir warten, so ists mir lieb etc. Datum in il etc., ut supra.

Dem ersamen, fürnemen, wisen herr burgermayster der statt Sant Gallen, doctor Jochim von Watt etc.

a) „fug | glich". — b) „schribenn". — c) Das cursiv Gedruckte ist im Original unterstrichen. — d) Die Bemerkung am Rande nachgetragen. — e) = Als sich . . . bescheint, d. h. zeigt? — f) „hie-igem". — g) Diese ganze Notiz ist am Rande beigefügt. — h) „wer" irrtümlich wiederholt.

[1]) Vgl. II, Brief 153 und oben, Brief 473. — Der Brief besteht aus 3 Blättern. Das erste und dritte finden sich in Band XI, das zweite in Band II unserer Briefsammlung. Im Datum muss 1528 für 1529 verschrieben sein, da eine ganze Anzahl von Tatsachen und Titeln, die im Texte erwähnt sind, nur auf das Jahr 1529 passen. Vgl. auch den folgenden Brief.

II 391.

565.

Kaspar von Usenwang[1]) an Vadian.

Speier. 1529. März 29.

Er entschuldigt die verspätete Antwort, weil er die Zuschrift Vadians infolge seiner längeren Abwesenheit in Italien erst ein Jahr nach ihrer Abfassung erhalten habe. Er will dafür sorgen, dass ihr Briefwechsel keine so lange Unterbrechung mehr erfahre, und hofft, bei seiner bevorstehenden Reise nach Mersburg auch Vadian zu begrüssen. Empfehlung des Andreas Eck, dem er zu seiner Verlobung Glück wünscht.

Salutem plurimam cum debita commendatione. Vir ornatissime, respondissem quidem Humanitati tuę iamdudum, si tuę nobis in tempore redditę fuissent. Nam illas Andreas noster, cum ad hanc diætam[a]) imperialem Spiram[b]) applicuissem, primum reddidit et has quidem ante annum conscriptas. In causa fuit, quod nec is, ubi me continerem, sciret. Nam æstate præterita malo meo auspicio[c]) cum ad Italiam missus fuerim, dinumerandi Cæsarei exercitus causa, contracta tabe ibidem fere per sex menses ægre decubui. At nunc ex dei optimi maximi gratia beneficio[c]) incolumitati restitutus, operam dabo, ut crebrius nostrę ad te perferantur. Quę etsi multifarię doctrinę tuę, ob contractam mihi cum diuturno bello, tum legalibus studiis, quibus olim puer plus ęquo insudaveram, barbariem, impares et minime dignę Humanitatis tuę nobis videantur, nolui tamen intermittere, quin hoc in genere prȩcipuus amor studiumque meum singulare saltem aliqua ex parte constaret; quare quantulumque officidium[c]) (!) id nostrum litterarium sit, boni ut consulas, rogo. Ego postridie me cum reverendissimo postulato Hildesheimensi, oratori Cæsareo, ad Mörspurgum, Constantiensis laci oppidulum, conferam, Quo si pervenero, dabo operam, ut te coram intueri et complecti liceat. Tu interim bene valebis et Andream Eckium, fratrem mihi charissimum et utrim-

que pari benevolentia coniunctum, adprime[d] commendatum habeto. Cui novo iam sponso, ad optatos virginis suę complexus properanti, novum faustumque epithalamion communico[e]. Ex Spira[b], raptim, quarto Kalendis Aprilibus[f] MDXXIX.

Humanitatis tuę ad omne obsequium deditissimus
Gaspar de Usenwang.

Ornatissimo ac clarissimo viro domino Ioachimo Vadiano, Gallensis civitatis ..... omnique disciplinarum genere consu ..... domino et præceptori meo charissimo.

Ad Sanctum Gallum.

a) „e“ für „æ“. — b) „y“ für „i“. — c) „t“ für „c“. — d) „apr-“. — e) „comun-“. — f) „Calendis, Aprillibus“.

[1]) Vgl. oben, Brief 497.

566.

II 392.

Christian Fridbolt[1]) an Vadian.

(Speier.) 1529. März 29.

Bericht über die in Speier eingetroffenen Persönlichkeiten mit Übersendung eines Büchleins vom Reichstag. Das Heranrücken von 1500 Spaniern gegen Mainz.

Gratiam et pacem a domino per Cristum Iesum etc.

Mein ungespart, willig dienst. Gunstiger her, ich solt euch vill newer zyttung berichtenn. So bin ich noch nit lang hie gewesen; aber iedoch, was ich gesehenn hab, fûg ich euch zů wyssenn. Wyssenn, das Philippus Melanckthon mit hertzog Hansen hie ist. Bin ich in hoffnung, mit im kuntschafft zů machenn; ist noch nit geschehenn. Aber sein her und der landgraff die laussenn altag predigen. Ist der Yslöb ain predicant; hat denn passion geprediget. Der ander predicant ist noch lieplicher; ich wais sinen namen noch nit. Der hatt vom sacrament prediget; macht nit sonders darus; er nempts das sacrament des libs und blůts Cristi. Sicht mich an, er were woll zů berichtenn und sige nit weytt von uns. Die 2 fursten gatt kainer zů kainer meeß; habenn grossen gunst bin der mertal stettenn. Der fabler, genant Faber, prediget dem küng und den bischoffenn. Hab von im gehört am grossen Donstag, das er sagt an der cantzlen: wan er můste von ainwederem fallen, es were vom evangelio oder vom bruch der kilchen, so welte er ee vom evangelio fallen, dan vom bruch der kilchen; dan er wysse, das die kilch nit yeren müge, und sunst vill possen. Will ich euch sagen, so mir gott zů üch hillfft. Es ist ain schedlicher wolff, und siner brůder, namlich bischoff, der

sind vill hie, sûchenn in alweg pratickenn; doch hoff ich, in soll nit gelingen. Min handlung haben ir in disem brieff, on nott hie anzůzaigen. Sunst nit sonders, dan grůssen mir gůt herren und gesellenn, und schick euch hiemit an buchlein vom richstag; das wellen den sturmaister och lesenn laussen. Damit gott befolenn. Datum am Ostermentag, im 1529. jar.

Och so sind 1500 Spanier zů Antorff ankomen; ziehen haruff; sollenn uff datum gen Mentz komen.

Ewer williger diener *Cristan Fridbolt.*

Dem fürsichtigen, ersamen, wysenn her doctor Jochim von Watt, burgermaister zů Santgallen, sinem gunstigen herren.

[1]) Vgl. III, Brief 416.

II 393.

567.

Christian Fridbolt [1]) an Burgermeister und Rat zu St. Gallen.

Speier. 1529. März 29.

Bericht über seine Ankunft in Speier und Einholung der Ratschläge von Ulrich Varnbüler, der voll guten Willens gegen St. Gallen sei und ihm geraten habe, nach dem Vorgange von Leonhard Keller in Worms nicht in den Rat der Städte zu gehen, aber sich unter die Reichsstände einschreiben zu lassen, was er auch getan habe; in Sachen des Glaubens solle er die grösseren Städte vorgehen lassen. Über den Unterhalt von Regiment und Kammergericht sei nicht verhandelt worden. Der Gesandte des Kaisers und mit ihm 3 Commissäre haben einen Ratschlag über einen Zug gegen die Türken vorgelegt; ebenso wollen sie den Artikel aufheben, der jeder Obrigkeit das Recht gibt, in Sachen des Glaubens nach eigenem Ermessen zu handeln. Er will bleiben, bis die Städte abzuziehen beginnen, und sich an den Rat weiserer Leute halten.

Fromenn, erenvestenn, fursichtigenn, ersamen, wysenn, gunstigen herrenn, min alzytt willig dienst sige euch zů bevor mit genaigtem willenn. Nachdem Ewer ersam Wyshait mich abgefertiget, bin ich uff Mitwuch nach dem palmtag woll gen Speyr komen und mich demnach rats befraget am Ůlrich Farnbůler, dem ich ewer E. W. fruntlichenn grůs angesagt mit erbietung alles diensts. Hab ich in (!) ratt bin im funden, wie folgt, ist och gantz gůttwillig gewesenn; dan er sagt, ain stat Sant Gallenn sige im lieber, dan vor nie, angesehen die cristenlich handlung und tatten, so mir tůyen. Er ist an gůt Crist. Zů dem erstenn ratt er mir, ich sölle mich nit insetzen in der steet rat; dan Lienhart Keller selig sige zů Wurms och nit bin in gesessenn; es wurde och ewer E. W. nachtellig sin. So man ain stür wider den Turcken anlegen wurde, folgte woll halbe bewilgnuss, oder so man der Schwitzer gedechte, wer ich argwönig. Aber ich mög mich woll inschriben laussen in die stend des richs;

sige gnûg, ewer E. W. zû entschuldigen. Auff solichs hab ich mich dem cantzler von Mentz anzaigt, der mich ingeschribenn und woll benûgig ist gewesenn. Wyrd also in die stend des richs gon und dem rat des Farnbûlers gefolgt. Zû dem anderen hat er mir geratten des gloubens halb, es habe kain nott; es syen vill grosser steet, die werden ewer E. W. forfechten. Mûs man erwarten, was die machen; versicht sich nichts dan gûtz. Zû dem drytten von underhaltung des regiments und kamergericht ist noch nichts gehandlet. Also hab ich über die dry artickel rat gesûcht, so in dem mandat stond; wyrd im folgenn.

Item so hab ich mich erkundet, was hie gehandlet, und find, das erstlich der probst von Waldkilch als k. M. orator und mit im dry comissarien, mit namen hertzog Fridrich pfaltzgraff, hertzog Wilhelm von Payeren, bischoff von Tryent, die habenn an gemain stend des richs bracht und begert ylenden ratschlag und hillff wider den Türcken, mit vill klûgen worten, wie die lütt woll konnen; doch hab ich es nur von hörsag. Zû dem anderen begeren sy, das man den artickel, so zûletzst hie gemacht ist, das ain iede oberkait mit dem wort gottes und den sinen müge handlen, wie er es gen gott und k. M. wysse zû verantwurten, den selbigen gar hinweg tûy und oncreftig mache; dan us solichem artickel syenn vill böser, frevler tatten komen und an vill orten übel gehuset; demnach söllenn och, die solichs gethon, gestrafft werden. Und die sach fast gros gemacht, dan es in vast angelegen ist. Und uff solchs habenn die furstenn, och die stëtt, iren usschutz gethonn, die artickell berattenn. Hatt man die zeytt, so sy hailig nemen, nünt geratten. Nit wais ich, wie es gon wyrt; man findt woll geschickt lutt, die gants der mainung sind, es werde nit vill usgericht. Demnach so wyrd ich also hie belibenn, pis etwan an stat oder zwo hinweg rytten; will mich darnach protestierenn erschinen sin und so erst muglich haim machenn, doch in alweg mit ratt deren, so wyser, dan ich bin. Wellenn also disenn bericht vergût nemenn. Damit bewar ewer E. W. der almechtig gott. Datum uff Mentag nach osterenn in Speyr, im 1529. jar.

Ewer E. W. williger diener *Cristan Fridbolt.*

Dem fromen, erenvesten, fursichtigen, ersamen, wysen burgermaister und ratt zû Sant Gallen, *minem* (!) günstigenn herrenn.

[1]) Vgl. III, Brief 416.

[illegible]

Leo Jud[illegible] an Vadian.

[illegible]

[illegible]

[illegible] Hoc vero [illegible], humanissime vir, qui [illegible] apud quem nec honestatis nec vitae ratio habeatur, cohabitare. Paulus dicit, de impari coniugio loquens: si infidelis discedit, discedat; non est servituti subiectus frater et soror in huiusmodi, sed in pace vocavit nos deus[3]. Quodsi magistratus, cui poenitentiam vel simulavit vel promisit, maritum eius vel vim inferentem vel dissipantem bona posthac arcere noluerit, satius quidem meo iudicio esset, male cohaerens matrimonium in totum disseparare. Quis enim coget fidelem infideli cohabitare, qui nec hominum nec dei legi parere voluerit? Quod antea dilapidatis bonis omnibus pugnantem deseruit, quod in redeuntem magistratus non animadvertit, quod in miseram ac desertam, neque ante neque post partum editum[a], de publicis bonis nihil collatum est: hoc, inquam, est, quod animum illius remoratur, quominus ad maritum redeat; neque vanus mihi videtur hic metus[b], qui vel in constantem cadere possit. Sed missis illis ecclesię vestrę primoribus ac senatui omnem rem committimus, deinde, quod charitatis proprium est, bene speramus vel de pessimo. Mutet dominus mentem amborum! Vos omnes rogatos volo, ut consilio et auxilio[c] utrisque nusquam desitis, peccantibus rursum nihil parcatis. Te vero in primis, optime ac charissime vir, cuius bonitate ac fide vehementer nitimur, hortor, ut hac in re fidum patronum agas, causam adflictę suscipias atque hanc ab iniuria defendas. Ceterum[d] de patre sene ac grandęvo deque eius inopia ac necessitate, qua

premitur, præsertim quum publico quodam officio spoliatus sit, scribere statueram; sed uxor mea singula narrabit; quam ut benignus audias et adiuves, magnopere rogo. Vale, vir clarissime. Ex Tiguro, pænultima[e]) Martii 1529. *Leo Jud* tuus.

Adresse fehlt.

a) „ꝯdit-". — b) „mœt-". — c) „auxlio". — d) „ꝯ" für „e". — e) „e" für „æ".

[1]) Vgl. III, Brief 370. — [2]) Vgl. oben Brief 560. — [3]) 1 Kor. VII. 15.

569.

XII 270.

Jakob Grübel[1]) an Vadian.

Nürnberg? 1529. April 4.

Bericht über Verhandlungen der 5 Orte mit den königlichen Räten zu Feldkirch und Verabredung eines weitern Tages zu Waldsee.

Her burgermaister, ersamen, wyssenn, günstigenn liebenn herenn, disß unnser schribenn ain ewer Wisshaitt düngt unnß als geschworen burger, die ettwas horenn oder erfarenn, das ainem burgermaster (!), ratt oder gmaner statt, och gmanen burger zů schmach, schand und schaid mochtte enpspringen (!), drain unnser lib, êr unnd gůtt statt: halltz unnser ayd ijn, wo ainer soliches erfür, es wer, wo eß wett, das warhafft were, soliches ainem burgermaister unnd ratt ainzůzaigen. So soll ewer Wißhaitt wyssenn, das mir, Jacob Grübell, zům ersten als ewerm gschwornen burger solich warhafft redenn durch globlich bersonenn ist fürkomenn, als Martthin Hux unnd ich fonn Sanntt Gallenn hinab gen Ffrankfurtt sind gritten in meß. Unnd als wir gen Spir sind komenn uff denn richstag, ist zů mir komen Anndreß Eck, och ewer burger, unnd mir in gůttem fertruwen ainzaigt zům thall der hanndlung halbenn, so die 5 ortt zů Felkirch mitt k°. M. rett hannd gerattgschlachtt. In dem kam Martthin Hux och derzů. Do saitt er im och die manug in geham, als mir. Des ich blibenn lonn der selben reden halbenn, bis Martthin Hux genn Sanntt Gallen komptt zů ewer Wißhaitt, der ewer Wißhaitt alle manug ainzogen wirtt, was er unnß in geham unnd in fertruwenn gsaitt haitt unnd im solichs ist geoffenbartt wordenn durch her Jorg Druchttzeß unnd graff Nickalas fonn Sallm dem eltternn unnd dem herenn vonn Rogendorff, k°. M. ratt, in fertruwen. Her burgermaister, ersamen, wissenn lieben heren, ewer Wißhaitt soll wissenn: als ich unnd Martthin Hux zů Spir sind im glaitt heruß grittenn, ist zů mir

komen im feld her Nofernuz Hinderoffenn vonn Raffenspurck, der non : min aitter, gütter xell ist unnd wir mitt ain anndrenn fill hannd gehanndlett for ettlichen jarenn unnd alweg ain anndrenn güttz ain andren gontt hannd unnd fil ain andrenn fertruwtt. Der sprach zů mir: Jacob Grubell, wais sagtz dorzů, das die 5 ortt zů Felkirch sind gwest? Warlich, sy werend euch lernnenn, die bilder uß kirchenn thůnn unnd die ferbrenen. Ir werend bald fremd gest im lannd hann, unnd juncker Merck Sittich wirtt euch och uff hochzitt komenn, das ir wettenn, das ir můssig werentt ganngen. Do sprach ich: Ich was fon nichtten. Juncker Merck ist unnser gůtt freund unnd nochbur: desglichen wir och. Wer waist, wais die 5 ortt zů schaffenn hannd. Ich truwen nichs den güttz. Frilich, sprach her Nofferus, nichs denn güttz. Des werdenn ir schir woll gwar. Do sprach ich: Lieber her Nofferus, wisty ir was warhafftz, das wider mina heren were, das ir mir solichs wellentt offenn in güttem fertruwen unnd globenn, das ir in kainer wiß noch weg solltt gemelltt werdenn, das euch zů nachttall mochtt komenn. Wo solichs mine heren unnd ich konden und mochtten umb euch ferdinen, das wetten wir thůnn; denn globen mir, her Nofferuß, wo mine herenn ettwas hortten oder erfüren, das wider ewer heren were oder euch, sy wurdenttz euch in güttem och nitt forhaltten. Des hannd kain zwiffell. Do satt er: Lieber Jacob Grübell, ich was dir zů sagenn by miner sell selikaitt, witther kain ich dir nitt schwerenn, ich was fon wortt zů wortt der 5 orttenn ainbringen, so sy thůnn hannd zů Felkirch ain k°. M. rett unnd ain das husß fonn Osterich, unnd wie ich dir sag, so ist im by dem gott, der mich geschaffenn hatt. Wo du solichs by dir liss ist blibenn by güttem truwenn, so will ich dir allenn ainschlag sagenn, als wenn du selber im ratt werist gesessenn. Drum thů, als ich dir truw; denn es wer mir laid, woß euch im forlannd übell gieng; denn warlich, dornoch were esß ain denn richstettenn. Drom so wißt: Uff den 6. tag Merttzen iettz fergangen bin ich fonn Jennow heruß komenn unnd hab briff vonn singor Jacob de Meditzis von Müß gehabtt ain her Mercken; die hab ich im überanttwurtt. In dem unnd anndrem hain ich mitt her Merckenn grett: was die 5 ortt doch zů Felkirch habentt gethonn, was doch ir furnemen sig? Warlich, satt her Nofferuz, ist ettwas hamlichs forhand, das lütt unnd lannd aintreff, ich wyste eß fonn her Merckenn zu erfarenn, das glob mir; denn er fertruwtt mir fill. Uff semlichs hatt her Merck den her Nofferuß Hinderoffenn in sin kamer gnomen

... zů Yssbruck sigenn gwest bim konug. ...nn, och inen nitt wellen fertruwen. Doch ...ger hatt er inen ein tag gesettztt gein Fel- tt gsanntt unnd sy zů ferhorenn. Unnd da ... erstenn: das sy hilff begerenn fom fürstenn ... denn kettzerischen globenn usß irnn lannd ...ettzenn lib, èr unnd gůtt unnd was in gott ..., waren, cristenlichen globenn zů blibenn; ... fill druff, als inen; och allen fürsten, gast- ... her Merck gs*aitt:* Liebinn herenn, ir hand ...m husß fonn Osterich geh*alten*; dan wann ...frankrich zogenn, so ist im rechtt gwest; rich hatt sollen zůziechenn, das hannd ir nitt ch nitt woll zů fertruwenn. Der reden gegen ... uff lettztt hannd die 5 ortten gewanett, das ...l geloffenn. Sigenttz denn fonn iederman fer- welenttz uff sin u*nd* lib, èr unnd gůtt drain hen globen usßthilgen unnd man *solle* inen n sy siginn die: welle man inen hilff thůnn, so ...in herenn erkennen unnd gegenn konug unnd in ferschribung uffrichttenn, wie sy wellenntt; rosse hilff zů thůnn wider denn Türckenn, globenn ußzurüttenn. Der redenn sind fill d beschlusß hannd die 5 ortt 1 briff den retten di*e* dem konug hannd zůgschriben, 8000 man ...att l*ang* denn 5 ortten zů hilff, oder sy wellen ...n, ob sach w*ere*, das sy den im forland wetten t dem herttzog fonn S*afoy*, unnd sy brenen bys woll im land behaltten, bis man i*m* forland ... ortt mitt machtt uff sin, unnd hatt in*en* graff- ... man zů fůs. Unnd graff Nickalas von Salm ... mitt am mechttigen rissigen zug. Uff nechst S. Gallen unnd Zürch. Solich rattschlag hatt (und) her Jorg Trucktzes dem kung gein ...ttz b*esch*lossenn durch denn kung unnd den latten. Unnd der *zug* soly römsch rich noch

richstett nüttz angonn: sonnder denn konig und husß fonn Osterich. unnd die 5 ortt unnd ir mitthelffer. Unnd ist 8 tag noch ostern[2]) ain tag gesettztt genn Walttze. Das soll des kungs enttliche manug sin, och sine rett: desglichenn sonnd die 5 ortt och dar komenn. Unnd da soll es omniglich[a]) beschlossenn werdenn unnd briff uffgricht werdenn gegen einandren. uff welchen tag jederman soll uff sin, wie starck, wie, wo unnd wenn. Uff solich reden hatt her Nofferuß Hinderoffen gsaitt: Lieber her Merck: wenn aber die andren Schwyzer erfaren, das sy solich schwer handlung uffrichtten unnd ainfachenn hinderrucks der anndrenn, wider ire er unnd ayd unnd bünttnuß: erfaren sy eß, so werden sy inen for in nest zuchenn, unnd thünd im rechtt, ee ir denn zug zusamen bringen. Do hatt er gsaitt: Es ist och dafon grett wordenn; aber sy werden inen gütte wortt gebenn, bis sy denn affenn in ir hannd habenn. Denn wereuttz uff brechenn, die 5 ortt: wir mitt inen; denn es kain nitt erlittenn werdenn. Do saitt her Noffernus zú mir im feld for Spir: Was ir annderst thünd, den fon stond ain inen in nest züchen, so dünd ir bost. Wennd ir wartten, bis in gliegen ist, so komen ir zù spatt; denn es ist der 5 ortten die grost sorg, ir brechend uff, ee sy ir ding machenn. Drom firenn nitt, liebenn heren, das sag ich euch! Mer saitt er mir, das der fon Müsß dem konug will 5000 büschenschüttzen (!) denn 3 Ponnt in land schückenn, domitt sy unnsß och nitt mogen hilff komen. Solichs als hatt Martthin Hux als woll fernomen fon wortt zú wortt, als hie uffgezaichnett ist. Drom mag ewer Wißhaitt iettz in dem unnd andrem hanndlen noch ewer Wisßhaitt gütt bedonnckenn; denn solichs ain moll forhannden ist.

II 354. Ersamen, wyssenn lieben herenn, disß min schribenn ain ewer Wißhaitt gschichtt usß nott halbenn; denn eß mir hoch mochtt ferwissen werdenn, so ich solichs nitt hett aingezogt. Ich hab och ratt gehabtt (mit) minenn heren gütt fründ in der sach, unnd mir grotten wordenn, das man ewer Wißhaitt ainen botten soll sennden unnd nitt batt mag habenn, bis ich hie zú Nüberg (!) ferttig bin worden, das ich selber wer ham grittenn. Drom bitt ich ewer Wißhatt, solichs fon mir im bestem uff zú nemenn; denn eß in allem gütten geschichtt. Witther min hochlichtt bitt ain ewer Wißhaitt, das her Noffnisß (!) Hinderoffenn indertt gemeltt werde, da eß im zú nachttall möchtt ennspringen. Hiemitt befilh ich mich ewer Wisshatt. Gebenn zú Ninberg (!), uff 4. Abrill, 1529 jar.

E. W. williger *Jacob Grübell.*

Meinenn günstigen liebenn herenn burgermaster unnd klin ratt zů Sanntt Gallen zů agner hand.

a) = „einiglich“? — Das Wort scheint verschrieben zu sein. Stricklers Text gibt „einmüntlich“, was jedenfalls nicht da steht.

[1]) Von dem St. Galler *Jakob Grübel* finden sich in unserer Sammlung 15 Briefe vor aus den Jahren 1529—1546. — [2]) Ostern fiel auf den 28. März. — Vorstehender Brief ist die Originalvorlage für Nr. 114b in Stricklers Actensammlung II, 54. Diese Nummer ist also mit «Anfang bis Mitte März» zu frühe angesetzt und konnte jedenfalls nicht die Hauptquelle für einen im Februar verteilten Bericht (Nr. 114a) sein.

570. II 396.

Abt Kilian an die Gemeinde Tablat.

Wil. 1529. April 5.

Anzeige seiner Wahl zum Abte und Aufforderung zur Treue.

†Killianus, vonn gottes gnadenn erwelt(e)r apptzůSanntGallenn. Unnsernn günstigenn willenn unnd alls gůtz zůvor. Besunders liebenn getrüwenn, alls dann kaurtzlich hievor willund unnser vorfar unnd gnediger her sellig usser disser zit geschaidenn, wie euch dann wisennd, daruff wir dann nun vonn anem wirdigenn kuventt unnsers gotzhus Sannt Gallenn zů[a]) anem herenn unnd appt erwelt sindt: alls unnd diewill wir unns dann zů[a]) euch alls getrüwen gotzhuslütten innsunders vill gůtz getröstenn, so langt unnd ist ann euch, unnser getrüw, lieb gotzhuslüt, unnser gar früntlich bit unnd beger, diewill wir, alls obv(e)rstandenn, dergestallt zů[a]) anem neuwen riegierenden heren unnd appt erwelt sind, das ir dann ann dem ennd thonn wellind alls getrüw fröm (!) gotzhuslütt unnd euch vonn unns unnd unserm gotzhus dehains wegs nit sundern noch abwendenn, sunder wie vornacher beim gotzhus plibenn, alls wir unns dann des unnd kaines andern zů euch getröstenn unnd versechenn. Das wellenn wir hernach umb euch, wa sich das inedert (!) begebe, früntlich beschulden unnd inn gnadenn erkenen, auch euch ales das thonn, so wir euch ze tonnd pflichtig sind, für unnd nit hinder. Datom ze Hoff inn unnser statt Will, Mentags nach dem Sonntag Quasy Geniti, anno etc. 1529.

Denn ersamenn, beschadnenn unsernn bsundern liebenn und getrüwenn amain unnd gmaind zů Tablett.

a) „zw“ mit übergeschriebenem „o“.

II 395.

571.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1529. April 12.

Dank für ein Büchlein des Erasmus. Zerstörung der Altäre. Aufkündigung des Bündnisses mit Frankreich. Tag zu Ilanz. Verbannung eines italienischen Predigers aus dem Veltlin. Daraus entstandene Unruhen. Aussichten für die Reformation im Engadin. Nachrichten aus Italien.

Gratiam[a]) et pacem per Christum. Accepi iamdudum litteras tuas cum libello Erasmico, vir ornatissime. Ago igitur gratias[a]) super hac humanitate tua, interim cogitans, quid tandem pro acceptis tot muneribus referam. De rebus nostris ac statu earum miraris forsitan nonnihil, qui cum primis evangelio favere cœperamus, nunc vero nec postremos comitamur, sed a longe sequimur. Aras demoliti sumus ante festum iam præteritum[b]). Honestati consultum est in hoc, ne vestimenta turpia illa et scissa deinceps deferantur a quopiam. Fœderi Gallico renuntiavimus[a]). Grandisium, regis Francię partes foventem, e civitate ablegavimus; qui in proximum dumtaxat pagum secessit; sese nimirum ilico[c]) receptum iri sperat a nobis vel invitis. Nos vero firma spe ducimur, corruptorem hunc nunquam ad nos rediturum. Circa medium quadragesimæ præteritæ[b]) habita fuerunt comitia Ilanti. Illuc citatus quidam frater Italus ex Valle Tellina, ubi evangelium prædicare[b]) cœperat[d]), comparuit. Ibi coram senatu trium Fœderum accusatus falso, etiam eius apologia audita iusta et pia, condemnatus fuerat, ut quantocius terram illam exiret nec amplius evangelizaret nec ibidem moram duceret. Frater ille iam exsul[e]) factus a quodam ex legatis susceptus et Prægaliam[d]) deductus, inde a quodam pio viro Engadinam vocatus, ubi evangelizare cœpit[d]), ubi hucusque nondum prædi*ca*tum est. Facta est seditio magna, sed citra cuiusquam detrimentum. Obtentum est publicis et com*munibus* votis, ut prædicare permittatur, iamque illis ipsis prædicat[b]), etsi ingratis, qui iam pridem eum in exilium condemnarunt. Adeo quicquid hostes pro se conantur et pro scuto sibi parant, deus optimus contra eos vertit in iacula. Engadinensium magnates ita caverunt terræ suæ, ut evangelium nec per rimulam aliquam illaberetur, sed frustra. Deo gloria! Hæc[d]) ideo candori tuo scribere volui, quod sciam te plurimam inde consolationem[a]) accipere: etiam[a]) quod regio illa ad nostram Ligam (ut dicunt) pertinet, ecclesiæ[d]) kathedralis particeps. Unde nobis plurimum spei in dies succrescit, in brevi futurum, ut templum hoc Baaliticum a fundamento quatiari incipiat et ad

interitum eo citius deventurum sit. Ex Insubria rumores pauci sunt et quidem incerti. 6000 armati ex Gallia venerunt Laudam. Veneti quoque exercitum parant. Tentabunt, si Mediolanum expugnare possint. Si quid certius[a] perceperimus, operam dabimus, ut resciscas. Vale, vir dexterrime. Ex Rhætorum[d] Curia, 12. Aprilis 1529.

Tuus ex animo *Ioannes Comander.*

Præstantissimo doctissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli, domino fratrique suo *observando*.

a) „c" für „t". — b) „pre-". — c) „illico". — d) „o" für „æ", bezw. „œ". — e) „exul".

[1]) Vgl. oben, Brief 468.

572. II 397.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1529. April 28.

Er hat auf seinen letzten Brief keine Antwort erhalten und bittet Vadian, ihn trotz gehäufter Amtsgeschäfte nicht zu vergessen und sich seiner kranken Schwester Sapientia anzunehmen. Für seine eigenen Beschwerden bittet er Vadian, ihm Rosenöl zu verschaffen, ein Heilmittel, das ihm schon früher bei Nierenleiden gute Dienste getan hat.

Doctor egregie, virorum præstantissime et amice observande, salutem et commendationem etc. Etsi alias occasione amicabilis mutui, per me monasterio B. Catherinæ etc. facti, postquam stante necessitate mea vices suas interpellaveram, habito suo responso rescripserim quoque D(ominationi) V(estræ), tamen nullum hactenus desuper responsum accepi. Verum ignoro nequaquam, sibi propter magistratum quam plurima incumbere negotia eo tempore tam conturbato. Propterea inter suas crebras occupationes volui præsentibus eam amice hortari, ne mei obliviscetur, quo celerius, quo saltim fieri posset, necessitati meæ consuleretur. Hæc amice et sincero animo accipere velit. Ceterum ex sororis Sapientiæ meæ charissimæ scriptis didici, eam circa pectoralia stricta sua minus bene dispositam; non autem diffidit, quin consilio et auxilio D. V. melius sit habitura, cooperante altissimo. Quare eam suæ fidei iterum, ut soleo, sincerius commendo. Gratius enim michi est, si quid ei subsidii præstatur, quam si michi ipsi fieret. Habeo etiam ego pectus strictum cum stomacho debili eparque calidissimum et renes adustos seu extorres, cerebrum quoque et caput nimis humidum et frigidum fluidum. Unde persæpe patior renum dolorem, ad quem mitigandum, dum Romæ eram, unguento rosato seu rosarum, quod hic reperire[a] nequeo, utebar,

nec placet michi, quod ung(u)entum suum meo iudicio pauci profectus maturius physici[b] utuntur. Unde cogitavi, si forsitan D. V. Wiennæ seu alibi viderit huiusmodi unguentum rosaceum, renibus aptum et temperans caloris ardorem renum, aut ipsa forsan in S. Gallo utatur seu simile pro me confici posset tempore rosarum mensis futuri, mea quidem impensa. Sunt quidem hic medicinarum doctores tres viri notabiles (qui se erga me benevolos et amicos ostendunt); sed ego, quantum possum, medicinas fugio, quas etiam formido, præsertim purgativas, propter debilitatem et subtilitatem complexionis meæ, ne humores commoveantur vel immutentur et vires destituantur seu consumantur vicinaque extenuatio (quod absit) subsequi posset; nec ferre possem graves medicinas, sed remedia levia, calorem epatis et renum temperantia, absque stomachi læsione, cum cerebri et capitis confortatione et conservatione aut fluxuum ex capite descendentium restrictione, absque periculo. Si tantum otii foret, michi indicari cuperem; pro quibus et aliis michi sororique meæ ex sua humanitate et benevolentiis[c] impensis et exhibendis pro suo voto gratum amici officium[d] me præstiturum offero, per hæc me meamque germanam semper commendans. Ex Überlingen, die 28. mensis Aprilis, anni MV[C]XXVIIII.

Gaspar Wirtt, canonicus *Constantiensis.*

Spectabili et excellenti viro domino Ioachino de Watt, medicinarum doctori, magistro civium oppidi[e] Sancti Galli, domino et amico plurimum observando.

Herren doctor Joachim von Watt, burgermaister zů Sant Gallen.

a) „repperire". — b) „phisici". — c) „beni-". — d) „t" für „c". — e) „opidi". — Durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. I, Brief 52.

XI 14.

573.

Johannes Oecolampad[1]) an Vadian.

Basel. 1529. April 29.

Abgang des Erasmus von Basel. Berufung anderer tüchtiger Männer.

Salve in Christo, optime Vadiane. Quis status ecclesiæ nostræ, partim fama nuntia[a], partim Bertzii collegæ literis opinor tibi nequaquam incognitum. Dolet fortasse, Erasmum et quosdam e doctioribus, qui nominis sui claritudine patriam amplius illustrare putantur, hinc migrasse. At quum hi nulla exacti tyrannide, nulla profligati violentia, nulla irritati inhumanitate, nullis affecti contumeliis, alibi agere in rem

suam fore censent, quid faciendum? Semper boni consulenda ineluctabilis necessitas, immo[b] cum gaudio amplexanda felicitatis quantulacunque occasio. Satius enim fuerit, expertem factionum aliquandiu disertorum virorum frequentia destitui civitatem, quam cum uberiore illorum proventu intestinis laborare dissidiis variisque religionibus distrahi. Valere igitur illos sinimus. Interim tamen dabitur opera, ut etiam id incommodi resarciatur et gymnasium instauretur etiam aliquanto felicius; nempe ut advocentur viri si non æque clari, non tamen minus utilitati publicę studiosi; quamvis interim sæculi[c] nostri calamitatem deploremus, quo auditorum non minor, quam doctorum raritas. Ubi enim illa otiosa[a] ventris mancipia in pretio[a] esse desierint, parva parentibus cura est, in gloriam Christi et utilitatem patrię filios literis consecrare. At quando Christo visum fuerit, misericordia sua etiam id mali abolebit. Salvos precor Dominicum cum ceteris[d] symmystis. Tu optime vale. Anno 1529, die Aprilis 29. *Basileę.*

Ioachimo Vadiano, viro ornatissimo cum literis tum pietate, suo patrono.

a) „c" für „t". — b) „imo". — c) „sec-". — d) „cęt-".

[1]) Vgl. oben, Brief 487.

574.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian. II 399.

Überlingen. 1529. Mai 5.

Er erklärt die Annahme des von Vadian ausgewirkten Abkommens mit seinen Gläubigern zur allmäligen Tilgung seiner Schuld und verdankt die Bemühungen Vadians in dieser wie in andern Angelegenheiten für ihn und seine Schwester Sapientia. Er wird den Rat Vadians befolgen und die von ihm empfohlenen Bäder besuchen, sobald er die nötigen Mittel hat und die Wege sicher sind.

† Virorum humanissime, amice quoque observande et doctor egregie, salutem cum commendationibus plurimis. Hesterno vesperi præsentium lator literas D(ominationis) V(estræ) sororisque charissimæ michi semper gratas attulit, ex quibus cognovi, E(gregiam) D. V. possibilem fecisse diligentiam, non absque multa sollicitudine, pro consecutione debiti ex mutuo amicabili monasterio seu cenobio Beatæ Catherinæ per me facti, nec aliquem modum alium obtineri potuisse, quam prout descripsit: cum numeratione dumtaxat tertiæ partis summæ in promp(t)a pecunia et assignatione census 10 fl(orenorum) R(enensium) pro residuo 200 fl. super bonis tam monasterii prædicti, quam hospitalis Sancti Gallensis. Unde, quam-

vis necessitas mea, uti sæpius monui, requireret debiti ex mutuo in pecunia numerata facti restitutionem etiam in numerata simili pecunia fiendam, tamen, ut sibi ac rei publicæ, patriæ et monasterio gratificem, conabor creditores placare et prout melius potero contentare, et sum paratus condicionem[a] oblatam acceptare ita, ut sim de census annui solutione assecuratus, una cum heredibus et successoribus meis, quodque census non per partes vel divisim, sed simul cum totali 200 fl. numeratione redimi et liberari valeat, sit quoque michi facultas pro meo arbitrio vendendi aut commutandi, prout alias solitum est; quas et alias clausulas solitas ac necessarias et opportunas[b] velit D. V. in meliori forma et ordine confici ordinare. Plenam enim fidem colloco in personam E. D. V. non solum in ea re, sed quibusvis aliis, meam ac sororis dulcissimæ personas concernentibus. Habeo præterea sibi gratias iteratas et maximas pro suis saluberrimis et fructuosis auxiliis et consultatione pro conservatione personarum nostrarum ambarum tam præstitis et factis, quam etiam fiendis præstandisque, cupiens sibi pro suo arbitrio debita, grata quoque vicissitudine respondere. Quo autem ad unguentum rosarum et reliqua, fiat iuxta suam doctam et expertam consultationem. Ingrederer quidem perlibenter Geppingen seu alias thermas, prout scribit, si facultates suppeterent et itinera tuta forent accedendi et redeundi. Propterea non ut vellem, sed prout possum, facere habeo. Sumus in hac lacrimarum valle constituti omnes, quos deus optimus consolari dignetur. Ex Überlingen, die quinta mensis Maii, anni MV^{C}XXIX. *Gaspar Wirtt,* canonicus *Constantiensis* vester.

Clarissimo et gravissimo viro domino Ioachim Watt, medicinarum et artium doctori expertissimo, *ma*gistro civium Sanctigallensi, domino et amico colendo.

Herren doctor Joachin von Watt, burgermaister zů S. Gallen ze handen.

a) „t" für „c". — b) „opor-". — Durchgehends „e" für „æ".

[1]) Vgl. I, Brief 52.

II 400.

575.

Fritz Jakob von Andwil[1]) an Vadian.

Bischofzell. 1529. Mai 20.

Empfehlung des Fechtmeisters Peter Frank, der sich eine Zeit lang in St. Gallen aufhalten will, um junge Leute zu unterrichten.

Min früntlich, willig dienst zůvor. Lieber her und fründ, Petter Franck, fechtmaister, zaiger diß brieff, hatt sich den vergangnen winter

hie zů Bischoffczell enthalten und mine sůn (!) und etlich jung gsellen mitt gůtem flyß fechten glert; ist sunst ain beschaidner, erbarer gsell etc. Der ist willens, ain zitt lang sich zů Sant Gallen enthalten und, ob er etlich jung gsellen finden mochte, alda schůl ze halten und leren um zimliche bsoldung. Langt an üwer ersam Wißhait min früntlich pitt, die welle im zu sinem fürnemen günstigklich bevolhen und gefürdert haben. Das um die zů verdiennen will ich willig sin. Geben am 20. tag Maji, im jar tusent fünffhundertt und nünundzwainczig. *Fritz Jacob von Anwil,* ritter.

Dem ersamen, hochgelerten hern Jochim von Watt, doctor, burgermaister zů Sant Gallen, minem lieben heren unnd fründ.

[1]) Vgl. oben, Brief 469.

576. II 402.

Ambrosius Blaurer[1]) an Vadian.

Herisau. 1529. Juni 2.

Mitteilung einer Grabschrift, welche Johannes Zwick vom Reichstag zu Speier mitgebracht hat und durch welche das unordentliche Leben der Kirchenfürsten aufgewiesen wird.

Epitaphium puellæ cuiusdam, proximis comitiis[a]) immodica pariter et præpostera libidine ad mortem usque vexatæ ac Spiræ[b]) sepultæ.

Quod iacet hic funus? Dicta olim Ansercula virgo.
Quæ properæ mortis caussa? Nefanda Venus.
Quæ, dic, illa? Piis fari pudor auribus horret.
Num Florentinam dicis? Ea ipsa fuit.
Quo tantum patrante scelus? Regnante Tridenti
Præsule. Pfuh, sanctas illene pascit oves?
Hoc modo mitrati proceres virtute coruscant,
Qui contra Christum stantque fremuntque deum.
Illa sacra iudex verbi num turba minatur
Infames, quibus est dignior ipsa, rogos?

Ain grabschrifft ainer tochter uff nechstgehaltnem rychstag mitt zů vyl und widernaturlicher unkunschait getöt unnd zů Spyr begraben:

Wer lygt hie? S'Ganserle was sy gnandt.
Wie so bald tod? Durch Venus schandt.
Sag welcherlay? Zucht schwygt gern hie.
Mainst Florentzisch? Es ist ja die.
Wer thett diß schand? Bischoff von Trient.
Pfuch, haist das Christus schaafen dient?

So lücht mitt tugend s'gynflet gsind,
Gott und sim Christo gram und find.
Noch wyll es sgotzworts rychter sin,
Dröwt führ und ghört doch selber drin.
ANNO DOMINI MDXXIX.

Gratia tecum. Epitaphium hoc, quod consobrinus Zviccius e Spirensibus[b] comitiis[a] secum adtulit, visum est ad te mittere, clarissime Vadiane; sed a nobis prius utut Germanice redditum, ne te prætereat atrox istud, sed dignum papistica mollitie[a] facinus, quæ, cum ipsa impotentissimis pariter et fœdissimis adfectibus fracta sit, audet tamen ignes et gladios loqui et arma sumere adversus purissimam et invincibilem veritatem, scilicet cęlum expugnatura. O bone deus, quin vindicas populum tuum ab istis ter cruentissimis et turpissimis beluis? Quin totus mundus adcingitur ad ultionem profanati[c] tot modis nominis tui? Tu, mi Vadiane, ex istiusmodi ecclesiæ pastoribus ruinam illius facile coniicies et novam nos novæ ecclesiæ faciem propediem visuros, cui ędificandæ unice studeamus oportet, ni perfidię velimus argui a Christo, qui in hoc ipsum nos vocavit. — Spes est fore, ut apud Abbatiscellam ostium nobis aperiat dominus, id quod ut faciat, tuis quoque precibus lubenter dabimus, qui fide et virtute plurimum vales. Saluta Sertorium, Dominicum nostros cum ceteris[d] verbi ministris et omnibus bonis fratribus. Bene vale. Ex Herisaugia, 2. Iunii, anno 29. Tuus *Ambrosius Blaurerus*, properiter.

Clarissimo viro D. D. Ioachimo Vadiano, Sanctogallensi consuli prudentissimo, domino et amico prędpuo.

a) „c" für „t". — b) „y" für „i" in der ersten Silbe. — c) „ph" für „f". — d) „cęt-".

[1]) Von *Ambrosius Blaurer (Blarer)*, 1492—1564, dem Reformator von Schwaben, liegen acht Briefe an Vadian vor aus den Jahren 1529—1544, nicht eingerechnet eine Zuschrift aus dem Jahre 1531, die von Blaurer, Bucer, Oecolampad und Som unterschrieben ist.

II 403.

577.

Kaspar Wirth[1]) an Vadian.

Überlingen. 1529. Juni 9.

Dank für die seiner Schwester zugewandte Sorge mit der Bitte, darin fortzufahren. Erwähnung seiner Erkrankung in der Studienzeit. Bitte, für die Zusendung des Geldes, auf das er Anspruch hat, besorgt zu sein.

Sui ipsius oblatione præmissa ad vota cum plurima commendatione. Spectatissime domine et amice optime, intellexi[a] iterum ex scriptis charissimæ sororis meæ fidelem et fructuosam curam cum exacta continuata

sollicitudine pro conservatione personæ suæ per D(ominationem) V(estram) Egregiam adhibitam. Ob id me continere non potui, quin et iteratas ac multiplicatas gratias agerem E. D. V., quam obsecrare non cesso, ut pietatis amicitiæque intuitu perseverare in ea diligentia et cura velit michi gratissima, pro qua et animo non ingrato et re ipsa pro virili recognosciturum me pro suo beneplacito offero. Scripsit ipsa fleubotomasse[b], ut venas certas pro epatis et splenis[c] incisas fore, exspectans[d] uberiorem curam cum[e] balneis et aliis sibi ordinandam. Itaque et rememoratus sum splenis mei oppilationem[f] et debilitationem, quam olim a 40 annis citra sensi, posteaquam ex studio Papiensi cum febre quartana patriam repetere habui, nec recordor, si prioribus scriptis de hoc meminerim, licet sorori alias de hoc scripserim. Ignoro tamen, si ipsa D. V. de hoc quidpiam[g] retulerit. Quare et super hoc E. D. V. informatum esse volui. Sed si opus et opportunitas[h] foret, soror, cui latius de hoc scripseram, referet[i]. Ea (ne nimis sim molestus more solito) non repeto. Volui denique præsentibus significare E. D. V., hucusque me neque pecunias neque literas census annualis 10 florenorum (de quibus alias scripserat) me accepisse. Propterea cum summa me urgeat necessitas (uti persæpe a me intellexit[a]), velit, rogo, dare ordinem, ut negotium cœptum[k] ad bonum et debitum finem deducatur. Cum his[l] et me et germanam sæpedictam sibi fideique suæ sinceriter commendo. Ex Überlingen, die Mercurii, nona Iunii, MV^{C}XXIX. Calamo festino.

E. D. V. *Caspar Wirtt,* canonicus *Constantiensis.*

Celeberrimo et egregio viro domino Ioachino de Watt, artium et medicinarum doctori expertissimo, magistro civium Sanctigallensi, domino et amico optimo ac plurimum observando.

Her doctor Joachim von Watt, burgermaistern zů Sant Gallen.

a) „intelexi, -t". — b) Für „phlebo-". — c) Offenbar ein von „pro" abhängiger Ablativ — „incisione, relevatione, remedio"? — ausgefallen. — d) „exp-". — e) „non"? — f) „opil-". — g) „quitp-". — h) „opor-". — i) „reff-". — k) „cep-". — l) „hiis". — Durchgehends „e" für „æ".

l) Vgl. I, Brief 52.

578.

II 404.

Ritter Ludwig von Helmsdorf[1]) an Bürgermeister und Rat von St. Gallen.

1529. Juni 17.

Bitte um ein Darlehen von 50 oder 60 Gulden für die Ausrüstung seiner Hintersassen in Zuckenriet zu einem Kriegszug mit den Zürchern, mit Versprechen der Rückzahlung auf St. Pelagitag.

Fromen, fürsichtigen, ersamen, wysen, günstig herrenn, lieben und gůtten fründ. Min gantz früntlich willig dienst syend üwer ersam Wyß-

hait alltzit zůvor berait. Günstigen, lieben herren, es sygen mine hindersäßen zů Zuckenrièt och zů hilff minen herren von Zürich und gmainer landtschafft im Thurgöw ermant und ußgeschoßen, wenn sy erfordert werdint, das sy alsdann gerüst sin söllen; und haben mich zů uffrüstung des kriezugs (!) umb ain fürsatz angesůcht und gebetten, des ich min wol billich ze thůnd genaigt, wa es zů diser zit yendert mins vermögens wär. Und dwil ich dann ain sunder vertruwen zů üwer ersam Wißhait hab und damit sy och gehorsamgclich erfunden werdent, so lanngt an die min gar früntlich und denstlich bitt, ir wöllind mir fünfftzig oder sechstzig guldin lihen. Wil ich üwer ersam Wyßhait die uff Sant Pelayen[2]) tag nächst kompt unverzogenlich wider ußrichten und zalen one üwer costen und schaden, damit ich den gůtten armen lüten helffen und sy als die gehorsamen halten mögind; dann one das möchten sy nit halten noch den zug vollstrecken. Und so verr üwer ersam Wyßhait mir die bestimpten summ lichen wölt, als ich mich abschlags nit versehen, wöllen mich by disem botten berichten. Wil ich ir dargegen ainen gnůgsamen schuldbrieff oder doch by den fünfftzechen marck silber zů underpfand leggen und erstatten. Das umb üwer ersam Wyßhait zů verdienen und zů beschulden, wil ich on zwyfel gůtwillig und früntlich erfunden werden. Datum Dornstags nach Viti, anno etc. XXVIIII.

Ludwig von Helmstorff, ritter.

Den fromen, fürsichtigen, ersamen und wysen burgermaister und ratt der statt zů Sant Gallen, minen günstigen herren, lieben und gůttenn fründenn.

[1]) Von Ritter *Ludwig von Helmsdorf* liegt ausser dem vorliegenden, an Bürgermeister und Rat gerichteten Schreiben, noch eines an Vadian aus dem Jahre 1530 vor. — [2]) 28. August.

Stadt-A. St. G. Tr. IX. 581.

579.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Lager bei Kappel. 1529. (Juni 10—25.)

Erwägungen über die von Vadian angeregte Wiedererwerbung des Gebiets, das die Stadt St. Gallen im Klosterkrieg verloren hat.

Gratiam et pacem per dominum. Memori pectore teneo, quę tu aliquando super recuperatione particulę eius agri(dixisti)[a]), qui vobis bello Sanctogallensi ablatus est[2]); tui vero nunc anxii sunt, quod per ducis[3]) innocentiam res non possit ex sententia tractari. Meum ergo consilium

fuit, ut protinus accingereris atque ad nos properares, ea specie, quasi rebus nostris sis aliquam opem advecturus, ut per occasionem possis eius rei mentionem facere, quam maxime perfectam cupitis. Ad hanc rem opus est fœdera diserte nosse, anne contineant, ut, quicquid occupetur aut recuperetur communiter, dividundum veniat toti civitati. Id si habetur, iam vicistis, si perstatis non reddendo, quę occupata sunt; si minus, precibus et amicitia[b] eblandiendum erit, quod cupitis. Manipularius enim sive centurio vester graviter mihi videtur videre, quę inprimis consideranda[c] sunt; sed Sebastianus noster omnia. Vale. Ex castris Capellę, quo tu aliquando fuga elapsus es[4]). 1529,

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Ioacimo Vadiano, Sanctogallensium consuli, domino suo cum primis observando.

a) Das Verbum finitum fehlt im Original; der Brief ist offenbar in Eile geschrieben. — b) „amicicia". — c) „y" für „i".

1) Vgl. I, Brief 100. — 2) Gemeint ist der durch den Klosterbruch in Rorschach entstandene Krieg vom Februar 1490, nach dessen für die Stadt unglücklichem Ausgange sie die Gerichte Oberberg und Andwil, sowie ihre Rechte in Ober- und Nieder-Steinach abtręten musste. — 3) Unterbürgermeister Andreas Müller. — Die Zürcher zogen am 9. Juni nach Kappel und standen dort bis zum 25. Juni. — 4) Im Juli 1524; s. J. Kesslers Sabbata, Neue Ausgabe S. 118.

580. II 406.

Johannes Comander[1]) an Vadian.

Cur. 1529. Juli 22.

Tage zu Cur und Ilanz. Zerwürfnisse mit dem Castellan von Musso. Gesandtschaft an den Bischof nach Innsbruck.

Gratiam[a] et pacem per Christum. Vir egregie et amantissime, inofficiosum existimavi, si tam idoneum tabellarium meis litteris vacuum ad te venire permitterem nec te de rebus nostris certiorem redderem. Evangelii status talis est. Tepidi sumus, immo[b] frigidi. Magistratus adversatur, quantum potest. Proxime cum Curiæ haberentur comitia, comparui coram legatis. Precabar omnibus viribus, quatenus collationem scripturarum permitterent vel ordinarent. Nunc vero alia comitia habita sunt Ilanti. Illic comparuit adversa pars, idem petens; at nondum concessa est. Speramus tamen, pacatis omnibus concessum iri. Imminet[c] enim nobis bellum cum homine iniquissimo, marchione Mussii. Ille castrum ædificare inceperat[d] in nostro solo, ut plurimi arbitrantur. Ipse vero suum

esse asserit et iam fundamenta iecit, tanta quidem, ut in brevi sese in eis continere et tueri posset (nam fere ad habitaculi altitudinem iam surrexit ædificium supra terram), et tam brevissimo tempore, ut vix credi possit. Attamen rogatus et requisitus ædificare intermisit iam ferme viginti dies. In comitiis his diebus hoc decretum est, ut nunc confestim sex legati ad eum mittantur, qui adhortentur, ut desistat a cœptis et fundamenta illa demoliatur, et si quid iuris se habere putaverit, iure conveniat eos coram 13 pagis Helvetiorum. Si hoc recusaver*it*, comitia nostra decreverunt et ordinarunt sesqui milia[e] virorum, qui castrum hoc deiiciant; nam eo loco posuit, quo nobis omnis introitus in Volturenam facile prohiberi posset. Est nobis vir iste a domino datus in flagellum, ut in cognitionem nostri veniamus. Ideo nos exercebit, quamdiu domino placuerit. Ceterum[f] missi sunt legati quattuor Insbrugg, cum episcopo nostro conventuri, ut episcopatui renuntiet et nos quietos permittat deinceps etc. Vale, vir candidissime. Ex Curia, 22. Iulii 29.

Tuus ex animo *Ioannes Comander.*

a) „c" für „t". — b) „imo". — c) „iminet". — d) „incoep-". — e) „millia". — f) „Cast-".

Prestantissimo ornatissimoque viro D. Ioachimo Vadiano, Sanctogalli consuli, domino suo ac in Christo fratri obser*v*ando.

f) Vgl. oben, Brief 468.

XI 1. 581.

Hortensius Landus[1]) an Vadian.

(Cur. 1529. Anfang August?)

Politische Nachrichten. Flucht nach Cur.

Antonius Traversus et David, frater tuus, maximo me rogarunt opere, cum suo in me iure potuissent imperare, ut ad te aliquid scriberem. Scribo itaque, rem Christianam in tota ferme Italia maxime florere. Quamquam Antichristus hac atque illac circumcurset, hostem suum ut opprimat, ego frustra conaturum existimo. Papa est Bononie; illic Cæsarem exspectat[a]), qui adhuc est in Taraconensi Hispania, propediem Genuam navigaturus. Mediolanensium res non possent peiore in loco esse. Quotidie expilantur et emunguntur, ita ut sanguinem eliciant. Turcarum classis secundis ventis navigat, et sunt, qui existiment, regis Gallorum copias adiungendas. Polinus, qui solet Bizantii regis

;otia obire, significavit homini mihi valde intimo, Siciliam[b] cogitare nvadere et diripere. Quod si feliciter successerit, Genuam cogita- ıt, ut Hispanorum in Italiam adventus sit undique præclusus. In demontana provincia[c] rex alit 14 mille armatos homines, cum equi- tum pedites, Cæsariani multo pauciores; eius generis tamen sunt, ut tum Gallis facile incutiant. Credo ego te rescivisse, quali stratage- te voluerint Taurinum invadere. Certe res fuit plane admirabilis et um abfuit, quin multa cum ignominia Taurinum, optime fossa et ro munitum, in Cæsarianorum potestatem devenerit. Tota Transil- nia dicioque[c] omnis, quę parere solita erat Stephano Mailat et rconi Valentio, Turcis cessit; quo fit, ut Ferdinandi res parum ę sint. Nunc quidem non cogetur adveniente bruma domum se reci- e; nactus est enim provinciam[c] ea opulentia, ut facile exercitus quam- numerosus ali queat. — Nunc scio te exspectare[a], ut de me aliquid ibam. Ego Mediolanensis, nomine Hortensius Landus, medicus, , cum multa Lutheri scripta promovendi evangelii gratia in Itali- n linguam vertissem, ut vitarem infortunium, quod sanctissimus papa averat, solum vertere coactus sum, una cum uxorcula, quę Christum ıoscit et colit. Itaque Rhætorum[d] Curiam veni; sed cum lingua sit icilior multo, quam ego credideram, sitque annona carior nullumque :edat lucrum, statui alio commigrare. Deus optimus dirigat iter meum. vale cum tota ecclesia et me in Christo Iesu ama.

Ioachimo Vadiano, domino meo observandissimo.

a) „exp-". — b) „Sicilliam". — c) „t" für „c". — d) „e" für „æ".

[1]) Von *Hortensius Landus* liegt nur dieser eine Brief vor. Die darin enthaltenen poli- ıen Nachrichten scheinen ihn mit Sicherheit dem Jahre 1529 zuzuweisen, in dem Kaiser l V. anfangs August von Barcelona nach Genua fuhr und von dort nach Bologna zu einer ammenkunft mit Papst Clemens VII. reiste.

582. II 410.

Peter Füssli[1]) an Vadian.

Bern. 1529. September 22.

Bitte um die Verwendung Vadians, dass ihm das Giessen der neuen Geschütze übertragen werde.

Fromer, fester, günstiger herr und schwager, üch sye berait min zit wilig tienst. Wüsend, lieber herr, das ich bericht wird, wie ir, min ren, in willen syen, etwas gschützes lassen ze machen. Da ist min

früntlich pitt an üch, das ir mir das best welind tůn, das sy mir zů giessen werdind; so wil ich üch mit gotz hilf gůt, werschaft und hübsch machen; dann ich bin ietz zů Friburg grech mitt dem giessen und wird zů Bern och bald grech sin. Und darum so bit ich üch um üwer hilf und ratt, wie ich im tůn söll. Wet is üch gůt tungken, das ich selber sötty zů üch kun und für üch, min herren, keren, so wer an üch min früntlich pit, das ir so wol tetind und michs liesen wüssen, oder wie ich im tůn söll, darmit ich nüt an der sach versumy. Nit me, dann gott sy mit üch, und grůsend mir üwer husfrőwen, und latt üch und üwer husfrőw min husfrow fast grůssen. Geben zů Bern, uff Mitwuch nach Sant Mattes tag, im 29. jar.

Üwer altzit wiliger diener und schwager

Petter Füsly.

Dem fromen, festen, fürsichtigen und wisen herren Joachim von Watt, burgermaister der statt Sant Gallen, minem sunder lieben herren und schwager.

Von derselben Hand neben der Adresse: Peter Füßly.

[1]) Von *Peter Füssli*, Stück- und Glockengiesser in Zürich, einem Schwager Vadians, liegt nur dieses Schreiben vor.

II 411.

583.

Oswald Myconius[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. October 20.

Empfehlung des Überbringers. Freude darüber, dass Zwingli unversehrt von der Disputation in Marburg zurückgekehrt ist.

S. Ex quo tempore honoribus magnus factus es, consul dignissime, nunquam ausus sum ad te scribere, pudore nescio quo obstante. Nunc vero, quia hic rogat, temerarius factus sum. Tam enim obstinate instabat, ut negare puderet. Verum nihil aliud quam aditum ad te per hasce literas visus est quærere; quamobrem, si importunior veniet, nolo in me culpam referas, utpote nescientem, cur[a]) nam adire te tantopere cupiat. Commendo tamen vel ob hanc causam: nam si ridendi apud te locus est hoc miserrimo tempore, ridebis — scio satis —; talis hic est. Ne autem penitus stulte scribere tibi videar, illud adiiciam, ut nobiscum gaudeas: Zinglium venisse incolumem proximo die, antequam hæc scriberem. De his vero, quæ acta sunt, nihil certi habeo præter hoc, quod quindecim articulos contulerunt, qui iam sub prelo sunt. Propediem igitur videbis, et de eucharistia admisit Lutherus, manducare esse credere. Permisit item princeps, ut libri Zinglii legantur, id quod iubet me quam optime

sperare. Verum et illud scito: prudentiam principis Oecolampadium Luthero, Zinglium Melanchthoni opposuisse, quamvis demum etiam Zinglius et Lutherus non pauca inter se disseruerint. Hæc si nescis, fac faciant has literas tibi gratas. Vale per dominum et parce. Tiguri, vicesimo die Octobris, anno MDXXIX.

Os(waldus) Myconius, tuæ Dominationis clientulus.

Amplissimo viro Ioachimo *Vadiano*, consuli Sanctogallensi, *amico* suo semper colendo.

a) „quur".

l) Vgl. I, Brief 105.

584. II 412.

Ulrich Zwingli[1]) an Vadian.

Zürich. 1529. October 20.

Einlässlicher Bericht über das Religionsgespräch in Marburg zwischen Luther und Melanchthon einerseits, Zwingli und Oecolampad anderseits. Klage über die Starrköpfigkeit Luthers, der sich auch in viele Widersprüche verwickelt habe. Zwingli schreibt sich den Sieg zu. Da in den übrigen Lehrsätzen — abgesehen von der Abendmahlslehre — eine Einigung zustande gekommen, so können wenigstens die Päpstlichen Luther nicht mehr für den ihrigen ausgeben. Anderes darüber will er später berichten.

Gratiam et pacem a domino. Quę tu maxime cupis scire, nunc brevibus scribam. Martispyrgum posteaquam pręsidiis fidissimis deducti sumus et Luterus cum suis venit, constituit princeps Lantgraffius, ut Oecolampadius cum Lutero et Melanchthon cum Zvinglio seorsim extra omnes arbitros certamen prętentent, hoc est inter se mutuo experiantur, an in sententiis inveniri aliquid possit, quod ad pacem faceret. Hic Luterus Oecolampadium ita excepit, ut ad me veniens clam quereretur, se denuo in Eccium incidisse. Verum hoc fidis modo communicandum est. At Melanchthon, cum nimis lubricus esset et Protei in morem se in omnia transformaret, me compulit, ut sumpto calamo pro sale manum armarem ac siccarem, quo ringentem et nescio quas fugas et elapsus molientem firmius caverem. Hinc tibi exemplum paucorum ex centenis milibus[a]) dictorum, hac tamen lege transmittimus, ut non nisi fidis communices, hoc est eis, qui nihil inde concitent tragœdię; nam et Philippus ipse huiusmodi exemplum habet. Scriptum est enim a me, illo omnia vidente, legente et nonnumquam sua dictante. Sed nolumus novę tragœdię[b]) exordium dare. Istud colloquium sex in horas traximus Philippus et ego. Luterus et Oecolampadius in tres. Altera die

coram Lantgraffio et paucis arbitris — ad summum 24 — Luterus et Melanchthon, Oecolampadius et Zvinglius in arenam descenderunt. Pugnatum est cum ista tum reliquis tribus sessionibus; nam quatuor in universum fuerunt, quibus coram arbitris pugnatum est feliciter[c]. Lutero enim ter frivola ista: Christus iuxta divinam naturam passus est: Christi corpus est ubique et caro non prodest quicquam, ab ipso aliter, atque nunc adseveret, expositum esse obiecimus; attamen bellus homo ad omnia nihil respondit quam ad: caro non prodest quicquam, dicebat: Scis, Zvingli, ut veteres omnes processu temporis et aucto iudicio aliter atque aliter locos scripturę tractaverint. Dixit: corporaliter editur Christi corpus in nostrum corpus, at interim hoc mihi servabo, an et anima corpus edat, quum[d] paulum antea dixisset: Ore editur corpus Christi corporaliter, anima non edit ipsum corporaliter. Dixit, *cor*pus Christi confici his verbis: hoc est corpus meum, quantumvis sceleratus sit, qui dicat ista verba. Concessit, corpus Christi esse finitum. Concessit, signum corporis Christi adpellari posse eucharistiam. Hęc et alia innumera inconstantia, absurda et stulta quum[d] non aliter eblacteratur (!) quam λαλέστερον (!) litus, redargutus t*a*men est a nobis, ita ut iam princeps ipse nobiscum se*n*tiat, quamvis palam erga quosdam principes dissimule*t*. Aulici Hassii ferme omnes desciscunt a Lutero. Ipse permisit, libros nostros innoxie legi posse. Episcopos, qui *nostrę* sunt sententię, posthac non moveri officio patietur. Sax*o*num princeps Ioannes non adfuit, sed Virtembergius. Discessum est tandem eis condicionibus, quas propedie*m* videbis excusa*s*. Veritas superavit adeo manifeste, ut, si unquam quisquam victus est, Luterus impudens et contumax aperte[f] est victus, sed apud prudentem iudicem et æquum[g]; quamvis interim clamaret, s*e* esse invictum etc. Hoc etiam boni tulimus, quod, posteaquam in reliquis christianę religionis dogmati*bus* consensimus, pontificii non ultra poterunt sperare, Lu*te*rum suum fore. Hęc ex itinere fessus scribo. Ubi ad nos veneris, universa plenius audies. Arbitror enim, alia quoque nos attulisse, qu*ę* pro religionis prę*sidio* et adversus monarchiam Cęsaris factura sint; qu*ę* vobis quoque, sed cum tempus postulabit, exponenda erunt. Vale interim et salvos amicos om*nes* esse iube. Tiguri, 20. die Octobris 1529.

H(uldricus) Zvinglius tuus.

Adresse fehlt.

a) „mill-". — b) „tragçdię". — c) „fœl-". — d) „qum". — e) „littus". — f) „adp-". — g) „equum".

l) Vgl. I, Brief 100.

585. II 414.

Marcus Bersius[1]) an Vadian.

Basel. 1529. November 14.

Klage über die Böswilligkeit der Wiedertäufer und die Rücksichtslosigkeit seines Neffen, der ihn in grosse Bedrängnis gebracht habe. Der Verkauf seiner Tafeln. Neue Druckschriften in Basel.

S. Ad id me adhortaris, observande vir, ad quod mea sponte promptus sum, et (ut aiunt) memorem mones, nisi mihi obstaret non solum rei familiaris angustia, sed etiam nostri sæculi malitia et condicionis[a] meæ infelicitas[b]. Adeo enim catabaptistarum malevolentia apud nos omnia corrupta sunt, ut nedum victum et amictum, quem ipse Christus verbi ministris non negavit, sed communem[c] quoque aerem nobis invideant. Deinde et ipse nepos meus, simul cum aliis coheredibus parentis mei, in culpa et in causa est, ut ære alieno me ipsum gravare necesse habuerim. Tam importuni erant exactores, ipse inprimis, ut intra dimidium anni non minus 70 aureis me oportuerit exponere, ita ut nihil mihi reliquum sit quam tabulæ illæ, quas, ut puto, penes te habes. Verum si mihi contingat æquus et commodus emptor, ut tabulæ distrahantur, propensissimus essem, ob tuas maxime preces, ei succurrere; secus ob causas prædictas omnino non licet. Fallit (ut opinor) nepotem meum vulgaris illa opinio quorundam, qui domum sacerdotis copię cornu esse putant, quod exhauriri non possit. Multo aliter (ut me deus amet!) res meæ habent. Sed doleo nostris domesticis affectionibus aures tuas, alioqui occupatas satis, obtundere. Argentinense negotium puto propediem, quantum ego scio, conficiendum absolvendumque. Lucubrationum novarum parum apud nos est, quæ te dignæ sint. Oecolampadius commentarios meditatur in Danielem, epistolam ad Hebræos et Iob; Butzerus in psalmos magnum edidit volumen; ex Frankfordia nonnulla Dioscoridis volumina attulerunt. Ex his si quid tibi placet, ut mittam, fac me certiorem. Vale. Ex Basilea[d], XIIII die Novembris, anno XXIX.

Marcus Bersius tuus.

Spectabili et egregio viro domino doctori Ioachimo Vadiano, apud Sanctogallum, domino suo observando.

a) „t" für „c". — b) „œ" für „e". — c) „comunem". — d) „ę" für „e". — Fast durchgehends „e" für „æ".

1) Vgl. oben, Brief 508.

II 365.

586.

Pankraz Mötteli[1]) an Vadian.

1529. November 18.

Bitte, das gebotene Erscheinen vor Rat bis zu seiner Heimkehr aufzuschieben, da er durch dringende Geschäfte abgehalten sei.

Min gannttz geneigtt, ghorsam, unnderthenig, willig diennst mitt erbiettung alles mines fermügenns etc. zuovor. Innsonnders günstiger, lieber unnd gnediger her burgermeister, als ir mir dann durch denn stattknechtt habennd lassenn gebiettenn, by dem eid vor uich unnd einen wissenn ratt alhie ze erschinennd, vonn wegenn eines freffels, so sych dann ferloffenn haby: hieruff ist min ganntz ernnstlich bitt unnd unnderthenig beger, mitt der sach über mich nitt ze gachennd unnd ietz zuomal annstal ze geben; denn ich bin durch sonnderbar ehaffet ursach vonn des Franntzosen bottschafft ietz bedagtt wordenn, darum ich nitt wol ghorsam erschinenn mag. Aber so erst unnd ich wider annheimsch wird sinn, wil ich uff uiwer guotty gnad mich gehorsam finnden lassenn etc. unnd mitt miner feranntwurtt begegnen; ongezwiffeltt, durch selliches noch annders uywer, miner herrenn, statt nitt midenn, wiewol ich uywer geschworn nitt binn; sonnder mitt lib unnd lebenn, ouch aller billickeitt inn uiwer, miner gnedigen herren, statt nöttenn onngespartt findenn lassenn. Sölliches welle uiwer Wisheitt vonn mir im bestenn fernemen etc. Dattum Donnst(ag) nach Ottmary, annorum fünffzechenhundert XX und VIIII jar.

Uiwer gedruwer dienner *Panngratz Mettely*.

Dem wolgelerttenn, fromen, fursichttigenn, wyssenn herrn N., dockttor unnd burgermeyster der statt Sanntt Gallenn, minem günstigenn, gnedigenn, lieben herrenn.

[1]) Von *Pankraz Mötteli* liegt nur dieses eine Schreiben vor.

Stadt-A. St. G. Tr. IX. 58 a.

587.

Vadian[1]) an Bürgermeister Konrad Maier.

Rickenbach. (1529.) December 28.

Bericht über die Vorgänge in Wil.

Min genaygt, willig dienst zůvor. Günstiger lieber herr burgermaister, wie ich diser stond gen Rikenbach khomen bin, wird ich bericht, das Lucern und Schwytz ir botschaft zů Wyl hand. Die ligend

der statt und wend nitt uff die pfallentz, trybend ouch seltzam spyl
l vermainend straks: so ferr man den abt nit annemen und zů dem
en khomen laßen welle, sygend sy der maynung, khainen houptman
regieren laßen, und sölle der houptman von Zürich ouch abston etc.
ain pratik, mit welcher sy die puren raytzig machen wellend und ver-
:hen, ob sy die gemainden uff ir syten bringen mögind. Und werbend
ain landtzgmaind uff nächstkünftig Frytag gen Lemmischwyl, wie
/ernëmen werdend. Darum ünser aydgnoßen von Zurich ylentz dem
gt von Kyburg geschriben, das er sich von stund an mit 1500 man
'sech und rüst; dan der trůb huf zů Wyl ouch unrůbig ist, So wirdt
n sich zů Zürich ouch rüsten, damit man denen lüten iren tratz
:chen mög. Man wil maynen, die sach werd on ainen blast nit zergon.
.n ich ü(wer) Wysshait bester maynung wellen ze kondt thůn, damit
